Officium eius est cursus planetaꝝ z aliaꝝ stellaruꝫ coniunctiones aspectus angulos succedẽtia z ab angulis cadentia signa que iam fuerũt anguli eoꝝ effectus rõne previa cõtẽplari. Finis ei⁹ siue ipsius vtilitas est intentio iudicãdi de presentib⁹ preteritis z futuris vitatẽ p supradictoꝝ inspectionẽ z discussuꝫ inquisitionem scire posse. Cuius scientie instrumẽta sunt multa. s. astrolabium: quadrãs: armilla suspensoria: z altera armilla: planisperiũ: curuisperiũ: statua plosica z similia. Artifex huius scie dicit glibet astronom⁹ qui exercet artem astronomie noie atqꝫ astroꝝ legem preuia interpretatione intuet. Quare astronomia vocet tali nomine: dico tibi qꝫ illud nomen est cõpositũ. s. ab astris z noma qđ ẽ regula: inde astronomia. s. astroꝝ regula vel astroꝝ practica siue astroꝝ opatio. Differẽtia vo inter astrologiam z astronomiam: hec est: qñ astrologia est ꝙ rei vitatem ad scientiam intellectualem siue scialem. Astronomia ſm qꝫ ea vtentes opinant ad effectũ ipsi⁹ seu scia opatiua. Quo ordine doceat scia ista dixerũt qꝫdam qꝫ debebat doceri ante alias mathematicas: qñ nobilior. Quidam dixerũt qꝫ post arismetricam qñ indiget numero. Quidam dixerũt qꝫ post arismetricã z geometriam qñ indiget numero z mensura. Mihi aũt videt qꝫ ipsa debeat doceri post oēs alias mathematicas taꝫ post musicã ꝙ post arismetricam z geometriã qꝫ ita bene idiget ipsa cõsonantia sicut numero et mensura.

Capitulum decimũtertiũ qꝫ hec scientia non debet reprehendi cũ sancti patres ea fuerint vsi.

Hec ista non debet etiam reprehendi imo est digna cõmendari: qñ sancti patres ab antiquo ea vsi fuerunt: vnde male faciunt qui eam reprehendunt et maxime illi qui abrahe vestigia sequũt vel sunt secuti. Abraam enim instruxit egyptios et alios tunc temporis astronomia prerogatiue vti volentes et specialiter athlanta qui in hac scia prevaluit omnibus sapientib⁹ qui tũc erant ita qꝫ reputabat quasi deus. Et inde dictum est qꝫ athlas sustineret celum propter hoc qꝫ ipse sciebat plus de corporibus supcelestibus ꝙ aliquis qui reperiebat tẽpore illo. Etiã et ipe dñs cũ dixit aplis eam⁹ in iudeaꝫ itez: et ipsi dixerũt nũc querebãt te iudei lapidare z itez vadis illuc: qui rñdẽs dixit: nõne. 12. hore sunt diei ac si diceret: vna hora est bona licet alia sit mala qñ in hora mala illi habebant malã uoluntatẽ contra eũ: illa enim hora tranſierat et bona supuenerat: vnde ipse sciens hoc sciuit qꝫ mala volũtas abierat a cordib⁹ eoꝝ: voluit eligere sibi illã horã in qua ipsi non lederent eum. Et per hoc patet qꝫ ipse viue ẽ electione nec blasphemauit astronomiã sicut quidã inuidentes et detractores hodie faciunt. Licet supi⁹ sit manifeste ostensum qꝫ multa vtilitas et multa bona possunt sequi de scientia stellaꝝ et ei⁹ iudicijs taꝫ in presciã reꝝ ꝙ in alijs: tamẽ fuerũt quidam insipientes fatui quoꝝ vnus fuit ille iohãnes vicentin⁹ ypochrita de ordine ꝑdicatoꝝ qui dixerũt qꝫ astrologia nõ erat ars neqꝫ scia: sed erat quoddaꝫ appositiuum ab aliquib⁹ apponentibus inuentũ. Quibus videt mihi taliter rñderi. s. qꝫ sũt fatui et errãt et ipsi in suis fatuitatibuꝫ atqꝫ in suis erroribus peribũt. Patet eniꝫ oibus astrologiã esse scientiam atqꝫ vnã ex septem artibus liberalib⁹. Et licet breuiter sit eis responsum non tñ videt mihi omittendum probare qꝫ astrologia sit ars atqꝫ doctrialis scia rõnib⁹ sufficientib⁹ atqꝫ manifestis lz ordo ꝓpost⁹ eẽ videat.

Capitulũ decimũquartũ ad ostendendum astronomiam esse artem atqꝫ vnã ex quatuor mathematicis. s. scientijs doctrinalibus.

Quod astrologia sit scia evidenti rõne taliter probat. Astrologia est sciẽtia mobilis magnitudinis que inspecta ratione celestium corporum ꝙ triplicitatem temporis cursum motum diffinit. Vel astrologia est scientia que cursus fideꝝ et habitudines et figuras stellaꝝ circa se et circa terram indagabili rõne pgrit: ergo p locũ a diffinitione astrologia est sciẽtia. Item astrologia dicitur ab astros qꝫ ẽ stella et logos qꝫ est sermo vel scientia vel ratio de astris igitur per hanc ethimologiam seu nominis interpretationem astrologia est scientia. Item potest alio modo sic probari omne quod tale est quod est ex veris primis prioribus z̃. est scientia: ꝙ astrologia hꝫ genus substantiale quo differt ab alijs scientijs: propriũm z accidens igit est sciẽtia. Preterea omne qđ est collectio preceptorum ad vnum finem tendentiũ est ars vel scientia: astrologia est talis: ergo ipsa ẽ ars vel scientia: quod Augustinus satis manifeste probat dicit ars est preceptio que dat certaꝫ viaꝫ rõneqꝫ gerendi vel dicendi. Omnia enim precepta astronomie tunc tendunt ad vnum finem. s. ad sciendum seu considerandum preterita presentia z futura: z i istis preceptis tota intentio astrologie consistit. Unde seneca rememorare preterita: considerare presentia: prouidere futura: illa enim non possunt recte intueri nisi ab astrologo qui habet omnia hec considerare et ipse solus potest ea scire. Preterea si astrologia siue astronomia non esset ars siue scientia destrueret iam illud famosum quod ab omnibus vniuersaliter predicat. s. qꝫ artes liberales sunt septeꝫ: non ẽnt igit nisi sex vel nulla: qñ, qua ratione astronomia non esset eadeꝫ ratione sex non essent quod esset inconueniẽs z valde honẽdũ. Itẽ cũ astronomia siue

astrologia dicatur quarta pars scientie quadruuia/lis: si ipsa nō est ꝛ quadruuū totū non est: quoniā destructa parte integrali siue integritate destructum est ꝛ totū quod est maximū inconueniēs. Item si q̄druuiū nō est ꝛ mathematica non est: ꝛ si mathematica nō est ꝛ theorica nō est cū mathematica sit: teste philosopho tertia pars theorice. ¶Item si theorica nō est ꝛ philosophia nō est qō est preterum dicere discolum atq; absurdum: igit astronomia de necessitate est scientia: qui enim destruit astronomiā destruit sciaz sicut qui destruit prima pncipia destruit sapientiā teste Aristotele in secūdo methaphisice cō/tra tales non est disputandum qui volunt destruere scias quoniā sunt pelores bestijs. Preterea cū Aristoteles Ptholomeus Japhar Thabit ergis Alhomar Dorotheus Alchindi Albenait Asta/phaz Almansor Mali Alboali ꝛ alij plurimi sapientes hanc sciam scripserunt ꝛ docuerint q̄ astrologia est scientia nō est verisimile si ipsa nō esset scia q̄ tot ꝛ tanti viri cum taliter nominassent. ¶Item omne quod ponit aliquid p causam vel p effectum ponit scientiā teste Aristotele in posterioꝝ. Astrologus manifestat eclypsim p cām. s. p interpositionē ꝛ manifestat eadem. s. interpositiōez p eclypsim: qua propter his ꝛ multis alijs de causis astrologiam esse scientiam manifeste probatur.

¶Finit primꝰ tractꝰ in cōfirmatione huiꝰ scie.

¶Incipit tractatus secundus de diuisione orbis signorum ꝛ eoꝝ esse ꝛ quomodo sint ordinata ꝛ disposita ꝛ q̄re sint tm̄. 12. nec plura nec pauciora ꝛ qua re denoient illis noibus ꝛ de adiacentibus ad hec.

Dicam ergo ꝑ vestigia venerabiliū predecessorum nostrorum ea q̄ hu/ic operi vtilia esse videbunt reme/morans eoꝝ sentētias scilicet Ptho/lomei Hermetis Japhar Thebit al chabicij Alcaiat Alchindi alenze/dego messale adile iergis Albenait aardimon are/stali ꝛ alioꝝ q in hac scientia studuerūt addendo ea que mihi vtilia videbunt ꝑm q deus mihi prestite rit gratiam ordinādi ꝛ mihi reduxerit ad memoriā.

¶Capitulum primum in diuisione orbis signoꝝ et q̄ signa sint tm̄. 12. ꝛ q̄ nec plura nec pauciora.

Olias hoc q̄m circulus signorū diuidit in. 12. diuisiones equales quarū quelibet vocat signum: quoꝝ ꝑmū est Aries. Secūdū Taurus. Tertiū Gemini. Quartū Cancer. Quintuz Leo. Sextuz Virgo. Septimū Libra. Octauū Scorpio. Nonuz Sagittariꝰ. Decimum Capricornus. Undecimum Aquarius. Duodecimuz Pisces. ¶Sed posset forte queri quare signa tm̄ sunt. 12. pluresne eniz cāe pñt assignari quare signa sunt. 12. nec plura nec pauciora: quaꝝ. vna est licet non sit multū efficax q̄ duodenariꝰ numerꝰ est pfectior quasi alijs numeris ipsuz vnitatibꝰ non excedētibus ꝛ multiplicationes ex q̄/bus consurgit in suis partibꝰ multiplicātur: recipit enim in semetipso plures ordinatas diuisiones quā aliqs alius numerus: consurgit enim multiplicatio ne ternarij p quaternariū ꝛ quaternarij p ternariū: ꝛ binarij p senarium: ꝛ senarij p binarium: ꝛ p eas/dem partes totidem modis diuidit. Est ꝛ alia ratio non minus efficax supradicta ꝑm q̄ dixerūt arastel lus ꝛ albumasar ꝛ aardimon quibus nullus philo sophoꝝ fuit ausus contradicere. s. q̄ oia elementata composita sunt ex quatuor elementis ex igne. s. aere aqua ꝛ terra: ꝛ illa elemētata indiuidua scilicet ꝛ idi/uiduoꝝ partes ex p̄dictis quatuor elemētis oia cōsi/stunt ꝛ cuilibet indiuiduo insunt ista tria videlicet: principiū mediū ꝛ finis: vnde quatuor in tria mul/tiplicatis faciūt. 12. Signa enī nō corrūpunt sz corrūpunt elementa: ꝛ elementa sunt quatuor que cor rūpunt a signis ꝛ planetis ex eoꝝ circūvolubilitate ingeribili: quoniam aliter elementa nō corumpe/rent quātū esset in semetipsis nisi corrūperent a stel/lis ꝛ eaꝝ circūvolutione. Circūvolutio enim stellaꝝ circa elementa corumpit illa ꝛ ipa corrūpuntur ad/inuicē ꝛ nobiliora. s. agentia corumpunt minꝰ no/q̄ est causa generatiōis indiuiduoꝝ quarūlibet spe cierū: ꝛ fuerunt signa diuisa ꝑm numerum quatuor elemētoꝝ qm̄ p quatuor elemēta que sunt quatuor diuersaꝝ naturaꝝ seu qualitatū pcipit numerꝰ. 12. signoruz: qm̄ elemētoꝝ vnū ē calidū ꝛ siccū. s. ignis. Aliud est calidum ꝛ humidum. s. aer. Aliud frigi/dum ꝛ humiduz. s. aqua. Aliud frigidū ꝛ siccum. s. terra. Et licet dicant elementa cōplexionata tamen vniculq; eorum est vna sola ꝓprietas: nā proprium ignis est caliditas: ꝓpriuz aeris est humiditas: pro/prium aque est frigiditas: ꝓpriuz terre ꝛ siccitas. vñ oportuit q̄ signa essent ꝑm quatuor diuersitates im primentia in iferiora. s. ꝑm caliditatem ꝛ siccitatem: caliditatez ꝛ humiditatē: frigiditatem ꝛ humiditatē; frigiditatē ꝛ siccitatez ita q̄ tria ex his dicerēt ignea. scilicet Aries Leo ꝛ Sagittarius. Alia tria ex his di cerent terrea. s. Taurus Virgo ꝛ Capricornus. Alia tria ex his dicerent aerea. s. Gemini Libra ꝛ Aqua/rius. Alia tria ex his dicerent aquatica. s. Cācer Scor/pio ꝛ Pisces. Et sic inuenta sunt signa q̄ essent. 12. tm̄ nec plura nec pauciora: plura non potuerunt eē qm̄ quodlibet eoꝝ agit in quatuor elemēta vniuer/saliter: ꝛ qōlibet eoꝝ agit in elementū sibi deputatū ꝑm tria esse. s. ꝓncipiū mediū ꝛ finez. vnde q: ꝑz tri/num esse agunt signa in quodlibet elementuz ꝛ. ele/menta sunt quatuor tm̄: necesse fuit q̄ eēnt signa tm̄. 12. nec plura nec pauciora: qm̄ Aries Leo ꝛ Sagitta/rius sicut dictum est sunt ignea. Taurꝰ Virgo ꝛ Ca/pricornꝰ sunt terrea. Gemini Libra ꝛ Aquariꝰ sunt aerea. Cancer Scorpio ꝛ Pisces sunt aquatica.

¶Capitulū secundū quomodo signa agunt in ele/menta ꝛ in que elementa agunt quelibet signa.

Dictum est in p̄cedenti capitulo. q̄ signa agūt in elementa nūc dicendū est in isto capitulo in quod elementum agat quodlibet signū ꝛ ꝑ quez modum: nam Aries Leo ꝛ Sagittarius qm̄ sunt ignea agunt in ignem elementū sed diuersimode.

¶De Ariete.

¶Quoniam Aries agit in ignem elementū ipul/mendo in illum calidita tē ꝛ siccitatē tempatā: il/lud tamen q̄ ex illo tē/peramēto fit initiuz est motus naturalis indiui duo quarūlibet specieꝝ scilicet ad agendū vnuz animal cum alio vt generent indiuidua specieꝝ ex indiuiduis earūdem vt ipse saluētur ꝑ succesionē: quia non saluarent per indiuidua tempore longo: quia tractu ꝛ temporis indiuidua different ꝛ sic destruerentur ꝛ perderentur species nisi saluarent ꝑ

successionem: z sic est initium motus naturalis sit ad faciendu3 semina germinare z ad faciendum arbores florere atq3 frondes emittere z fructus pducere: z ad faciendū herbas z semina germinata nasci z augmentari z multiplicari z oia vegetabilia augmentari z incrementum suscipere: z hoc est primu3 esse per qō signa ignea dicunt agere z etiā agunt in ignem elementum.

¶De Leone.

¶Leo agit in ignez inferendo in illu3 caliditatez z siccitatem remota3 a tēperamento: ita q3 ex illa remotiōe a temperamēto fit inicium motus naturalis ad impedimētu3 fructus z folia arborum z herbaru3 z ad faciēdū eos z ea declinare ad latus destructionis: q3 maturescunt: que maturatio quodāmodo destructio est: z vt pauca semina sint que tūc germinant: z pauca vegetabilia suscipiunt augmentu3 seu incrementū: z pauca aialia carentia arbitrio mouent ad augmētationē sua3 specie3 vel ad ea3 saluationē imo quedam aialia incipiunt occultari z videntur quasi destrui cum Leo facit opationem suam in ignē elemētū: fit casus seminū z eorum devastatio maturescūt plures fructus arborum z putrefiunt z similia ex impressione leonis in ignem elementū z hoc est scōm esse per quod ignea agunt in ignem elementum.

¶De sagittario.

¶Sagittarius vō agit i ignem elementu3 imprimendo in illū caliditatez z siccitatem remotā ab oi temperamento imo facit ad destructionem seminum z herba3 z ad complementū casus z destructionis foliorum arbo3 quarū folia cadunt in hyeme: z ad lesionem multorum aialiu3: z ad occultationē multarū specie3 animaliu3 z eorum destructionē nec audent apparere supra terram: z hoc est tertium esse per quod signa ignea agunt in ignē elementū. Et ista sunt tria esse p que signa agunt in elementa. Omnia fiunt ꝟ istu3 ordinem quantū est ex significatione signo3 z planeta3 naturali z ex eo q3 agūt corpora superiora in elementa licet aliquando z alicubi ꝟm magis z aliquando alicubi ꝟm minus licet consideratio naturalis videatur alia q̄ꝫ sit ista: tamen si recte considerētur vtraq3 sunt eadem.

¶De signis terreis: z primo de Tauro.

TAurus vō Virgo z Capricornꝰ que sunt signa terrea agunt i terram elementum: sed diuersimode: scilicet q3 Taurus agit in terram imprimendo in illam frigiditatem z siccitatem temperatam: scilicet parum aut nihil impedientem ita q3 in illo temperamento fit generatio plurium rerum sensibilium scilicet ac specierum z augmentum vegetabilium z similia.

¶De Virgine.

¶Virgo autez agit i terram elementu3 imprimēdo in illam frigiditatem z siccitatem minus temperatā z magis propinquā destructiōi ita q3 ex illo actu fit motus naturalis vt vegetabilia patiantur detrimentū z diminutionez z retardent herbe z cadant arborū folia z deficiant: tamē non est illud frigidū ita remotū a tēperie q3 licet quedam deficiant z destruant quin q̄dam alia generent: z quedā semina germinent z q̄dam herbe nouiter nascantur z crescant z similia.

¶De Capricorno.

¶Capricornꝰ siquidem agit in terram elementū imprimendo in illa3 frigiditatē z siccitatem dissēperatam destruentem et mortificantem nec generant de leui tunc animalia: z si generantur sunt paucissima: z illa vt multum sunt ex domesticis propter domesticitatez eorū victus. nec mouet natura vt herbe nascantur vel arbores frondescant vel floreāt nisi forte casualiter nec germinant semina z similia.

¶De signis aereis: z primo de Geminis.

GEmini vero libra z aquarius agūt in aerez elementū sed diuersimode. Nam Gemini agit in aerem elementū imprimendo in illu3 caliditatem z humiditatem temperatā confortātem naturā z oēm odorem z oēm flatu3 odoriferum: z confortantem calorem naturalem z aeris temperamentū in quo gaudent individua specierum z facientem germinare quedam semina z similia.

¶De Libra.

¶Libra vō agit in aerē elemētū iferēdo in illu3 caliditatē z humiditatē remotā a tēperamēto dēsans illā z ipsiās z faciens ipz cōmixtū z nocibilē individuis specieb9 z seminibus z herbis z frōdib9 arbo3 ipsarūq3 fructib9 z faciens eu3 vapotosum vaporib9 oēis et nocibilibus et similia.

¶De Aquario.

¶Aquarius similiter agit in aerem elementum ifferendo in illum caliditatem et humiditatem dissēperatā et nocibilē et impediētē faciens ipsu3 perimentez et destruentem individua specierum: et vt multum illa nocumēta q̄ animalia et semina et alia vegetabilia recipiūt ab aere:

ab aere: et illi casus et illa impressio fiunt ex impressionibus quas fecit aquarius in aerem et similia.

¶ De signis aquaticis. et primo de cancro.

CAncer vero Scorpio et Pisces que sunt signa aquatica agunt in aquas elementus: sed diuersimode. s. qz Cancer agit in aquas ipsum ēdo in illā frigiditatē et humiditatē tēperatā p quā fit motus nature ad dādū dulcedinez et nutrimentū quibus nutriūtur et viuunt animalia et nutriuntur cuncta vegetabilia et similia.

¶ De Scorpione.

¶ Scorpio agit i aquas elementū inferendo in illas humiditatē et frigiditatē elōgatā a tēperamēto per quā fit motus nature potius ad corruptionez qz ad nutrimētū seu cōseruationē propter corruptionē et salsuginitatē quā infert actus Scorpionis. in aquas paucissimū et paucis rebus valens nutrimentum prestare.

¶ De Piscibus.

¶ Pisces agit in aquas elementū inferēdo in illā frigiditatē distēperatā et nocibilē per quā fit motus nature ad perimendū et destruēdū animalia et semina et quasi cuncta vegetabilia ppter corruptionē et amaricationem et feditatem quas infert actus piscis in aquas.

¶ Nec ē causa quare signa sunt. 12. tātum nec plura nec pauciora: quoniā elementa sunt tñ quatuor: et signa agunt in elemēta scōm tres modos: scōm primum esse nutriens et augmentans: scdm vo scōz eē nec ex toto nutriēs nec ex toto destruens: sm tertiuz esse destruens. Et ista tria esse cōtinēt in se principiū mediū et finē. Et quelibet tria signa agunt in vnum quatuor elemētorū: sed tria ignea agūt in ignem sm dictos tres modos. tria aerea agunt in aerem sz dictos tres modos: tria aquatica agūt in aquā sm dictos tres modos: tria terrea agūt in terraz sz dictos tres modos. Et ob hoc fuerūt cōcordes Ptholomeus Aaydimon astaphan arastellius albumasar et ceteri philosophi qz triplicitates signorū eēnt quatuor qz quelibet tria signa eiusdē nature agunt in elemētū illi nature deputatū. s. ignea in ignez: aerea in aerem: aquatica in aquam: terrea in terrā et ob nō potuerunt esse plura nec pauciora. ¶ Est alia rō quare signa fuerunt tñ. 12. s. quia zodiacus cōstat ex quatuor quartis quarū due sunt septentrionales: due vo meridiane: ex quibus vna dat signis igneis: vna aereis vna aquaticis: vna terreis quarum quelibet continet tria signa sm predictas naturas predictorū quatuor elementorum.

¶ Capitulum tertium quare elementa sint ita disposita et ordinata.

DIctū est in capitulo precedēti in quod elemētuz agat quodlibet signum et per quē modū: nūc autez dicēdū ē in isto capitulo quare quatuor elemēta fuerūt ita dispositā seu ordinata. s. ignis superius in cōcauitate globi lune cōtigue atqz imediate: deinde aer: deinde aqua: deinde terra.

¶ Capitulū quartuz ad ostendēduz qz elemēta sunt tñ quatuor nec plura nec pauciora.

DIctū est in capitulo precedēti quomodo elementa sint ordinata seu dispositā nunc dicēdū est in isto capitulo quare fuerunt elementa tñ qtuor nec plura nec pauciora licet plura de his que dicta sunt et de his que dicenk nō videank esse de cōsideratione astrologi tamen nō pōt esse quin fiat mētio de ipsis: qm oportet nos de omnibus istis facere mentionē: ipsa cadūt in ope nobis sepissime. Elementa enim non potuerūt eē nisi quatuor nec plura nec pauciora: qm omne corpus elementatū pstat ex quatuor elementis et habet in se qtuor qlitates. s. caliditatem siccitatem frigiditatem et humiditatem et accidunt ei illa quatuor. s. generatio durabilitas seu cōseruatio corruptio atqz destructio sic loquēdo: p caliditatē generat potissime: p siccitatē durat: p humiditatez corrumpitur: p frigiditatē destruit: intelligze ista sane. Ista quatuor eē versank in quolibet et circa quodlibet elementatū: caliditatez enim trahit ab igne humiditatē ab aere. frigiditatez ab aqua: siccitatez a terra. vnde cum accidētia elemētatorū non reperiank nec sint nisi quatuor et trahank ab elemētis oportuit qd elementa essent tantū quatuor nec plura nec pauciora. Elemēta put sunt in suis speris simplicia siue pura habent simplices qualitates vincentes in eis: scilicet ignis caliditatez: aer humiditatem: aqua frigiditatez: terra siccitatē. Sed prout sunt cōnexa et perplexa sibi inuicē habent qualitates cōpositas: scilicet ignis caliditatē et siccitatem: aer caliditatem et humiditatem: aqua frigiditatez et humiditatē: terra frigiditatem et siccitatez.

¶ Capitulus quintus quare signa fuerunt ita ordinata siue dispositā.

DIctus est in precedentib⁹ quare signa fuerunt duodecim tñ nec plura nec pauciora: et quare elementa fuerunt tātū quatuor: Nunc aūt restat dicere i hoc capitulo qre signa fuerūt ita ordinata siue dispositā. Ordinatio seu dispositio signorū incepit ab igneis prout dixerunt aaydimon et albumasar et posita fuerūt ignea in principio: deinde terrea: deinde aerea: deinde aquatica. ¶ Sed posses tu dicere: quare non ordinauerūt sapientes signa sm ordinez elementorū incipiendo ab igneis: deinde ab aereis: deinde ab aquaticis: deinde a terreis sm qd elementa succesiue posita sunt in ordinatiōe sua. Cause vo que moverunt sapientes ad sic ordinādū fuerūt plures. Quaz vna fuit quia elementa sicut dictū est recipiunt corruptionē et alterationē a motib⁹ et ptinua atqz iquiescibili signoz atqz celoz revolutione: et ex illa corruptiōe atqz alteratiōe fiunt qtuor qualitates que accidunt corporib⁹ elementatis videlicet generatio conseruatio corruptio et destructio. Et ga generatio nobilior fit ceteris qlitatib⁹ elementatoruz inceperunt a signis per qd fit generatio siue motus nature ad generationez et illa sunt ignea. Et qlitas que est nobilis iuxta generationem est durabilitas seu cōseruatio: et illud fit a signis per qd fit motus nāe ad cōseruationem seu durabilitatē put corruptibilia recipiunt durabilitatem: et illa sunt terrea. Et qlitas que est ignobilis et post durabilitatē

est corruptio ⁊ illud fit a ignis per que mouetur natura ad corruptionē:⁊ illa sunt aerea. Et ignobilior imo deterior ꝗlitas que est post corruptionē est destructio: ⁊ illud fit a ignis per que mouet natura ad destructionē:⁊ illa sunt aquatica. ¶ Alia cā est q̄re incipiendū fuit a ignis igneis:⁊ finiendū ab aq̄ticis scz qz caliditas ⁊ frigiditas agunt: siccitas vō et humiditas patiūt:⁊ cū caliditas sit fortis agens que habet significare generationem fuit merito agentibus preponenda. similiter cū siccitas sit fortis patiēs fuit merito patiētibus premittēda. Et qz generatio precedit durabilitatē fuerunt premissa signa significantia generationem ignis significātibus durabilitatem. Et q̄z corruptio precedit destructionē fuerūt premissa signa significātia corruptionē ignis significantib⁹ destructionē. ⁊ sic cum generatio sit p̄ncipiū vniuscuiusq; rei generabilis ⁊ finibilis posita fuerunt vltimo signa significātia destructionē. s. aquatica. Preterea posita sunt signa ignea i p̄ncipio cuz caliditas vincit in igne p quā fit viuificatio q̄ est res nobilissima. Et signa terrea posita sunt iuxta ignea immediate propter affinitatē quā hñt cū igne ex siccitate vincente cū eis. Et aquatica posita sunt in vltimo vt essent directe opposita igneis positione loci sicut sunt eis opposita directe in natura. Et aerea fuerūt posita ante aquatica iuxta ipsa imediate ꝓpter affinitatem quā habēt cū eis ex humiditate:⁊ sic ambo agentia posita fuerūt in extremis: patientia vero inter vtraq;. Iste sunt cause que mouerūt sapiētes huius magisterij ad hanc ordinationē signorū sic faciēdam: scz p̄mittendo ignea: deinde terrea: deinde aerea: deinde aquatica. Et ex igneis p̄mittēdo arietez: ⁊ ex terreis premittendo tauz:⁊ ex aereis p̄mittēdo geminos:⁊ ex aquaticis p̄mittendo cancrū propter rōnes supius assignatas.

¶ Capitulum sextum quare denominatio signorū incipit ab Ariete ⁊ non ab aliquo alioz signorum.

Dictum est in precedēti capitulo quare signa fuerunt sic ordinata: in isto qdē dicendus est quare denoiatio incipit ab Ariete ⁊ non ab aliquo alio signorū: cū celū sit corpus spericum ⁊ omne spericum careat principio ⁊ quod caret principio caret fine:⁊ quod caret principio ⁊ fine caret medio cētro exclusō in re corpulenta. Cause fuerunt plures: ꝗrū vna est q̄ denominatio signoz incepit ab Ariete: qz circulus signorum intersecat circulū equatoris dicti in principio arietis ⁊ in eius oppositō non ortogonaliter sed oblique: ita q̄ ser signa fiunt septentrionalia:⁊ ser⁹ meridiana sicut alibi lati⁹ dicetur. Et illa pars que est septentrionalis est fortior illa que ē meridiana: quia cum sol egreditur pisces intrat Ariete: ⁊ Aries est primum signum partis septentrionalis: ⁊ pars septentrionalis est nobilior ac fortior pte meridiana. Et q̄ hoc sit ver non indiget probatione: quoniaz omnes hoc clamant:⁊ nullus dicit contrarium: licet hoc possit perfecte probari. Et ob hoc incepit denominatio signorum ab Ariete: qz pars fortior zodiaci incipit a principio Arietis. ¶ Alia ratio quare signoz denominatio incepit ab Ariete. Alia causa est quia cum sol intrat Arietez incipit tunc dies augmentari, super noctem: vnde cum augmentatio fit res nobilis: fuerunt concordes sapientes huius artis q̄ esset incipienda denominatio signoruz a signo in quo incipit augmentatio. ¶ Alia ratio q̄re signorum denominatio incepit ab Ariete. Alia causa est quia cum quatuor qualitates que sunt: caliditas ⁊ frigiditas siccitas ⁊ humiditas sint simplices:⁊ dum sunt simplices non augmentant nec diminuunt: cum fuerit composite: scilicet caliditas et humiditas: frigiditas ⁊ siccitas:⁊ caliditas ⁊ siccitas: frigiditas ⁊ humiditas quedam earum significant effectum ⁊ augmentum: quedam earum significant corruptionem diminutionem: vnde magis fuit incipiendum ab ariete q̄z ab aliquo aliorum si: notū: quoniam cum sol intrat Arietem tunc incipit res effici ⁊ augmentari:⁊ cum effectus ⁊ augmentatio sint res nobiles ⁊ amice nature:⁊ defectus ⁊ diminutio sunt res ignobiles ⁊ inimice nature merito fuit incipienda denominatio signorum ab Ariete: quia tunc res tenere: cunt que qualitas assimilatur iuuētuti que ē potissima pars vite: sic ⁊ illa est potissima pars temporis quando fiunt supradicta: quoniam sol tunc recedit ab equatore diei ⁊ appropinquat regionibus septentrionalibus ⁊ calor agit in humiditatem que fuerat ex tempore hyemali precedente:⁊ mouetur natura tunc ad generationem ⁊ augmentum rerum:⁊ crescunt herbe:⁊ frondescunt arbores ⁊ florent ⁊ producunt fructus:⁊ germinat multa semina cum non accidat hoc in aljs temporibus anni. nisi forte aliquando casualiter. ¶ Merito ergo fuit incipienda denominatio signorum ab Ariete potiꝰ q̄z ab ab aliquo aliorum signorum.

¶ Capitulum septimum: quare signa fuerunt nominata illis nominibus.

Dictum est superius quare denominatio signorum incipienda est ab Ariete. Nunc autē dicendum est quare signa denominentur illis nominibus. Cause sunt plures: quaruz vna est quia in illis locis que dicuntur signa sunt stelle ita dispositē ⁊ ita ordinate q̄ si traheretur linea ab vna ad alteram resultaret inde talis figura sicut est signum ab ea denominatum. Et dicitur q̄ Ptholomeus fuit versus meridiem tantum q̄ fuit sub equatore:⁊ stetit ibi tantum q̄ vidit omnia hec. ¶ Est alia causa quare signa denominantur talibus nominib⁹. scz quz sol intrat Arietem augmentatur calor ex eo q̄ sol incipit elongari a linea equinoctiali ⁊ appropinquat ad cenith regionū septentrionalium ⁊ fortificat p̄m q̄ Aries dicit habere vires respectu animaliuz fortium. Deinde augmentatur calor ⁊ efficitur fortior pluſq̄z esset cum sol erat in Ariete: ⁊ illud assimilat nature Tauri eo q̄ Taurus sit animal fortius Arietē:⁊ fit declinatio solis ab equatore maior q̄z cū erat in Ariete:⁊ appropinquatio eius ad cenith regionum septentrionalium. Deinde intrat sol geminos ⁊ dicitur illud signum gemini quia geminatur tūc calor ⁊ duplicatur vltra illud quod fuerat primo:⁊ est tunc vltimum elongationis eiꝰ ab equatore diei: ⁊ appropinquationis eius ad summitatem capitū. Deinde incipit sol redire versus equatorem diei: et tunc dicitur q̄ intret cancrum: quoniam cancer est animal retrogradum: vnde sicut cancer⁹ dicitur ire aliquando ante ⁊ postea redire retro ita cuz sol fuerit elongatus ab equinoctiali linea ad vltimā eius elongationem ab ea reuertitur versus ipsam:⁊ tūc dicitur ire retro sicut vadit cancer. Deinde cum egredietur sol cancrum intrat leonem:⁊ dicitur q̄ sit in leone eo q̄ calor augmētatur ⁊ fit fortior ⁊ acutior ⁊ magis rigidus propter aerem depuratum:⁊ qui nō participat tunc aliqua humiditate: vnde quia leo ē animal rigidum forte ⁊ asperum valde fuit illud signum denominatū ab illo animali. Deinde remit-

titur calor nec tunc fit augmentatio rerum nec generatio que sit ordinata preter germinationem quorũ dam seminum: z illud signũ dicitur virgo: quia virgo est animal humile atq; sterile: quia omnia tendunt ad diminutionem z quasi sterilitatem. Deinde intrat sol libram: quia tunc equatur dies cũ nocte z remittitur calor z efficitur in equalitate iter frigiditatem z calorem: quia tunc incipit frigus vt aliqd assumere vires: z omnia sunt in equalitate tũc. Deinde intrat sol scorpionem z augmentatur frigꝰ supra calorem z fit modo frigus modo calor: z disperatur aer z fiunt pluuie z generantur egritudines prauę z pestilentiales atq; mortifere ad modum veneni z similia: z ideo denominatur illud signum ab illo animali venenoso scorpione. Deinde augmentat frigꝰ manifeste sup calorem z tunc dicit sol intrare sagittarium: quia tunc fiunt mutationes aeris et declinat aer ad latus frigiditatis: z supuenit̃ pruine valide niues glacies emisse ab aere tã q̃ sagitte ledentes animantia z vegetabilia. Deinde augmentat frigus super calorẽ z quasi sopit calor z declinat aer ad frigiditatem distemperatam z melancolicam z fiunt tunc niues, multe z frigus vltimatum z glaties z similia: vnde cum capricornus sit animal frigidum z siccum z melancholicum denominatũ est illud signum ab illo animali: z est tunc sol in vltima declinatione ab equatore ad meridiez. Deinde incipit sol reuerti versus equatorẽ z tunc incipit frigus quodãmodo diminui z fiunt aliquando pluuie loco niuium: z humidior efficitur aer: vñ denominatum est illud signuz a tali dispositõe aeris tũc vigente. Deinde intrat Sol per Pisces z fuit denominatuz illud signuz a Pisce quod ẽ animal aquaticum: quia tunc abundant pluuie pluscq̃ in alijs temporibus anni: nisi forte per accidens aliquando: z si fuerint tunc niues vel pruine vel glacies: cicius conuertuntur in aquam q̃ in alijs temporibus hyemalibus.

¶ Incipit pars secunda: secundi tractatus de esse circuli essentiali.

¶ Capitulum primum de diuisione orbis signoruz in duodecim signa z vniuscuiusq; signi in. 30. gradus: z vniuscuiusq; gradus in. 60. minuta: z vniuscuiusq; minuti in. 60. secunda.

IN his que predicta sunt i isto tractatu ostensa sunt pluraq; q̃ huic operi vtilia esse videnꝫ z sunt: z specialiꝫ de numero sigñ z ipsorum ordinatione atq; de ipsoꝝ diuisione Dicẽdũ est i isto capitulo ꝺ diuisione orbis sigñ ꝺm vestigia reuerẽdissimi pdecessoris nri Ptholomei atq; honorandoꝝ Hermetis. s. Albumasar alcq degoq messale alchabicij adile Alhayat Thebit astaphan arastelli z alioꝝ prudẽtiũ q in hacscia studuerũt: z addendo eaq; mihi vtilia videbũt ꝺm q̃ deus gratiam mihi pstiterit ordinãdi z ad memoriaz mihi reduxerit.



¶ Scire quidẽ debes q̃ circulus signoruz qui ẽodiacus siue ẽodial dicit diuidit in duodecim diuisiões equales: quaꝝ qlibet vocat signũ: z dicũt signa sicut superi⁹ dictũ ẽ ad similitudinẽ quorũdã animaliuz que formãtur ꝺm formas eoꝝ sicut dixi tibi. Primũ igit signũ dicit Aries: secũdũ Taurus: tertium Gemini: quartũ Cãcer. qntũ leo: sextũ Virgo: septimũ: Libra: octauũ Scorpio: nonũ Sagittarius: decimũ Capricorn⁹: vndecimũ Aquari⁹: duodecimũ Pisces. Et vnũqdq; illoꝝ signoruz diuidit in. 30. ptes eq̃les q̃rũ quelibet vocat gradus. Et qlibet gradus diuiditur in. 60. ptes equales quaꝝ quelibet vocat minutuz. Et qlibet minutũ diuidit in. 60. ptes eq̃les quaꝝ quelibet vocat secũdũ. Et quodlibet secũdũ diuiditur in. 60. ptes equales quaꝝ quelibet vocat tertiuz. Et qlibet tertiũ diuidit in. 60. partes equales q̃rũ quelibet vocat quartũ. z ita vsq; ad vltimũ numerorum. Sed cadent tibi in opatiõe tua z maxime in equationib⁹ aliqui numeri vltra istos: licet quidam de ordine predicatoꝝ descẽderint vsq; ad. qntũ z sextũ vt non philosophãdo viderentur philosopharl.

¶ Capitulum secũdũ ad ostendendũ que signa sunt septentrionalia z que meridionalia.

DIctũ ẽ supus q̃ signa sũt duodeciz: z in quot ptes diuidit qlibet signũ. Nũc vo dicẽduz ẽ que ex ipis sint septẽtrionalia: z quot z q̃ sint meridionalia. Septẽtrionalia sunt sex illa. s. que sunt ab initio Arietis vsq; in finem Virginis: videlicet Aries Taurus Gemini Cãcer Leo Virgo. Et dicunt septẽtrionalia: qm̃ sunt ex pte septẽtrionis ab equatore diei. Reꝺua vo sex illa que sunt ab initio Libre vsq; in finem Piscium. Et dicuntur meridionalia quoniã sunt ex parte meridiei ab equatore diei.

¶ Capitulum tertium que signa sunt directe ascensionis z que tortuose.

DIctũ ẽ q̃ signa sunt septẽtrionalia: z que meridionalia. Nũc dicẽdũ est que signa sint directe ascẽsiõis: z que vo tortuose. Directe ascensionis sunt sex illa. s. que sunt ab initio cãcri vsq; in finẽ sagittarij. Et dicũtur directe ascẽsionis: qm̃ ascẽdũt directe atq; in lõgiori tpe q̃ eoꝝ opposita. Reꝺua vo sex illa. s. que sunt ab initio Capricorni vsq; in finem geminoꝝ dicũtur tortuose ascẽsionis: quoniaz non ascẽdunt ita directe sicut ascendunt eoꝝ opposita supradicta. Et dicunt tortuose ascẽdẽtia qm̃ ascendũt tortuose atq; in minori tpe q̃ eoꝝ opposita supradicta que sunt Capricornus Aquari⁹ Pisces Aries

Taurus Gemini: qz quodlibet signum dz ascendere in duabus horis eqlib⁹. Directa vo ascēdit i pl⁹ duab⁹ horis. tortuosa vo in minus duabus horis. ¶Que sunt obedientia. Dixit Alchabicius⁹ qp tortuose ascendentia obediūt directe ascēdentib⁹. s. duo signa que fuerūt eiusdē lōgitudinis a capite cācri: illud qō ascēdit tortuose obedit illi qō ascēdit directe: vt gemini cācro: qz tm̄ distat finis geminorum ab eqtore diei qntū initium cācri z finis cancri qntū initiū geminor: z taur⁹ eadem rōne dicit obedire leoni: Aries virgini: pisces libre: aquarius scorpioni: capricorn⁹ sagittario. Et dixit idem philosoph⁹ qp duo signa q̄ fuerint eiusdē longitudinis a capite arietis dicunt concordantia in itinere vt aries z pisces: tantū enim distat finis arietis ab equatore diei quātū principiū piscis: tantū taurus quantū aquarius: tātum gemini quātū capricorn⁹: tantū cancer quātū sagittari⁹: tantū leo quātū scorpio: tātū vgo quātū libra. ¶ Est et alius mod⁹ diuidendi iter ascēsiones signor̄ sz duas medietates circuli signor̄. Et dicitur quedā signa maiora quibusdā sibi oppositis: non qp vnū signum sit maius vel lōgius altero in suo circulo: sed oīa tenēt plus de tēpore in ascēdēdo q̄z eor̄ opposita: z oc cidūt in minori: z incipiūt a leone q est dom⁹ solis: z dicit medietas maior. Et etiā medietas solis dicit a principio leonis vsq; in finē capricorni: qm̄ sol hēt i tota illa medietate talē vtutē qlē hūt alij qnq; plane te in suis terminis. Residua vo medietas illa. s. que est a pncipio aqrij vsq; in finē cācri vocat medietas minor: nō qp sit minor alia: sed ascēdūt in minori tēpore q̄z eor̄ opposita: z occidūt in maiori sm̄ diuersitatē climatū z regionū: Et dicit medietas lune: qm̄ luna habet in tota illa medietate talē virtutē qualez habent alij qnq; planete in suis terminis propter multas impssiones z multos effectus quos habet in nobis plus q̄z hūt alij planete. Et hec fuit causa q̄re termini non fuerunt assignati soli vel lune in signis sicut fuerint assignati alijs qnq; planetis prout dicetur inferius quando loquar de terminis planetar̄. Et illa medietas circuli que est ab initio arietis vsq; in finē virginis dicit medietas calida. Et altera medietas illa. s. que est ab initio libre vsq; in finē pisciū dicit medietas frigida. Et illa q̄rta pō circuli que est ab initio arietis vsq; in finem geminor̄ dicit quarta calida humida vernalis pueritis sanguinea: z habet significare pueritē etatē vsq; ad iuuentutem. Et illa alia quarta que ē ab initio cancri vsq; in finem virginis dicit q̄rta calida sicca estiualis colerica iuuenilis: z habet significare iuuētutē vsq; ad complementū ei⁹. s. in initiū mediocris etatis. Et alia q̄rta que est ab initio libre vsq; in finē sagittarij dicit q̄rta frigida sicca autumnalis melācolica: z hēt significare mediocrē etatem vsq; ad principiū senectutis. Residua vo quarta illa que est ab initio capricorni vsq; in finē pisciū dicit quarta frigida humida hyemalis fleumatica senilis defectiua: z hēt significare senectutē atq; senectam vsq; i finē vite naturalis.

¶Capitulū quartū de ordine circulor̄ septē planetar̄ atq; ipsorum septem planetar̄ dispositiōe z ipsorum curribus z in quibus tpib⁹ pficiantur cursus.

IN isto capitulo dicā tibi sz qp philosophi dixerūt: z ē vez de ordine circulor̄ septē planetar̄ quor̄ primus z altior z supior z orbi signorum propinquior est circulus saturni: deinde sz secūdus est circulus iouis: tertius ē circulus martis: quart⁹ est circulus solis: quintus est circulus veneris: sextus est circulus mercurij: septimus est circulus lune qui est inferior z omnib⁹ alijs terre propinquior. Septē aūt planetar̄ omnibus altior z superior cursu: tardior est saturnus qui perficit cursum suū medium in. 30. annis fere. Deinde iupiter q perficit cursum suū in. 12. annis fere. Deinde mars qui perficit cursum suum in. 2. annis fere. Deinde sol qui pficit cursum suum in vno anno. Deinde venus que perficit cursum suū in anno vno: sicut sol. Deinde mercurius qui pficit cursum suū in anno vno similiter. Deinde luna que est omnibus alijs velocior z inferior atq; terre propinquior q̄ perficit cursum suū in. 27. diebus z tertia vnius diei fere. Sunt etiam pter planetas duo loca i celo i circulo signor̄ intellecta: quor̄ vn⁹ vocat caput draconis: z alius cauda draconis: z sunt duo trāsit⁹ oppositi quos facit circulus lune per circulum solis: z habent significare quedaz que dicent iserti⁹ cū de cauda z de capite tractabimus.

¶Capitulum quintum quas potestates habēt planete in signis.

QUilibet planetar̄ hēt potestates in signis: q̄rum quedaz sunt p naturā: quedā sunt p accidens. Per naturā sunt iste dom⁹ exaltatio termin⁹ triplicitas facies. Per accidens sunt iste gaudia sz planetar̄ existentia eor̄ in locis z domib⁹ fortibus: z quādo sunt recepti sz quādo vn⁹ recipit aliū sicut alie fortitudines que dicentur in suo loco z tēpore.

¶Capitulū sextū de domib⁹ planetarum.

SIgna sicut ostensuz est sunt duodecim z sunt assignata pro domib⁹ septem planetis: quia leo est dom⁹ solis prout philosophi testātur: cancer ē domus lune: gemini z virgo sunt domus mercurij: taurus z libra sunt domus veneris: aries z scorpio sunt dom⁹ martis: pisces z sagittari⁹ sunt dom⁹ iouis: aquarius z capricorn⁹ sunt dom⁹ saturni. ¶Sz posses tu dicere: quare fuerunt dom⁹ planetar̄ sic ordinate: z quare sol z luna habuerūt quilibet eorum vnicaz domū tantū z ceteri planete habent quilibet eor̄ duas. cum luminaria videant pot⁹ habere duas q̄z aliqs alior̄ propter fortitudines suas: z ppter multas causas que pnt assignari: z maxime cum Albumasar dicat qp sol z luna sūt fortiores z maiores fortune ceteris fortunis. Ad quod potest taliter responderi: qm̄ inter antiquos fuit diuersitas in ordinatione domor̄ planetar̄: quidā. n. inceperūt a domibus luminarium: quidā inceperunt a domibus saturni: quidā inceperūt a domib⁹ martis: quidam inceperunt a domib⁹ iouis: quidam inceperūt a domibus mercurij: quidaz inceperūt a domibus veneris: z quilibet assignauit suam causam sm̄ qp sibi visum est. Verūtamen ego in illa eor̄ diuersitate nō facio magnam vim: multe enim cause possunt assignari: tū nolo eas oēs assignare nec volo recitare oēs opiniones antiquor̄: quia valde longū esset: nec esset ibi vtilitas: sed assignabo tibi vnā z sufficiat modo tibi. Una causa q̄re leo assignatus fuit soli p domo z nullum aliud signū hec est sz quia sol est luminare maius z est luminare diurnū z lucis z iudicatur calidus z siccus z eius calor est intensus: z virt⁹ caloris ei⁹ apparet fortius cum ipse est in leone q̄z cum est in aliquo alio signo: z natura etatis apparet tunc fortius q̄z in alijs tēporib⁹. Et est sol planeta masculinus diurnus: z significat caliditatez z siccitatem per naturā suā. Et leo est signū masculinuz igneum calidum scilicet z siccum: z cum sol est in eo tunc est culmen etatis z complementum augmen-

tationis calozis: z nullum aliud signum est ita pro/
pinquum nature solis sicut Leo: quia licet Aries et
sagittarius sint signa ignea: non est tamen fortitudo
calozis solis ita manifeste apparēs est: nec ei⁹ lumen
ita clarū nec ita subtile sicut ē in leone. Et dixit albu
masar q̄ sol z leo concordant in hoc sz qz sol est in
medio planetarū: z leo est in medio estatis: qz tunc ē
vltimatus z fortior calor estatis qñ sol est in Leone.
¶Quare cancer est domus lune. ¶Cancer vo sol⁹
fuit assignatus lune pro domo que est luminare no
cturnum ꝓpterea quia cancer est primū signuz mo/
bile ab initio signorum quod concordat cum luna i
femineitate mobilitate frigiditate atq; humiditate.
Et est magis propinquū domui luminaris a quo
luna recipit lumen q̄z aliquod aliud signuz mobile
vel frigidum vel humidum quod concordat cū na/
tura lune. Et dicit etiā luna luminare solis qm̄ ipsa
recipit lumē ab eo: z ille due domus sunt lucidiores
z splēdidiores z naturis luminariū magis cōcordā
tes q̄z aliqua de alijs domibus in omnibus cli/
matibus z in omnibus regionib⁹ de mundo. ¶Qua/
re capricom⁹ z aquari⁹ sunt domus saturni. Et sicut
sol z luna sunt corpora lucidiora z splendidiora z lu
minosiora ceteris corporibus supercelestibus: z eo/
rum lumen magis percipit z manifestius q̄z lumē
alicui⁹ alioꝝ: z sunt fortune augmentantes: ita ob/
scuritas z tenebrositas saturni percipit pre ceteris
alijs obscuritatib⁹ z tenebrositatib⁹ alioꝝ corporum
supcelestium: z ipse est deterior omnib⁹ infortunis z
est destruens. Unde cum lumen z splendor sint dire
cte contrarij obscuritati z tenebrositati z econtrario:
z luminaria habeant significare splendorez z lumē
z claritatē z saturn⁹ habeat significare obscuritatem
z tenebrositatem: ob hoc fuerūt domus eoꝝ oppoſi
te directa linea. Et hec fuit causa quare capricornus
z aquarius fuerunt assignati saturno pro suis domi
bus. Et similiter capricom⁹ z aquarius sunt dom⁹
tenebrose ita q̄ cū sol est in eis est tunc aer magis ob
scurus z magis a puritate remotus: z specialiē cum
ipse est in aquario quia tunc est culmen z vltimatū
frig⁹ hyemis. ¶Quare sagittarius z pisces sunt do
mus iouis. ¶Sagittari⁹ vero z pisces fuerunt assi/
gnati ioui pro suis domibus iuxta domos saturni
qm̄ iupiter succedit saturno in ordine circulorū ime
diate z est fortuna fortis ita q̄ frāgit malictam Sa/
turni: z illa duo signa aspiciūt domos luminarium
a trino aspectu qui est aspect⁹ amicicie integre atq; p
fecte sicuti oppositio est aspect⁹ vltimate inimicicie.
Et ob hoc quia ipse est fortuna pre ceteris fortunis
preter luminaria: oportuit q̄ eius domus essent in
talib⁹ locis designate q̄ aspicerent domos lumina/
rium aspectu dilectionis pre ceteris aspectibus. Pi
sces enim aspicit cancrum qui est dom⁹ luminaris
nocturni a trino aspectu z ē de ipsius triplicitate qō
auget etiam bonitatē aspect⁹. Et sagittarius simil⁹
aspicit leonem qui est domus luminaris diurni a
trino aspectu z ē de ipsi⁹ triplicitate. ¶Quare aries
z scorpio sunt dom⁹ martis. ¶Aries vo z scorpio
fuerunt assignati marti pro suis domibus iuxta do
mos iouis: quoniam mars succedit ioui in ordine
circuloꝝ imediate z est malus z infortuna: sed eius i/
fortuniū z eius malum sunt infra infortuniū z ma/
liciaz saturni. Et illa duo signa aspiciunt domos lu/
minarium a quarto aspectu qui ē aspect⁹ medie ini
micitie. Et ob hoc quia ipse est malus infra satur/
num qui significat vltimatam maliciam: oportuit
q̄ eius dom⁹ essent in talib⁹ locis designate q̄ aspice/
rent domos luminarium aspectu medie inimicicie.
Aries enim aspicit cancrum qui est domus lumina
ris nocturni a quarto aspectu nec est de ipsi⁹ triplici/
tate q̄ deteriorat etiam aspectum Scorpio similiter
aspicit leonem a quarto aspectu qui est domus lu/
minaris diurni. ¶Quare taur⁹ z libra sunt dom⁹
veneris. ¶Taur⁹ vero z libra fuerunt assignati ve/
neri pro suis domib⁹ iuxta domos martis eo q̄ ipa
succedit soli in ordine circulorum cui est assignata p
pria domus. Et ob hoc succedunt domui veneris
domib⁹ martis. Et est ven⁹ bona fortuna: sed non ē
ita prefecta fortuna sicut iupiter: quia iupiter est ita
fortis fortuna q̄ frangit omnem maliciaz malicio/
sorum quod ven⁹ non potest facere: tamen licet non
posset frangere malicias aliorū sicut iupiter minuit
eas tamen sicut potest z per se confert fortunaz z bo
num. Et eius fortunium z ei⁹ bonitas est infra fortu
niuz z bonitatem iouis. Et illa duo signa aspiciunt
domos luminarium a sextili aspectu qui est aspect⁹
medie amicitie. Et ob hoc quia ipsius ē fortuna bo
na infra iouem qui significat perfectam z vltimatā
bonitatem z amicitiam: oportuit q̄ eius domus es/
sent in talibus locis designate q̄ aspicerent domos
luminarium aspectu medie amicitie. Taurus enim
aspicit cancrum qui est domus luminaris noctur/
ni sextili aspectu qui est aspect⁹ medie amicitie licet
non sit de ipsius triplicitate. Libra aspicit leonem a
sextili aspectu qui est domus luminaris diurni.
¶Quare gemini z vgo sunt dom⁹ mercurij. ¶Ge/
mini vero z virgo fuerunt assignata mercurio pro
suis domibus iuxta domum veneris: quia ipse suc
cedit veneri in ordine circulorum: z est cōmixtus: ta
men est in natura sua plus fortuna q̄z infortuna: sz
conuertit ad naturam illi⁹ cui coniungit. Et hec est
causa quare ipse dicit cōmixt⁹. s. q̄ ei⁹ dom⁹ non
aspiciunt dom⁹ luminarium aliquo aspectu quia
sunt ei similiter contigue. Et quia mercuri⁹ non elō
gat a sole tm̄ q̄ ipse possit esse in aliquo aspectu cuz
ipso. ¶Sed posses tu dicere q̄ gemini aspicit leo/
nem z virgo cancruz: verumtamen illud non habet
locū in tali casu: quoniā ꝑm istā consideratiōē nul/
lū signū dicit aspicere domū alicui⁹ luminaris ab
aliquo aspectu q̄ dom⁹ alteri⁹ luminaris cadat infra
illos terminos. Unde gemini non dicit aspicere leo
nez qz cancer dom⁹ lune cadit infra illos terminos:
nec virgo dicit aspicere cancrum: quia leo dom⁹ so/
lis cadit infra illos terminos. Et ita intellige ō alijs
signis: qz aries non aspicit leonē trino aspectu pro/
pter cancrū domuz lune que cadit infra illos termi
nos quez ipse aspicit quarto aspectu. Scorpio non
aspicit cancrum trino aspectu ꝓpter leonē domum
solis qui cadit infra alios terminos quem ipse aspi
cit quadrato aspectu. Taurus non aspicit leonez q̄
drato aspectu propter cancrum domum Lune qui
cadit infra illos terminos quem ipse aspicit sextili
aspectu. Libra non aspicit cancrum quadrato aspe/
ctu propter leonem domum solis qui cadit inter il/
los terminos quē ipse aspicit sextili aspectu. ¶Hec
omnia considerabis ꝑm considerationem quare si/
gna fuerint assignata planetis pro domib⁹. Secus
autem est in planetis existentib⁹ in illis signis sicut i
capitulo de aspectibus planetarum plenarie dicet.
¶Multas alias causas z philosophorum opiniones
possint assignari sed ad vitandum prolixitatez suf/
ficiat tibi ratio supradicta.

¶Capitulū septimū de detrimentis planetarum.

DEtrimentū cuiuslibet planete dicit septimū signū a domo eius. s. ei⁹ oppositū: z etiā dicit ei⁹ casus sicut libra est oppositū arietis z aries libre: z est detrimentū martis libra: z aries detrimētū veneris. Et scorpio est oppositū tauri z est detrimētū veneris. Et taurus est oppositū scorpionis z est detrimētū martis. Et sagittarius est oppositū geminorū z est detrimētū mercurij. Et gemini est oppositū sagittarij z est detrimētū iouis. Capricom⁹ est oppositū cācri z eiꝰ detrimētū lune. Et cācer est oppositū capricorni z est detrimētū saturni. Aquarius est oppositū leonis z est detrimētū solis. Leo est oppositū aquarij z est detrimētū saturni. Piscis est oppositū virginis z est detrimentū mercurij. Virgo ē oppositum pisciū z est detrimentū iouis. ¶Et dixit alchabicius q; si duo signa fuerint domus vni⁹ planete dicunt concordantia in almātica hocē in circulo qui latus est in medio z in ligatura strictus. s. in ẓodiaco qđ apparet in spera manufacta: quia vbi ẓodiacus transit p equatorez ibi circulus dicit esse strictus z vbi declinat ab eo ad meridiē vel ad septentrionē ibi dicit esse lat⁹. Albumasar vo dixit q; duo signa que fuerint dom⁹ vnius planete dicunt cōcordantia in itinere vt aries z scorpio que sunt domus martis: taurus z libra que sunt domus veneris: gemini z virgo que sunt domus mercurij: sagittarius z pisces que sunt domus iouis: Capricom⁹ z aquarius que sunt domus saturni: carcer z leo que sunt domus luminarium.

¶De gaudijs planetarū fm Dorothium.

DIxit Dorothius q; saturn⁹ gaudet in aquario: iupiter gaudet in sagittario: mars gaudet in scorpione: venus gaudet in tauro: mercurius gaudet in virgine.

¶Capitulum octauū de exaltationibus planetarū.

DIxerunt Albumasar z alchabici⁹ q; sol exaltat in ariete. s. in. 19. gradu ei⁹. ¶Luna exaltat in tauro. s. in. 3. gradu ei⁹. ¶Saturn⁹ exaltatur i libra. s. in. 21. gradu eius. ¶Jupiter exaltat in cācro. s. in. 15. gradu eius. ¶Mars exaltat in capricornō scz in. 28. gradu ei⁹. ¶Venus exaltatur in pisce. s. in 27. gradu eius. ¶Mercuri⁹ exaltatur in vgine. s. in 15. gradu ei⁹. ¶Caput draconis exaltat in geminis. scz in. 3. gradu ei⁹. ¶Cauda illius exaltat in sagittario. s. in. 3. gradu. Et dixit albumasar q; fuerunt dicte exaltiones planetarū i gradibus supradictis: qm̄ erant in illis gradibus quando fuerunt formati.

¶Capitulum nonum quare aries est exaltatio solis z libra eius descensio z quare alia signa sunt exaltationes planetarum.

partib⁹ otiētis. ¶ Et dixit messahala q̄ significat de figuris hominū cū qui habuerit colorē inter croceū ⁊ nigrum tectum cum rubore breuis statur: vt in q̄busdam crispum caluum atq; pulchri corporis. Et dixit Dorotheus figura solis ⁊ lune est sicut figura planetarum qui cum eis fuerint ⁊ eius qui dignior fuerit loco eorum. ¶ Si ergo volueris scire figuram solis scito q̄ sit crocea habens partem rubedinis capillorum oculi eius aliquantulum crocei. Et habet ex regionibus conacant ⁊ oracen ⁊ perfidam ⁊ terram romanorum. Et ex partibus habet partem futurorum ⁊ diuinationis. Et est significator naturarum ⁊ spiritus sapiētie ⁊ elationis ⁊ pfectionis fidei quoq; atq; scientiarum ⁊ gaudij. Et dixit adila sol facit hominem carne plenū pulchre faciei atq; albe: oculoꝝ quandoq; magnoꝝ huius in facie color albus citrino cōmixtus: habet vero solaris homo pulchrā plenamq; barbam capillos etiam gerit extensos.

¶ Capitulum quintum de venere quid significet.

Dixerunt Albumasar atq; alchabicius venus est fortuna: ⁊ est planeta femininus nocturn⁹ ⁊ habet significare mulieres ⁊ vxores. Et si fuerit natiuitas diurna vt ait Alchabicius significat matres. ⁊ vt ait sacerdos significat sorores minores. Et est significatrix filiorum naturaliter: quoniam filij significantur per quintam domum ⁊ venus est quintus planeta a saturno scilicet quartus post ipsum seqns eum in ordine ipsorum. Et etiam q̄ ipsa est quintus planeta qui exercet operationem suam in concepto complendo scilicet sexum maris ⁊ femine cuiuscunq; sexus fuerit conceptus ⁊ perficiendo illi nasus ⁊ supercilia ⁊ totam dispositionez faciei. Et quia venus est planeta delectationis ⁊ gaudij: ⁊ quinta domus similiter attribuitur filijs ⁊ significat eos quoꝝ filij sunt accidēs in quo magis gaudet natus delectat natura in eis plus q̄z in alijs. ¶ In tractatu vero natiuitatum dicetur latius quid dicendum fuerit super hoc: tamen dicā tibi nunc aliquid ex eis Quoniam quando volueris scire esse nati ⁊ volueris scire quid accidat ei a mulieribus matre scilicet vel vxoribus vel sororibus minoribus ⁊ similia. Vide in hoc natiuitatis si venus sit almubtez in natiuitate tunc scias quoniam bene ei erit generaliter ex mulieribus. Et si ipsa non fuerit significatrix natiuitatis q̄ non sit almubtez super illam. Vide quomodo ⁊ vnde aspiciat dominum primi. Nam si aspexerit eum de septimo a trino aspectu diligetur natus ab vxoribus dilectione perfecta. Et si aspexerit eum in de a sextili aspectu diligetur ab vxoribus: sed nō dilectione perfecta: immo erunt aliquando inter eos altricationes ⁊ iurgia ⁊ aliquando diligent se inuicem: aliquando vero nō: modo hoc modo illud. Et si aspexerit eū de septimo quadrato aspectu tūc p̄ax gaudebit natus cū vxore: ⁊ vt multū erunt inter eos aliquales altricationes ⁊ non bñ associabunt simul. ¶ Si vo aspexerit eū de oppositiōe nūq̄z gaudebit natus cū vxore ⁊ magis timeb hoc cuius prima nec bñ erit ei ab ea: ⁊ semp erunt rixe atq; discordie inter ipsos. ¶ Et si aspexerit venus significatorē natiuitatis de decima domo aliquo predictoꝝ aspectuū: dic q̄ ita erit nato a matre sicut dixisti qd erit ei ab vxore. Quoniā si aspexerit venus significatorez de septima domo de bono aspectu dic q̄ nato erit bonū a mre. de malo vero dic q̄ ei erit malus a matre. ¶ Et si aspexerit venus significatorē nati a quarta aliquo istorum aspectuuz dic q̄ ita cedet ei a sororibus minoribus ꝑm aspectuz quo ipm aspexerit quēadmodum dixisti de matre. Et hz venus per naturā suaz opari frigiditatē ⁊ humiditatem cuz temperie. Et hz significare silr ex etate hois adolescentiā ⁊ maxime in mera iuuētute que est. a. 14. anno vsq; ad. 22. Et hz ex magisterijs scire facere instra ludorum: ⁊ ludorum ⁊ ludere ad calculos ⁊ ludere ad aleas. ¶ Ista erunt officia illius cuius venus fuerit significatrix: ⁊ q̄ magis approximabunt ei: ⁊ que ipse melius sciet facere si voluerit se intromittere de eis: ⁊ si intromiserit se de alijs nō adiscet nec sciet: ita bñ sicut ista. Et erit ille cuius venus fuerit significatrix viuēs in ocio ⁊ melius sciet ducere vitaz suam ⁊ delicatius viuere ⁊ curialius q̄z alius qui sit valde deterior eo. Et erit fornicator ⁊ ex toto filius fornicationis: ⁊ libenter exercebit omnē cultum venereū ⁊ habundabit in coitu ita q̄ aliqñ exterminabitur natura ipsius illa de causa: ⁊ sciet cōponere coronas ⁊ serta ⁊ omnia ornamēta: ⁊ specialiter muliebria: ⁊ vtetur libenter ornamētis sui corporis: ⁊ ibit coopertus pulchris indumentis ⁊ mundis: ⁊ sciet operari auꝝ ⁊ argentum ⁊ facere monilia: ⁊ oia talia que pertinent ad ornamentū corporis ⁊ maxime que ptinent ad ornamenta mulierum si adheserit illius magisterijs. Et istud est qō non permittit aliqñ quosdam puenire ad perfectionem suoꝝ magisteriorꝝ seu officioꝝ quoniā vtuntur artibus ⁊ officijs que nō sunt ipsoꝝ naturaliter: ⁊ ipsi nunq̄z pfecte addiscūt illa: ⁊ cū labore addiscunt quicqd capiunt ex eis: sed illa que ptinent ad eos naturaliter addiscunt leuiter ⁊ bene. ¶ Et sunt venerei homines ludi ⁊ risus ⁊ tripudij atq; alacritatis ⁊ gaudij ⁊ libenter vtunt comestionibus ⁊ potationibus in sotietatibus ⁊ inebriātur venerei citius alijs ⁊ confidunt de alijs ⁊ sepe decipiūtur ab eis. Et habet venus significare dilectionem largitatem amorē ⁊ iusticiam ⁊ similia. Et conuersant in domibus orationis venerei vt appareant q̄ non sunt ⁊ retinent fidem ⁊ cupiunt audire sonos instrumētorum musicorum ⁊ valent in eis plus alijs hominibus.

¶ De cōplexiōe veneris cū saturno ⁊ alijs planetis.

Venus si iungatur cum saturno significat sonuz cantationū lamentationum ⁊ quibus defletur mortui atq; quibus homines vtuntur quando edificant ⁊ similia. ¶ Si autem iungatur cuz ioue significat q̄ natus erit doctus in sonis lectionū ⁊ cantilenarum ecclesiasticarum ⁊ in omni cantu spectante ad clericos ⁊ religiosos ⁊ vtentes in domibus orationis ⁊ altaria ⁊ laudem domini Jhesu christi. ¶ Quod si iungatur cum marte significat sonos seu cantationes laycorum ⁊ dñorum prelioruz ⁊ cantus qui fiunt in prelijs sicut sunt tube fistule cymbala ⁊ similia: ⁊ significat sonos seu cantus in quibus fit mentio captionis ligationis laboris interfectionis: ⁊ percussionis armorum ⁊ flagellorum sicut fit in cōmemoratione gestorum antiquorum ⁊ rememo-

rari gesta trole frãcie rome britanie ⁊ filia: sciet. n. natus cãtare illas cantatiões. ☾Qñ si iungat soli significat q̃ sciet natus sonos seu cãtus q̃ fiunt cuz lignis qbus vtunt hoies corã regibus ⁊ magnatibus sicut rotte viole cythare sambuce leuta ⁊ filia. ☾Et si iungat ei mercurius significat sonos qbus fiũt melodie ⁊ cõponunt vsus sicut sunt lire ⁊ filia. ☾Si aũt iungat ei luna significat cantus qbus vtunt naute in nauigationib⁹ ⁊ erectiõibus seu eleuationibus velorũ in altũ ⁊ filia. ☾Et de infirmitatibus significat infirmitates frigidas ⁊ humidas q̃ accidũt: vt multuz in mẽbris genitalibus vel circa illa ⁊ filia. Et significat q̃ natus erit aptus ad sciẽdũ aptare atq; ꝓparare ea q̃ spectãt ad pulchritudinẽ sicut sunt pallia vestimẽta mulier ⁊ eaz ornamẽta ⁊ que pinguntur in ornamentis cũ auro margaritis frisijs ⁊ filibus. ☾Et ex qualitate ai significat suauitatẽ: ⁊ significat amicitiaz ⁊ cõmestionem ⁊ cupiditatẽ cõmestionis ⁊ potationis ⁊ coitus ⁊ filia. Et ex sectis significat idolatriaz ⁊ eas in qbus exercent comestiones atq; potationes. ☾Et dixerũt guelius ⁊ cancaph q̃ significat de corpore hois anchas spinaz dorsi sperma ⁊ eius decursum. Albuã vo ⁊ atabari dixerũt qñ habet significare pinguedines renes ⁊ vmbilicũ ⁊ vẽtrem vuluam quoq; atq; matricem. Et ex coloribus hz albuz: ⁊ ex saporibus vnctuosum: ⁊ ex odib⁹ odem veneris: ⁊ ex noctibus hz eam que ꝓcedit diẽ martis. Et quãtitas orbis eius est. 7. graduũ ante ⁊ totidẽ retro. Et anni eius firdarij sunt octo. ⁊ maiores. 82. ⁊ medij. 45. minores vo octo ⁊ maximi sm Alchabiciuz sunt. 1151. Et dicunt anni eius maiores. 82. sm numez gradu um duodecim signoz qui cõtingunt ei pro suis terminis sm quem numez ipsi considerantur. ☾Medij vo dicunt. 45. qñ ipsi considerant sm numeruz me dietatis numeroz ipsius maloz atq; minorũ simul aggregatoz quibus simul aggregatis faciũt. 90. quorum medietas est. 45. ☾Minores vero sunt octo q̃ transierunt suum numez ab eo q̃ venus circuit suũ epiciclum in octo annis quinquies qo̅ non põt facere in alio numero annoz. Excentricuz circuit in. 348. diebus. Et fortitudo eius in plagis mũdi est in dextra occidentis. ☾Et dixit messahala q̃ significat de figuris hominũ hominẽ albũ trahẽtẽ ad nigredinẽ pulchri corporis: pulchroz capilloz hñtem faciem rotũdam ⁊ paruas maxillas: ⁊ pulchros oculos ⁊ nigredo ipsoz est maioz albedine. ☾Et dixit Dorotheus pulchram: habens faciem: pulchros oculos nigredo ipsorum plus q̃z oporteat: ⁊ multos capillos. Et dixit q̃ significat hominem album confectum rubore crassum: ⁊ ostendit beniuolentiam. Et habet ex regionibus alhegem ⁊ alyemen ⁊ totam terram arabum: quoniam eius significata magis apparent in illis partibus q̃z in alijs. Et habet ex partibus partem desiderij. Et significat amicitiam ⁊ dilectionem ⁊ patientiam ⁊ ludum atq; coniunctionem masculorum adinuicem per modum turpem ⁊ ꝓhibitum atq; nepharium ⁊ abhorrendum. ☾Et dixit adila venus pulchros facit capillos: ⁊ pulchra supcilia. Homo autem venereus dulcia ⁊ mollia effundit verba: per omnia dulciflua habet eloquia osculatiungit amica. Est autez in sui vultus ⁊ totius corporis cõpositione studiosus: mouet se leuiter in eundo aut aliquid aliud agendo: mediocris est stature ⁊ lasciuus.

☾Capitulum sextum de ☿ mercurio quid significet.

DIxit Alchabicius mercurius est planeta commixtus masculinus diurnus inclinatur ꝓ natura sua illi cui cõplectitur ex planetis ⁊ signis ita vt si iungat bono planete q̃ efficit bonus: ⁊ si iungatur malo efficit malus. Et si iungat planete masculino dr̃ masculin⁹: ⁊ si nocturno nocturnus: ⁊ si diurno diurnus. Et hz significare fratres minores: vnde ꝑspice in natiuitate alicuius nati ⁊ vide qualiter se habeat mercurius cũ dño primi siue cũ significatore natiuitatis: nã si euz mercurius asperexerit a trino vel a sextili aspectu bñ erit nato ex fratribus suis minoribus ⁊ maxime cũ receptione. Et si asperexerit eum a quarto aspectu vel ab oppositione male erit ei ex eis maxime si receptio interueniat: silr dic de ꝓiunctiõe corporali: idẽ intelligas de aspectibus eius cũ luna. Et est mercurialis magis diligẽs amasias q̃z vxores ⁊ libentius adherebit eis. Et significat mercurius estimationẽ ⁊ cogitationẽ dilectionis dei quãtũ est ex ꝓscientia sua licet alias sit lasciuus in nõ licitis: ⁊ bonam habebit credulitatẽ ⁊ deuote morabit in tẽplis ⁊ alijs oraculis ecclesiaz: ⁊ erit bone fidei ⁊ catholice opinionis. Et si fuerit mercurius solus significator natiuitatis ⁊ fuerit in nã sua ita q̃ nullus planetaz iungatur cũ eo nec participet ẽt cũ ipso erit natus in principio iuuẽtutis sui sensus ⁊ crescet sue volũtatis ⁊ suoz mozꝓpriozꝓ ⁊ hoc accidet ei in primis decez annis sue iuuẽtutis. s. adolescẽtie. ☾Et dixit alchabicius q̃ significat res terrenas ⁊ augmẽtationẽ rez crescẽdo. Et ex etate hz iuuẽtutẽ ⁊ pfectũ in ea: ⁊ q̃ significat ex opib⁹ opa q̃ fiant cognitionem vitatis ⁊ rethoricã: erit. n. ordinat⁹ in sua loq̃la. Et hz mercurius significare geometriã atq; sciam negociatiõis ⁊ scie dispõere negocia multa ⁊ de multis se itromittet: sciet illa ducẽ ad effectũ. Et hẽbit cognitionẽ in multis reb⁹ ⁊ noscet res venales ⁊ alias in qb⁹ fuerit titilas. Et si fuerit effect⁹ clerici⁹ erit bon⁹ ⁊ placibilis ꝓdicator. ☾Et dixit afla q̃ significat phiam ⁊ a gloria ⁊ scripturã ⁊ puerbia: erit bon⁹ moralis: et dãi scet ari simetricam sciam. Erit. n. mercurialis bonus verificator ⁊ operabitur in hoc maxime.

☾De cõplexione ipsius cũ saturno ⁊ alijs planetis.

QUi si iũgat cũ saturno significat opus artificandi atq; mẽsurãdi terras ⁊ diuidẽdi possiões ⁊ hereditates iter ꝓpe ⁊ hẽdes mortuoz. Et sciaz numerãdi ⁊ estimãdi q̃ oporteat hre aliquẽ ad faciẽdũ aliqd edificiũ sicut turrim ⁊ domuz vel alqd sile. ⁊ sciam ordinãdi telas sicut sunt illi q̃ texũt pannos laneos vel lineos seu pignolatũ ⁊ filia. ☾Qñ si iũgatur ioui significat opus numerandi ⁊ faciẽdi melodias libroz ecclesiaz ⁊ alios cantus sciet indifferẽter ⁊ saltus ludoz ⁊ similia. ☾Qñ si iungat marti significat q̃ natus cui fuerit significator sciet pducere exercitum ⁊ sciet eos bñ ordinare atq; soluere ꝓdẽtibus atq; guerrarijs redditus quos ꝓpere debuerint: ⁊

qꝫ sciet bñ preliari ⁊ bñ percutere illos cum quibus fuerit ꝑliatus cū lanceis ⁊ gladijs clausis ⁊ alijs nocibilibus armis ⁊ similibus. ℂ Quod si iūgatur soli significat eum ꝑsse numero regum ⁊ substātie dñorum magnatum ⁊ nobilium ⁊ diuitum: sciet enim disponere facta ipsoꝝ ⁊ regere familias eorūꝫ ⁊ producere ipsoꝝ familiaria facta. ℂ Qđ si iungatur cuꝫ venere significet qꝫ sciet numerum sonoꝝ cordarum instroꝝ musicorum sicut cytharaꝝ violarum fistularum organorum arparum tympanorum ⁊ similiū. ℂ Quod si iungatur ei luna significat qꝫ natus sciet seruire in curijs regum magnatum nobiliū ⁊ alioꝝ sicut est ponere fercula coram discumbentibus: incidere panem ⁊ carnes coram eis ⁊ similia. Et de infirmitatibus significat infirmitates anime naturaliter sicuti est magnanimitas paruipēdēdo magna: ⁊ pusillanimitas magnificando parua: ⁊ cogitatiões horribiles: ⁊ inquietationem mētis atqꝫ dubietatis ita qꝫ aliqñ videbit amēs ⁊ fatua. Et si ille cū quo iungit fuerit bñ dispositus significat bonā qualitatē aie ⁊ si fuerit male dispositus significat malaꝫ qualitatē aie.

℔ De mercurio cum fuerit fortunatus.

QUm aūt fuerit mercurius fortunatus erit bonitas ⁊ fortuna ipsius ꝑm bonitatem ⁊ ꝑꝫ fortunam illius qui fortunat eum: ⁊ ꝑm locum in quo ipse fuerit bñ dispositus. Et cum fuerit malus ⁊ infortunatus erit eius malicia ⁊ infortuniuꝫ ꝑm naturam ⁊ ꝑm esse ⁊ ꝑm infortunium illius qui infortunat eum: ⁊ ꝑm locum in quo fuerit ille malus: vel q infortunat eum. ℂ Et dixit Alchabicius qꝫ significat ex sectis culturam vnitatis vere atqꝫ legiꝫ rationabilium ⁊ horum similiū: ⁊ illud significat cū ypocrisi atqꝫ simulatione fingens se melioꝛē esse qꝫ sit nō tamen cum hereti. ℂ Et dixerūt albuas ⁊ ebrianus qꝫ significat de corpore hois vmbilicuꝫ ⁊ femora crura neruos venas ⁊ arterias. Et de coloribus significat omnem colorem ꝓmixtum atqꝫ variatum. ℂ Et dixit guelius qꝫ significat aleçeminium qui est quodam color similis colori lilij agrestis. Et ex saporib⁹ significat acetosum. Et quātitas orbis eius est septē graduum. Et ex diebus habet diez mercurij: ⁊ ex noctibus eam que ꝓcedit diem dominicuꝫ. ℂ Et anni eius firdarie sunt. 13. Et anni eius maiores sunt. 76. medij vō. 48. minores. 20. maximi quoqꝫ. 460. Et dicunt anni eius maiores. 76. quoniam. 76. gradus cōtingunt ei de gradibus. 12. signorum pro suis terminis ꝑm quem numerum ipsi cōsiderantur. Medij vero dicuntur. 48. eo qꝫ ipsi ꝓsiderantur ꝑm medietatem numeri annorum ipsius maiorum ⁊ minorum simul aggregatoruꝫ ⁊ diuisoꝝ in duo media qui sunt. 96. quorum medietas est. 48. Minores q dem sunt. 20. eo qꝫ mercurius in. 20. annis reperitur facere. 63. reuolutiões in epiciclo quas non facit in alio numero annorum ⁊ inde traxerūt illum numerum ⁊ circuit ecentricum in decem mēsibus fere. Et fortitudo eius in partibus mūdi est in septētrione. ℂ Et dixit iaphar qꝫ mercurius a medio retrogradationis sue vsqꝫ ad stationem suam secūdam significat pueritiam. Et a statione sua secūda vsqꝫ ad coniunctionem solis corporalem significat iuuētutem: ⁊ dilectionem ⁊ amicitiam ⁊ cōcordiam ⁊ eius ingressionem ⁊ amoris imitationem. Et a coniunctione solis vsqꝫ ad stationem suam primaꝫ significat senectutem: ⁊ a statione sua prima vsqꝫ ad medium retrogradationis sue significat decrepitam ⁊ cōtrarietatez ⁊ dissimilationem ⁊ tarditatem ⁊ verecundiam preterqꝫ in acquirēdo pecuniam ⁊ occupationem rerū modis omnis quibus poterit accumulabit eas natus per phas ⁊ nephas. Et cum fuerit mercurius in medio retrogradationis sue ⁊ fuerit significator alicuius nati erit mediocris velocitatis natus ille propter ingenium quod habebit debile. Et cum fuerit prope stationem suam secundam significat qꝫ natus erit velocis ingenij: sed nō vltimate velocitatis ⁊ erit boni ingenij in sciendo aperire ingenia hominum cum blādicijs ita qꝫ reuelabunt ei secreta. Et cum iūctus fuerit soli per corpus ⁊ fuerit directus ⁊ fuerit significator alicuius significat qꝫ natus erit velocis ingenij ⁊ expansi ⁊ lati ⁊ magni atqꝫ profundi ⁊ bone memorie: ⁊ idem accidet de alijs planetis preterqꝫ de de luna. ℂ Et dixit messahala qꝫ mercurius significat de figuris hominū hominē habentem colorem non multum album nec multū nigrum: habentem frontem eleuatam: faciem longam: nasum longum: oculos pulchros nō ex toto nigros: raram nigrāqꝫ barbam in maxillis: ⁊ lōgos habētem digitos. Et ex regionibus habet acalem ⁊ magidem ⁊ omnes regiones indoꝝ. Et ex partibus hꝫ partem negociatiōis: qñ habet significare negociatores propter nimiam sollicitudinis estuatiōem quā significat: ⁊ pp nimiū studium qō viget in eo in inquirendo diuersa. Et significat timorē ⁊ infestinationem ⁊ bellū ⁊ inimicias ⁊ seductiones ⁊ cōtrarietates. Et significat etiam profectum ⁊ magisteriū ⁊ subtilitatem in omnibus operibus ⁊ in omnibus ingitionibus de quib⁹ se voluerit intromittere natus. Sciet enim subtiliter inquirere ab omni homine qō voluerit ⁊ subtiliter inquirere cūcta que ab aliquibus inquirūtur ex dictis siue factis. ℂ Et dixit sacerdos mercurius dat homini gracile hꝛe corpus. Est aūt mercurialis sapiens lectioni libenter vacans: statura sepius mediocris: sufficienter acquirēs amicos: nō leuiter eos retinēs. Et dixit qꝫ habet pulchram barbam sed rarāqꝫ atqꝫ paruam subtilia gerens qñqꝫ labia nasumqꝫ similiter.

ℂ Capitulum septimum de luna ⁊ quid significet.

DIxit albumasar qꝫ Alchabicius luna est fortuna feminina nocturna: operatur per naturaꝫ suam frigiditatem ⁊ humiditatem ⁊ est significatrix matrum. Unde si natiuitas fuerit nocturna habet significare que accidēt nato ex matre. Unde debes cōsiderare qualiter se habeat luna cum significatore nati: quoniā si aspexerit eū bono aspectu trino scilicet vel sextili: vel receperit eū receptione perfecta bñ erit nato ex matre. Si autem aspexerit eum malo aspectu male erit ei ex matre. Et illud idē intellige de matre ex filio: quia significator natiuitatis receperit lunam bene erit matri ex nato. Si autem male aspexerit eam sine receptione male erit matri ex nato. ℂ Et dixit Alchabicius qꝫ est in ea flegma temperatum. Et significat etatem puerilem ⁊ initium cre-

scendi. s. primos quatuor annos a natiuitate ꝓpter suas crebras & veloces mutatiões ad modum mutationum puerilium. Et dixit idem philosophus q̃ habet ex operibus legationes & mandata & opera aquarum atq; terrarum & terreculuz ſm quantitatem sue bonitatis vel sue malicie. Et significat principatum: scilicet enim producere res regum & principũ & magnatum si prefuerit eis & similia: si fuerit tũc fortunata & in bono aspectu solis vel domini decime domus trino scilicet vel sextili. Et de substantia significat argentum. Et significat fortunam in cultu terre si habuerit dignitatem hore natiuitatis in quarta domo. Et ex fide significat religionem quoniam lunares vt multum sunt religiosi & maxime in iuuentute tamen aliquãdo non bene seruant promissa deo: & raro bene pseuerant in religionibus: & sunt exinde fabule vulgi. Et ex infirmitatibus significat epilensiam & torsionem vulue: & illas que pertinent ad paralisim & maxime particularem: & specialiter illas que sunt in lingua & labijs & oculis. Et habet significare cõmotionem membroz que sunt ex aliquib⁹ egritudinibus quod sepe accidit ex egritudinib⁹ frigidis & humidis vt flegmaticis. Et habet significare qualitatem animi ſm cõmixtionem suam cum planetis: quoniã si iungitur cuz bono planeta erit qualitas animi nati bona si vero iũgatur cum malo erit qualitas eius mala.

¶De cõplexione lune cum saturno & alijs planetis.

QUe si iungatur cũ saturno in natiuitate alicuius maris vel femine significat q̃ nat⁹ habebit homines odio & simulabit se ipsos diligere & erit inuidus: & gaudebit in damnis aliorum: & dolebit de ipsorum vtilitatibus: & videbitur ei q̃ omne alterius bonum sit sibi nocumentum. ¶ Et si iungatur cum ioue significat q̃ natus erit cautus & erit honestus atq; in omnibus benignus: & ducet bonam & pulchram & honorabilem & placabilẽ vitam & omni modo laudabilem. ¶ Et si iungatur cum marte significat q̃ natus erit susurrator & inuidus: & studebit in malicijs & in susurrationib⁹: & in seminãdo cigania inter homines in omnibus & que sint alijs damnosa: nec curabit si nõ sint sibi vtilia dũmodo credat alijs esse nocitiua hoc tamẽ preuiso q̃ receptio frangit maliciam supradictam. ¶At si iungatur cum sole a trino vel sextili aspectu sive cum receptione pfectius complebuntur significata & significat q̃ natus seu interrogãs intromittet se de disponendo res regales & magnatum & nobilium & diuitum qui sunt apti regno. ¶Si autem iũgatur cum venere significat q̃ natus erit curialis & benignus & suauis & boni animi & honestus moribus: & erit celer & leuis & velocis motus: & vtetur diuinis obsequijs nec dicet malum de aliquo nec dicet alicui rusticitatẽ sua culpa. ¶Si vero iũgatur cum ☿ercurio cum receptione significat q̃ natus erit cõcionator sacundus & q̃ adherebit scripture atq; rethorice: & erit ordinat⁹ in omni sua locutione & in omni suo dictatu tam metrico q̃ prosaico. Si autem sine receptiõe a trino vel sextili aspectu erit infra hoc. Si vero a quarto aspectu vel oppositione erit loquax & multa vana verba & inutilia fundet: nec volet alijs dare vicem loquendi & interrumpet eorum dicta: nec volet q̃ sua interrumpãtur. ¶Et dixerunt guelius & albuam quia significat cogitationem & nouitatem animi & debilitatem ingenij atq; sensus & lingue grauitatem & mulieres honestas. Uñ debes ꝑsiderare in natiuitatibus mulierum si fuerit luna iuncta ☿ercurio sicut dañ est quoniam significat tunc q̃ mulier erit honesta & bona & boni animi: & erit libẽter nutriens pueros & erit fortunata, in hoc & erit astitrix parturientium: & significat matres & materteras & prebetrices ciboruz: sciet enim natus prebere cibaria alijs. ¶Et dixerũt toz grecus & albuaz q; tũc significat proprie pulmonem & cerebrum. Et de coloribus significat citrinuz. Et de saporibus salsum. Et significat ex mulieribus oculum dextrum: & ex viris sinistrum. Unde debes considerare in natiuitatibus si luna fuerit impedita: q; significat impedimentum oculi quod accidet magis quando fuerit impedita in arietein viris impedit sinistrum: & in mulieribus dextrum. Aut enim nascetur cum oculo impedito: aut impedietur eius oculus ante mortem eius naturalem impedimento inseparabili: & aliquãdo perdet natus oculum ex toto. Et ex diebus habet diem lune: & ex noctibus illã que precedet diem veneris. Et quãtitas orbis eius ẽ 12. graduum. ¶Et anni firdarie ipsius sunt nouem anni eius minores. 25. medij. 39. & dimidius. Et quidam voluerunt dicere q̃ esset. 66. quoruz oppositioni non video causam quare assentiam. ☽aiores autem 108. maximi vero. 420. Et dicuntur anni eius maiores. 108. eo q̃ ipsa habeat illaz virtutem in illa medietate circuli signorum que est a principio aquarij vsq; in finem cancri quam habent alij planete in suis terminis & essent. 180. sed diminuuntur ei. 60. propter duas domos duaz infortunarum que sunt aquarius & aries: & diminuuntur ei iterum. 12. anni propterea q̃ illa medietas minuit in suis elevationibus ab eo q̃ sunt principia primi climatis vsq; in finem septimi climatis quod attribuitur lune. 12. gradus vnde remanẽt tantum. 108. ☽edij vero dicuntur. 39. & dimidius ea ratione qua dicuntur medij anni solis: nec minuuntur tunc predicti. 12. gradus. ☽inores siquidem sunt. 25. & hoc ideo: q; cum fuerit luna in fine. 25. graduũ arietis qui est vtriusq; luminaris: tangit enim. 19. gradum arietis qui ẽ de exaltatione solis: & tãgit tertium gradum tauri qui est de exaltatione sua: & propter diminutionem predictorum. 12. annorum a suis annis maioribus addit ſm medietatem illorum annis minoribus solis ser & sic fiunt. 25. anni & fortitudo eius in partib⁹ mũdi est in dextra occidentis.

¶De formis quas significat luna.

ET dixit messahala q̃ significat de figuris hominũ hoiem albũ cõmixtũ cũ rubore niueuz superalijs benivolis: habentem oculos non ex toto magnos: faciem rotundam: pulchrum statum. Et ex terris artore & exthoma & adila. ¶ Et dixit sacerdos luna dat hominẽ nullius esse seruicij: quoniam die ac nocte ire desiderat huc atq; illuc discurrẽs: nec leuiter stabilis manet alicubi: quod est verum si ipsa fuerit in natiuitate tarda cursu sine receptione perfecta & fuerit iuncta planete velocis cursus & maxime de inferioribus. Et dixit lunaris homo habet faciez rotundam: staturam mediocrem. Est autem alteratio maior oculis aut est per oculum percussus. Et dixit q̃ est vir strabo vel omnino altior orbis oculorum. Et vt breuiter tibi verum fateor alter oculoruz nullatenus vicio carebit. ¶ Et dixit sarcinator in quodam suo tractatu: quia luna significat a principio sui nouilunij vsq; ad septẽ dies annos suos puericie & a. 7. die vsq; ad. 14. significat ãnos iuuẽtutis

z a.14.vsqz ad.21.senectutis annos significat: z a.21. vsqz in finē mēsis significat annos senij. Et cuz fuerit sub radijs solis significat secreta z occulta: significat etiam occultanda: vnde tunc est bonum tractare: z facere ea que occultāda sunt illa: scilicet que volum⁹ populo latere anteqz se paretur a sole. Illa vero que volumus occultari ad tempus postqz fuerit separata a sole anteqz ereat de sub radijs solis. Et ab initio mensis vsqz ad oppositionē significat omne qđ futurum est: z ab oppositione vsqz in finem mensis significat omne quod destruendum est. Et ab initio mensis vsqz ad plenilunium ipsa z sol significant accusatores. Et ab initio mensis vsqz ad oppositionem significat lucrum z continentiam: z ab oppositione vsqz in finem mensis significat stipendia z dispensiones: quoniam cum fuerit natiuitas in initio mēsis erit natus intentus lucro z retentioni lucratorum quantum est ex hoc. Et cum fuerit in fine mēsis erit natus intentus expensis z disperget substantiaz ita qz declinabit eius modus expēdendi in prodigalitatem. Et significat in initio mensis de iudicio actorez z rem quesitam z prosperitatez actoris z rei quesite: z in fine mensis significat cōtrarium: vt ait Alchabicius: z in oppositione significat cōtrarietatem. Et cū fuerit inter corpus lune z oppositionem solis. 15. gradus significat esse initij cōtrarietatis z eius causam. Et cum fuerit separata ab oppositione solis significat causas erectionis a cōtrarietate. Et in exitu suo de sub radijs solis significat exitum ab occultatione atqz occultorum detectionē z his similia. Et introitu suo sub radijs solis significat aptationem ad occultādum z maxime illa que volumus magis occultari atqz latere. Et ab hora separationis sue a sole significat aptationem exitus ab occultatione. Et ab hora exitus sui de sub radijs solis significat aperitionem z aduentum ab absentia videtur enim tūc significare aduentuz absentis si fuerit facta questio de absente quando luna fuerit sic disposita.

¶ De significatione lune in quarto aspectu solis.

DIxit Alchabicius z duz in quarto aspectu solis fuerit significat descensionez ab alto in infimum sicut sepe accidit illis qui habent magnas dignitates z magistratus altos z deponuntur ab eis inuiti z reprehēbiliter. Et illud idē accidit in quarto aspectu secundo: z est etiam quartus aspectus secūdus deterior primo quoniam licet significat in ēqrto aspectu primo diminutionez status: tñ significat apparitionem rerum z lucrum z augmētum cōtinentie: sed in quarto aspectu secundo significat ōrium.

¶ De significatione lune a cōiunctione vsqz ad dimidium sui luminis.

DIxerunt Ptholomeus arthephius z archaphalan qui in hac scientia plurimuz valuisse sunt inuenti: qz luna a cōiunctione solis vsqz ad dimidium sui luminis erit natura eius humiditas: quoniam habet tunc significare humiditatē. ¶ Et a medietate sui luminis vsqz ad implationez erit natura calor: quoniam habet tunc significare caliditatē. Et ab implatione vsqz ad dimidium sui luminis secūdum erit natura eius siccitas: qñ habet tūc significare siccitatem. Et a dimidio sui luminis secundo erit natura eius frigiditas quoniā habet tunc significare frigiditatem. ¶ Itez dixerūt qz reliqui planete. s. Saturnus iupiter z mars ab ortu suo vsqz ad stationez primā in natura humiditatis erunt z significant iuuentutem. s. que est a.14. anno. vsqz ad.41. ¶ Et a statione sua prima vsqz ad oppositionē solis cū sunt in medio sue retrogradationis sunt in natura caloris: qñ hñt tunc significare calliditatem: z significant pfectā etatē illā. s. que ē a.41. anno vsqz ad.62. ¶ Et ab oppositione solis. s. cū sunt in medio sue retrogradationis vsqz ad suā stationē secundaz sunt in natura siccitatis: qñ hñt tunc significare siccitatez non veram: z significant senectutē illaz. s. que est a.62. anno vsqz ad.90. ¶ Et a statione sua scōa vsqz ad occultationem sub radijs solis erunt in nā frigiditatis: qñ hñt tunc significare frigiditatem: z significant senīū siue decrepitā illā. s. que est a.90. anno vsqz in finē vite hois que potest aliqñ esse vsqz ad.120. annos: z pauci reperiunt qui hos trāscendant: licet qdam aliquā do aliud mentiant. Unde mō inferiores. s. venus z ¶ Mercurius a medietate sue longitudinis longioris vsqz ad stationem suā primam significāt id quod significat lūa in prima medietate sui luminis. Et a statione sua prima vsqz ad medīū sue longitudinis propioris significāt id qđ significat luna a medietate sui luminis vsqz ad implationē. Et a medio sue longitudinis propioris vsqz ad stationē suam scōam significant id qđ significat luna ab implatiōe vsqz ad dimidium sui luminis scōm. ¶ Et a statione sua secūda vsqz ad medietatē sue longitudinis longioris significant id qđ significat luna a dimidio sui luminis secūdo vsqz ad cōiunctionez solis. ¶ Sol vero ab initio arietis vsqz ad finem geminoz significat pueritiam. A principio cancri vsqz in finem virginis significat iuuentutem. A principio libre vsqz in finem sagittarij significat collecraz etatem. A principio capricorni vsqz in finem piscis significat senectutē. ¶ Et dixerūt arthephius z argafalā qz sol significat animā z luna significat cogitationes. Unde debes cōsiderare in natiuitate alicuius si sol fuerit bene dispositus z in bono loco ab ascēdēte: qñ significat qz aia eius erit bēiuola naturaliter. ¶ Et si fuerit male dispositus z in loco maligno ab ascendēte significat qz aia eius erit maliuola naturaliter: per accidēs tñ poterit cōstringere atqz emēdare illam malā suam voluntatem ex arbitrio suo libero: sicut accidit aliqñ z multotiēs in istis religionibus z religiosis: z ēt in alijs discretis personis suas maliuolētias cognoscentibus. Et si luna fuerit bene dispositavt dictum est de sole erūt cogitationes nati in bono z ad bonuz. Et si ipsa fuerit male dispositā eius cogitationes erūt male z in malo z ad malū. ¶ Et dixerunt qz Saturnus hz significare merorē z tristiciam z planctum z lamentationem z laborem z malum. ¶ Et iupiter hz significare sapiētiam rationem z honestatem z bonuz. ¶ Et mars habet significare traz furorem z cōtrarietem z mutationem ad malū potius qz ad bonū. ¶ Venus hz significare delectationē ludū z gaudium z alacritatē. ¶ Mercurius hz significare rationalitatez discretionem dialecticā z disciplinam. ¶ Et dicit luna pedagoga z habere significationē super omni re: z participare cū omni planeta in natiuitatibus interrogationibus itineribus z initijs omnium rez z medijs z finibus earū: quoniā ipsa est mediatrix inter celos atqz alios planetas z elemēta. Et licet celi seu corpora supercelestia agant in elementa tamen semper fit hoc mediante luna: qz ipsa est locata inter alios planetas z elementa ita qz ipsa nō possunt corrūpi neqz mutari ab eis vel ab aliquo illoruz quin virtus illa mutans seu alterans transeat per eius radios siue p eius potentiam.

¶Capitulum octauum de capite ⁊ cauda draconis quid significent.

Caput vero draconis est fortuna naturaliter ⁊ de natura masculina: ꝛ̄ per accidens aliquando fit infortuna. Est enim natura eius composita de natura iouis ⁊ de natura veneris:⁊ habet augmentationes atq; significare res que augmentum suscipiant regnum. ſ. ⁊ dignitates ⁊ substantiam ⁊ sublimitatem atq; fortunam bonam. ¶Et dixerunt adila ⁊ argafalan q; proprium capitis est augmentare p̄ terq̄ in dationē annorum: minuit enim. 12. partem earum cum fuerit cum significatore. Unde cum fuerit cum fortunis auget fortunam eorum: ⁊ cum fuerit cum malis auget maliciam eorum: ⁊ tunc fit infortuna accidentaliter. ¶Et anni firdarie eius sunt. 3.

¶Cauda vero eius est mala naturaliter ⁊ de natura femina: sed per accidens aliquādo fit fortuna. Et est natura ipsius composita ꝺ natura saturni ⁊ martis. Et habet significare diminutionem defectionem. ſ. ⁊ casum atq; paupertatem ⁊ omnis boni diminutionem atq; omnis fortune. ¶Et dixerunt idem philosophi q; proprīū caude sit diminuere que cuꝫ fuerit cum fortunis minuit fortunā eorum: ⁊ cum fuerit cum malis minuit maliciam eorum ⁊ tūc fit eius fortunium accidentaliter. Unde dictum est q; caput fit cum fortunis fortuna: ⁊ cum malis maluꝫ: cauda vero cum bonis mala: ⁊ cum malis bona. Et anni firdarie illius. 2. sunt.

¶Capitulum nonum quid operetur quisq; planetarum in conceptione puerorum.

Submittam hic quedam de his que operātur planete in cōceptione puerorum. ¶Nam primo mense dixit sacerdos q; Saturnus coagulat materiam atq; constringit ⁊ deficcat non tamen arefaciēdo. Unde si fuerit Saturnus bene dispositus tunc erit comparatio illius concepti bene ordinata ⁊ bene dispōsita ita q; quelibet aliorum planetarum poterit bene operari quod ad eum pertinuerit in cōcepto ſm̄ suum esse atq; ſm̄ suam dispositionē. ¶Si autem fuerit Saturnus tunc male dispositus erit cōpactio seu coadunatio materiei cōcepti male dispōsita nec vnq̄ poterit forma vel dispositio illius concepti bene ordinari licet alij planete sint bene dispositi. ¶Secundo vero mense iupiter spiritum ⁊ membra tribuit: vnde si fuerit tunc iupiter bene dispositus ⁊ boni esse erunt membra cōcepti bene dispōsita ⁊ bene ordinata ⁊ vndiq; nāli calle formata ⁊ eius spūs ⁊ eius anhelitus bonus: ⁊ inspirabit ⁊ respirabit suauiter ⁊ bñ absq; labore atq; impedimēto respiratiōis. ¶Si autem fuerit iupiter mali esse atq; male dispositus erit ecōtra. ¶Tertio vero mense mars operatur in eo per sanguinē rubefaciendo illū ⁊ in forma sanguinis deducēdo. Unde si fuerit tunc mars bene dispositus ⁊ boni esse erit sanguis cōcepti bonus ⁊ purus ⁊ bene corpus p̄cepti nutriens: ⁊ vix ⁊ rarissime superhabundans ita q; inferat lesionē nisi forte propter vitā inordinatam qō posset facere vi; nature. ¶Si autē fuerit tunc mars male dispositus erit eō. ¶Quarto aūt mense sol dat seu p̄plet ei mēbra principaliora ⁊ dat calorē mēbris ⁊ fortat calorē naturalem ⁊ augmētat illū ⁊ rectificat ad oēs suas opatiōes exercēdas. ¶Uñ si fuerit tunc sol bñ dispositus erit calor naturalis p̄cepti bonus ⁊ vtilis ⁊ bñ cōseruās natū atq; suas opationes oēs bene pficiens ⁊ rarissime pmittens se vinci a calore nō naturali: ⁊ erit diu durans in corpe nati. ¶Si qdem sol fuerit tunc male dispositus erit eō. ¶Quinto vō mēse venus p̄plet p̄cepto aures nasum supcilia ⁊ totū dispositionē faciei atq; testiculos ⁊ adiuuat operationes alioꝝ planetaꝝ. ¶Uñ si fuerit tunc venus bñ dispōsita erit cōceptus post natiuitatē suaꝫ venustus bñs pulchros oculos: pulchra supcilia: pulchruꝫ nasum: pulchras aures ⁊ totā dispositionē faciei a lachrimitate beatam. ¶Si vō fuerit tūc venus male dispōsita erit ecōtra. ¶Sexto vō mēse ☿ Mercurius renes linguā pulmonē cōponit ⁊ pficit oia foramina ⁊ oia cōcava corpis nōdū cōpleta: ⁊ cōplebunt oia hec ſm̄ dispositionē ☿ Mercurij. ¶Septimo vero mēse luna oēs cānales pulmōis apit ⁊ pficit ipm̄ si aligd defuerit ⁊ perficit traceā arteriā ⁊ vuaꝫ: diuidit lintribus suis oia mēbra corpis nōdū diuisa. ¶Uñ si fuerit tūc bñ dispōsita erūt oia hec habilia qōlibet eoꝝ ad officiū sibi deputatuꝫ. ¶Si vō fuerit male dispōsita erit eō. ¶Et hec ē cā. ſ. impedimentū lune ꝛ̄ quidā pueri nascunt impediti in aliqua pte sui corpis. Accidit. n. hoc pp impedimentū lune: ⁊ accidūt illa impedimēta in illo mēbro qō est deputatū illi signo in quo tūc luna fuerit impedita. ¶Et si fuerit in prima medietate significat q; accidet impedimētū in dextra pte nati. ¶Si vō fuerit in vltima medietate accidet in pte sinistra nati. Et q: in septē mēsibus qlibet planeta est opatus in cōcepto suā virtutē ⁊ qō suū est si nascat puer pōt esse de iure vitalis. Et ego vidi plures q; fuerūt nati in fine septē mensium post p̄ceptionē ⁊ vixerūt tpe longo: ⁊ pr̄ meus fuit vnus ex illis ꝑ cuius genitrix asserebat q; vixit. 107. se testāte. Deinde reuertit dispositio ad Saturnū q; octauo mense mēbra infantis sua frigiditate p̄solidat ⁊ cōstringit atq; cōdensat. Unde fit vt si tunc puer nascat nō viuit ⁊ hoc accidit pp distēperantiam frigiditatis Saturni esse pueri tūc disponentis. ¶Nono autem mense iupiter regnat q; tunc membra infantis temperie sua separans a matris vtero abrupto cotilidone salutifere educit: ⁊ sic pueri qui tunc nascuntur credunt esse vitales. ¶Posset tñ dici q; hermes cui Ptholomeus assensit q; more concepti in vtero sunt. 3. maior. ſ. que constat ex. 288. diebus ⁊ media que ex. 273. diebus atq; minor que constat ex. 258. diebus: ⁊ nulla illaruꝫ diuiditur per aliquem numeꝝ mensium ex supradictis. Ad qō posse respondere q; Ptholomeus ⁊ Hermes considerauerunt illos partus qui cōmuniter accidunt non considerantes qui pueri debeant esse vitales vel nō: sed soluꝫ cōmunes moras infantium in vtero: ⁊ fuerunt similiter locuti de illis q; transeunt septimū mēsem in mora: nec etiam eorū regula fuit ita generalis quin posset ei derogari per spectalē. Ipsi enīꝫ nō potuerunt transire sicco pede callē illum nec est de mea interpretatione disputare super his q; satis videtur q; possit saluari ⁊ planificari vtrūq;. Sꝫ hic hactenꝰ redeundum est ad propositum iuxta huius operis intentionem.

¶Capm decimū qualr disponat vita nati ſm annos nutritionis cuiuslibet planetarum.

ET est aliquid dicendum de dispositione naturalis vite nati qualr quilibet ex planetis disponat a principio sui vsq; in finem ei⁹. Cuius ordo talis est: luna enim que est propinquior terre z omnibus planetis velocior dicitur: z incipiendo ab inferioribus est primus planetarum in ordine disponit vitam nati ab eius principio quatuor annis qui sunt eius anni nutritionis. Et dicitur illa dispositio z reputatur quasi nutritio. Deinde disponit mercurius. 10. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit venus septem annis qui sunt anni nutritiōis. Deinde disponit sol. 19. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit martis. 15. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit iupiter. 12. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit Saturnus. 30. annis qui sunt sui anni nutritionis. Si quidem hos transierit natus reuertitur dispositio ad lunam postmodū ad mercuriuz: z sic ad ceteros planetas vt dictum est. Unde in qua cūq; dispositione aliquis predictorum dispositorum bene dispositus fuerit in illo tempore bene disponet vita nati z econtra. Et addet vel diminuet in annis illis significatori nati in tempore illo iuxta suam dispositionem atq; suum esse.

¶Capitulum vndecimum quem ex diebus z quaz ex noctibus habeat quisq; planeta z quare denominetur ab eo z de horis inequalib⁹ z de horis masculinis z femininis.

QUilibet planetarum habet proprium diem z propriam noctem sibi deputatas vnde cuz fuerit aliquis dies deputatus vel aliqua nox alicui planete erit prima hora illius diei vel illius noctis illius planete a quo denominat z secunda erit planete qui succedit illum in ordine planetarum. Verbigratia dies dominica est tota solis: quoniam prima hora diei dominice est solis. ¶Dies lune est tota lune: quoniaz prima hora illius est lune. ¶Dies martis est tota martis: quoniam prima hora illius diei est martis. ¶Dies mercurij est tota mercurij: quoniam prima hora ipsius est mercurij. ¶Dies iouis est tota iouis: quoniam prima hora ipsius est iouis. ¶Dies veneris est tota veneris: quoniam ꝑma hora ipsi⁹ ē veneris. ¶Dies sabbati est tota saturni qm̄ ꝑma hora illi⁹ ē saturni. ¶Itē dico q; prima hora diei dominice est solis: z scōa est veneris que eum succedit in ordine planetarum. Tertia mercurij qui succedit veneri. Quarta lune que succedit mercurio. Deinde incipit a superiori: z est eius gnta hora saturni a quo incipit post lunam. Sexta est iouis qui succedit saturno in ordine. Septima martis qui succedit ioui in ordine. Iterum octaua solis qui succedit marti. Nona veneris que succedit soli. Decima mercurij qui succedit veneri. Undecima lune que succedit mercurio. Duodecima saturni qui succedit vt dictum est lune: z sic habes. 12. horas diei tam equales q̄z inequales.

¶De horis noctis equalibus z inequalibus.

SIcut quilibet planeta habet proprium diem sibi deputatum sic z quilibet eorum habet propriam noctem sibi deputatam z ab eo denominatam. Nam tota nox que succedit ad diem dominicam dicitur esse iouis: quoniaz prima hora illius est iouis: secunda martis: tertia solis: quarta veneris: quinta mercurij: sexta lune: septima saturni: octaua iouis: nona martis: decima solis: vndecima veneris: duodecima mercurij. Et sic habes duodecim horas noctis tam equales q̄z inequales.

¶De horis masculinis z femininis.

SUnt etiam ex horis tam noctis q̄z diei quedam masculine quedam feminine. Nam prima hora cuiusq; diei atq; prima hora cuiuslibet noctis oꝝ esse masculina: scōa feminina: tertia masculina: q̄rta feminia: qnta masculina: sexta feminina: septima masculina: octaua feminina: nona masculina: decima feminina: vndecima masculina: duodecima feminina. ¶Unde debes considerare horam natiuitatis alicuius masculi vtrum sit masculina: quoniaz si sic fuerit facit ad bene esse masculinitatis z si fuerit feminina facit ad nō bene esse masculinitatis effeminat enim natum aliquantulum. ¶Et si fuerit hora feminina in natiuitate femine facit ad bene esse femineitatis: z facit eam esse in natura femineitatis. ¶Et si fuerit hora masculina facit eam declinare aliquantulū ad masculinitatē z facit quodām modo naturam viraginis licet non ex toto.

¶Capitulū duodecimū de formis seu figuris quas signa dant natis.

OPtimum est de formis seu figuris quas planete dant illis quorum sunt significatores. Restat autem vt etiam aliud dicatur de ipsorum figurarum seu formarum adiutorijs quod videtur quodāmodo pinere ad ylem que dicitur radix vite. Sicuti enim planete suas figuras tribuunt natis sic z signa faciunt. Non enim quodlibet per se dat formam completam nato sed ambo simul alterum scz cum altero: quia planeta non posset dare nato effigiem per se sine signo neq; signum per se sine planeta sicut nec mater posset gignere filiuz sine patre nec pater sine matre. Aliquis enim non potest nasci qn aliquod signū ascendat: nec potest aliquid nasci qn aliquis planeta sit dominus signi tunc ascendentis: z sic oportet q; vtrumq; participet cum altero in natiuitate cuiuslibet nati. Unde signa derogant planetis vt nō sit figura nati ex toto talis qualem planeta dat. Sic z planeta derogat signo vt non sit figura nati ex toto qualem signum dat z quandoq; vnum adiuuat alterum. ¶Ne sunt figure quas signa dant hominibus. ¶Nam aries facit hominem habētem collum longum z faciem longam: multos capillos: oculos iterdum graues: aures paruas: z corpus vt multum curuum. ¶Taurus facit hominem habentem faciem amplam quādoq; curuam: z si non habuerit faciem amplam habebit nasum grādem: z si nō habebit naturaliter grādem: tractu tamē temporis habebit per accidens nares longas: oculos nigros z graues: capillos hirsutos seu eleuatos: collū grossum z pinguem quasi plus q̄z deceat: verecūdū qui terram prospicit in eundo: honeste incedentem nō stabilem quasi vagum sed non credas ei vtrem tuam in secreto. ¶Gemini facit hominem habētez mediocrem staturam pectus amplū personam ꝓuenientem. ¶Cancer facit hominem habētem corpus incompositum z cutim totius corporis grossam: z reddit hominem superius subtilem: iferius grossuz habentem dentes tortos: oculos paruos. ¶Leo facit hominem idustrem z notuz valde atq; intelligentem superius grossum inferius subtilem: nec efficit inde indecens magnanimū crura subtilia. ¶Virgo facit hominem habētem pulchram personam z bonam voluntatem: pulchros oculos z faciem decen-

tem. ¶Libra facit hominem habẽtem faciem ꝓuenientem mediocriter carnosum qui etiam mulieres amabit. ¶Scorpio facit hominem habẽtem faciẽ rubicundam ⁊ paruã: multos capillos: oculos paruos: longa crura: pedes magnos cito mutabiles: in cuius ore vix aut nunq̃ inueniet veritas irascentes litigatorem: ⁊ cum omnib⁹ litem ⁊ rixas ⁊ quasi pro nihilo facientem. ¶Sagittarius facit hominẽ habentem longas coxas ⁊ longam faciem ⁊ miram faciei amplam: mentum subtile ⁊ vt multus pulchrior rem a tergo q̃z anterius: capillos subtiles: ⁊ aliquãdo ventrem maiorẽ debito: ⁊ delectat inequitãdo ¶Capricornus facit hominem habentẽ crura subtilia: corpus siccum faciem hircinam: multos capillos. ¶Aquarius facit hominem altũ ⁊ vanagloriosum ⁊ arrogantem qui etiã erit magnus expositor ⁊ multum sit prodigus ⁊ dissipator bonorum: pulchram habentem faciem ⁊ coloratam: ⁊ aliquando vnum crus longi⁹ altero. ¶Pisces facit hominẽ habẽtem pectus amplũ caput paruũ: pulchram barbam atq̃ florentem: ⁊ miram faciei respectu sui capitis amplã: colorẽ albũ: rotũdos habentẽ oculos magnamine. ¶Accidit tamen sepissime vt non inueniant homines sic facti ⁊ illud est per accidens ⁊ non per naturam: quoniã aliquãdo inuenit significator natiuitatis ita dispositus q̃ ꝓdicit signo: ⁊ non permittit eius significata perfici vt fm naturam signi ꝓficerent. Et aliquando inuenitur ita dispositus ⁊ ita debilis ⁊ ita remotus a potentia complendi sua significata q̃ signum contradicit ei taliter q̃ eius significata nõ perficiunt vt de natura planete perfici deberent. Tu tamen ex industria tua potes ista considerare quare eueniant ⁊ quomodo. Non enim possum tibi scribere cuncta ꝑticularia que possunt in futuris temporibus euenire.

¶Capitulum. 13. de diuersis accidentibus que accidunt hominibus.

SUnt quedam accidentia que accidunt hominibus de quibus non inueni aliquid dictum per aliquem philosophorum vnde animus meus quiescat nec tñ credo nec videt verisile q̃ fuerit hoc propterea q̃ ignorarent illud sed potius q̃ videbatur eis opus diffusum atq̃ ꝓlixum: vnde timuerunt ne tedium audientibus generaret: ⁊ etiam reliquerunt illud industrie sapientum sicuti sunt ista. Videmus enim ex magno patre atq̃ magna matre nasci paruum filium: ⁊ ex paruo patre ⁊ parua matre nasci magnum filium: ⁊ ex albo nigrum ⁊ ex nigro album ex pingui macilentũ: ⁊ ex macilento pinguem. Quosdam videmus pingues: quosdam carnosos: quosdam macilentos: quosdaq̃ inter vtrũq̃. Quosdam pingues videmus fortes ⁊ probos ⁊ audaces ⁊ leues ⁊ leuiter incedentes. Quosdam ex eisdem debiles ⁊ graues ⁊ grauiter incedentes viles ⁊ timidos. Quosdam sapientes quosdam fatuos etiã ex eisdẽ parentib⁹ natos tam sapientes q̃z fatuos. Quosdam ex vilibus ⁊ pauperibus peruenire ad magnas diuitias ⁊ dignitates ⁊ famam. Quosdaq̃ vero ex magnatibus ⁊ nobilibus peruenire ad maximam depressionem ⁊ pauptatem ita q̃ reputant quasi ꝓ nihilo. Quosdaq̃ videmus qui nullo modo assimilantur patribus vnde aliquando accusantur matres de hoc quod nõ sunt culpabiles. Quosdam qui assimilant patribus: quosdam qui assimilantur auis vel proauis tam maternis q̃z paternis. ¶Et quosdam diuersos videmus exercere simul ⁊ semel ⁊ eodem tempore vnam ⁊ eandẽ artem: ⁊ quidam ex his ditant ex ea: ⁊ quidam depauperantur ex eadem: ⁊ aliquando melius scientes eam ⁊ minores expensas facientes ⁊ miserius viuentes nec tñ ditant quosdam econtrario. Quosdã videmus cũ nõ sint multum sapientes verba quorũ audiunt ⁊ credunt ⁊ sapientiora reputant q̃z illorum qui sunt aliquando sapientes: ⁊ econtrario. Quosdam videm⁹ qui manent semper sani: quosdam semper infirmi: quosdam semisani: quosdam quibus in suis infirmitatibus suis medicine ꝓsunt atq̃ medicor⁹ cure: quosdã quibus nocent. Videmus quosdã qui habundant diuitijs ⁊ carent filijs: quosdã qui habundant filijs ⁊ carent diuitijs: quosdaq̃ qui habũdant vtroq̃: quosdam qui carent vtroq̃: quosdam qui ad tempus habundant predictis: quosdam qui ad tempus carent predictis. Quosdam qui aliquando habundant filijs ⁊ vident mortem eorum ⁊ tristant ex eis. Quosdam qui dimittunt eos post mortem ⁊ hereditant filij bona ipsorum. ¶Sunt similiter quidam qui gerunt officia muliebria: ⁊ quedam mulieres que gerũt officia virilia ⁊ bellant ⁊ faciunt multa que ad viros spectãt: sicut fuit q̃dã maria cremẽsis que gerebat virilia arma sicut vir vt venabula ⁊ venabak apros ⁊ filia girçauensis q̃ vocabat fredona ⁊ plures alias. Et quidam que sunt optimi cãtores ⁊ hñt voces bñ sonoras. Et quidam qui nihil nouerunt canere. Et quidam qui nouerũt optime sonare musica instrumenta ⁊ vti eis. Et quidam qui nec sciũt nec scire potuerunt nouerunt tamẽ in quibus alijs melius alijs hoib⁹. Et quosdã videm⁹ gaudere in vno die ⁊ in alio tristari etiã sine manifesta cã. Et quosdaq̃ gaudere in die in quo tristantur alij. ⁊ quosdam tristari in die in quo gaudent alij. ⁊ quosdam gaudere in die bono ⁊ tristari in malo: ⁊ quosdã tristari in die bono ⁊ gaudere in die malo. quosdam videm⁹ balbucientes: quosdã loquaces: quosdam sapientes hñtes pauca verba ⁊ non bene ordinata: quosdam habentes multa verba ⁊ bene ordinata: quosdam multa ⁊ non bene ordinata tam sapientes q̃z non sapientes. Et multa alia accidentia videmus hominibus euenire de qbus esset graue facere singularem mentionez: tamen vnde ipsa eueniant ⁊ quare ego annuente deo faciaz tibi mentionem ⁊ exponam ea in tractatu natiuitatum. Et licet opus videatur diffusum erit tamen tante vtilitatis q̃ non generabit tibi tedium in legẽdo vel ipso studendo: ⁊ dicentur ibi quedaz iuisitata ⁊ quasi inaudita sicut sunt ista: quia videmus q̃ nulla facies hominis est ita similis facie alterius quin sit inter eas aliqua dissimilitudo ⁊ similia.

¶Finit prima pars tertij tractatus.

¶Incipit secunda pars de his que accidunt planetis in semetipsis ⁊ quid accidit vni ab altero.

¶Capitulum primum de his que accidunt planetis in semetipsis.

In ista secūda parte tertij tractatus dicendū est de quibusdam accidentibus que accidūt planetis in semetipsis ⁊ ad inuicē: ⁊ loquar tibi vt iam introducto ⁊ non vt introducendo. Et dicam tibi primo ꝑm vestigia philosophorum de his que accidūt planetis in semetipsis. Et sunt ista de illis accidentibus. s. quādo planeta est ascendēs in circulo augis sue: ⁊ qñ est descēdēs in eodem circulo: ⁊ qñ est nec ascēdēs in ipso nec descēdēs. ¶ Et dixit alchabicius significatio eorū que accidunt planetis in semetipsis est vt sit planeta ascēdens in circulo sue augis minor lumine ⁊ magnitudie atq; cursu. Nam cum planeta fuerit in remotiori parte sui ecentrici a terra in qua est eius aux ipse apparet tūc minor lumine ⁊ magnitudine sui corporis ⁊ videt tardior cursu nō q̄ ipse currat minus vno die q̄ alio in eo q̄ ipse currit per lineā sui epicicli: sed propter situ partium epicicli sic apparet. Et cum est in opposito sue augis videlicet in illa parte sui ecentrici que est magis ꝓpinqua terre: tunc ipse apparet maior lumine ⁊ magnitudine sui corporis atq; cursu velocior. In remotiori parte sui ecentrici videtur tardior cursu ꝓpter maiores cōpassus graduum in illa parte q̄ in alia. In propinquiori vero parte ipsius videtur velotior cursu ꝓpter minores compassus graduū in illa parte q̄ in alia quoniam ipse citius percurrit minores cōpassus q̄ maiores cū semp currat equalr sicut dixi. Unde videtur tūc velocioris cursus quo ad octauum celum q̄ sit quo ad suū ecentricū. In remotiori quidē parte videt tardior cursu quo ad octauū celum ꝓptereā q̄ ipse pambulat maiores compassus graduū qui sunt in illa pte q̄ in alia tardius q̄ minores. Gradus enim ecentrici sunt maiores ex parte augis q̄ ex alia ei opposita: quod accidit propter declinationem centri ecentrici a centro terre quod est centrum octaue spere. ¶ Et putauerūt alig q̄ aux esset remotior locus epicicli non vim facientes in auge: ⁊ forte equinocantes in ea large loquēdo. Sed aux vera est solūmodo remotior locus ecentrici ⁊ nō epicicli. In epicicli nō ꝓsiderant nisi longitudo lōgior ⁊ longitudo ꝓpior. Longitudo longior est illa pars epicicli que est supra lineam ecentrici. Longitudo vero propior est illa pars epicicli que est infra lineā ecentrici: ⁊ sic in hoc differunt ab inuicem aux ⁊ longitudo. Preterea q̄ aux non cōsiderēt in epicicli paret per hoc: qm̄ epiciclus circuit totum ecentricū. Unde aliq̄n est in auge. s. in remotiori parte ecētrici: aliq̄n in opposito augis. s. in ꝓpinquiori parte ecentrici: aliq̄n inter hec loca. s. augem ⁊ eius oppositū. Et circuit epiciclus oia signa: sed aux ecentrici manet semp fixa in vno signo ⁊ in vno loco: ⁊ sic solum in ecētrico ꝓsiderat aux. ¶ Auges sunt ita vt in ꝓsenti opere tibi narro. Nam aux solis ⁊ aux veneris est in vno ⁊ eodem gradu. s. in. 18. geminoꝝ ⁊ in. 50. minuto ipsi⁹. Aux martis est in sedo gradu leonis. s. in. 51. minuto ipsi⁹. Aux iouis est in. 15. gradu virginis. s. in. 30. minuto ipsius. Aux saturni est in primo gradu sagittarij in qnto minuto ipsius. Aux mercurij est in. 18. gradu libre. s. in. 10. minuto ipsius. Aux vero lune nō distinguit sicut distinguunt alie auges alioꝝ planetaꝝ: qm ipsa nō subtrahit a medio cursu suo in equationib⁹ sicut fit in alijs planetis qō accidit propter cursum centri ecentrici in circulo paruo cuius centrum est centrum orbis signoꝝ. Quā do planeta est in medio circuli ita q̄ sit mī de circulo stellarum fixaꝝ supra planetam quātuz infra siue ante augem fuerit siue retro tūc ipse videt equalis corpore atq; lumine in oibus alijs locis apparet aut maior aut minor lumine atq; corpore. Et cuz fuerit vadēs ad augem ⁊ fuerint inter ipsuz ⁊ augem. 90. gradus equales vel infra tunc incipit apparere minor lumine atq; corpore: ⁊ sic cessat minorificari paulatiz atq; paulatim donec ipse perueniat ad augem que est remotior pars ecentrici. Et cum inceperit se separare ab auge incipit apparere maior lumine atq; corpore: ⁊ ita non cessat maiorificari quātuz est in aspectu vsq; dum ipse sit elongatus ab auge per. 90. gradus equales qui ꝓsiderant in circulo signorum ⁊ apparet equalis sicut dictum est. Ab ide in antea maiorificat lumine atq; corpore sensibilē q̄ ꝑus donec ipse pueniat ad oppositū augis que pars ecētrici ꝓpinquior terre. Et si fuerit argumētū planete eq̄tum ab vno gradu vsq; in sex signa erit augēs nūm siue cursum. Et si fuerit a sex signis vsq; ad. 12. erit minuens cursum. Et si fuerit mī sex signa vel mī. 12. erit planeta nec augēs nec minuēs cursum. ¶ Et sic ꝓsiderat in epicicli directio ⁊ retrogradatio atq; statio ⁊ velocitas ⁊ tarditas cursus. Mā cū planeta fuerit in illa parte epicicli que est supra ecētricum dr̄ direct⁹. Et cū fuerit in illa pte epicicli que est infra ecētricuz dr̄ retrogradus. Et cū fuerit in locis ꝓtact⁹ linee ecentrici cū linea epicicli dr̄ stationari⁹. Et cum fuerit inter illa duo loca ꝓtact⁹. s. capite linee diametri epicicli que distat paz a linea ecētrici dr̄ tardus cursu. ¶ Sed quia illud opus nō est de ꝓsideratiōe istius dimittam dicere de ipso plus: ⁊ reuertar ad ꝓpo-

tum: z maxime cuz omnia hec sint latius dicta in alfragano cui⁹ itentio tractare fuit de motib⁹ supcelestiū corpoꝝ z eoꝝ diuersitate. Et qñ eqtio eqta alicuius planete addit sup mediū cursuz ei⁹ tūc auget cursum siue numerū. Et qñ minuit equatio equata de medio cursu planete tūc minuit numeꝝ siue cursuz. z illa eqtio ꝓsideraf ꝑm epicirculū z nō ꝑm ecētricuz. Et qñ saturn⁹ vel iupiter vel ♂s vadunt plus medio cursu suo dr minuens cursum siue numeruz suū. ♂ medius aūt cursus saturni in die vno est duo minuta z.35. tertia. ♂ medius cursus iouis est qtuor minuta z.59. scda. ♂ medius cursus martis est.31. minuta z.26. scda. Et qñ glibet eoꝝ vadit tñ quātum est medius cursus ei⁹ dr q cursus ei⁹ sit eqlis hoc est nec augēs nec diminuens. Et qñ sol aut venus aut mercuri⁹ vadunt in die vno plus medio cursu solis qui est.59. minuta z octo scda dr augens cursum: z qñ vadit minus.59. minutis z octo scdis dr minuens cursum. Et cū sol est ꝓpe augē suam ante vel retro.90. gradib⁹ dr cursus ei⁹ eqlis siue medi⁹. Et cum est min⁹.90. dr ei⁹ cursus tardus. Et qñ est distans ab ea vel ante vel retro plus.90. gradib⁹ dicit cursus ei⁹ velox. Et qñ vadit.59. minutis z octo secūdis tñ dr cursus ei⁹ eqlis. Et qñ luna vadit in die vno plus.13. gradib⁹ z decem minutis z.35. secūdis dr augēs cursum. Et qñ vadit minus.13. gradib⁹ z decē minutis z.35. secūdis dr minuens cursum. Et qñ vadit.13. gradib⁹ z decē minutis z.35. secundis tñ dicit cursus eius equalis.

¶ Capm secundū qñ planete sunt septentrionales z quando meridionales.

Accidit aūt planetis vt sint aliqñ septētrionales: aliqñ vo meridionales. Efficit aūt planeta septētrionalis qñ ipse trāsit gençabar suuz hoc est in loco in quo linea ecētrici planete secat viaz solis. Unde cū ipse trāsit a meridie in septētrionem est trā situs ei⁹ per locum ꝓtact⁹ ecentrici sui cum ecentrico solis. Et donec ipse manet in illa parte sui ecentrici que est ex parte septentrionis a via solis dr septētrionalis donec ipse veniat ad alium locuz ꝓtactus qui est in opposito illius trāsit⁹ z redeat ad ptem illam ecentrici que est a pte meridiei ecētrici solis: z in tota illa medietate dr meridionalis. Et cū trāsierit predictū primū locum ꝓtact⁹ vsqz in tria signa integra erit septētrionalis ascēdens: z a trib⁹ signis vsqz in sextū erit septētrionalis descēdens. Et cū trāsierit iteꝝ dictū locū ꝓtact⁹ rediens ad meridiē vsqz ad tria signa integra erit meridionalis descēdēs: z a trib⁹ vsqz in sex integra qui est loc⁹ gençabar eius a quo ipse icipit esse septētrionalis erit meridian⁹ ascēdens. Ista sunt que accidūt planetis in semetipsis.

¶ Capm tertium de his que accidunt planetis ad inuicem vni. s. eoꝝ ab altero.

In isto capitulo tractādum est de his que accidūt vni planete ab altero ꝑm dicta phoꝝ hoc est adiuicem. ¶ Et est in ꝑmis dicēdum de his que accidūt saturno ioui marti veneri mercurio a luminaribꝰ z erga luminaria. ¶ Et dixit ptholomeus q cum planeta videt se facie ad faciez tūc planeta dr eē in almuguea planete. Almuguea visio facie ad faciez sonat hoc.n. vbum ptholomei videt quodāmodo stabzosum: qz est ita itelligēdum. s. q cum planeta fuerit occidētalis a sole dr esse in almugea solis. Et caue ne decipiaris in hoc q ptholome⁹ dixit occidētalis ne itelligas q planeta occidat post solē sicut itelligit alibi occidentalitas. Sed occidentalis a sole itellexit Ptholome⁹ vt planeta sit ex pte occidētis ita q occidat antequ occidat sol. Et itellexit ptholome⁹ quādo ipse dixit facie ad faciē hoc est vt sit iter planetā z solem tñ quātuz est iter domū solis z domū planete: hoc itelligas cū planeta distat de quocūqz loco a sole tñ quātum est iter domum suaz z leonē qui est domus solis. Uerbi gra: ponaf q Saturn⁹ distet a sole tñ quātum est iter leonem z Capricornū qui est domus saturni. s. vt sit sol in vno signo qlecūqz signuz sit: z Saturnus sit in vno signo quod distet ab illo tantum quātum distat capricornus a leone vz vt sit vn⁹ eoꝝ in sexto signo ab altero sicut capricornus est sextū signū a leone. Et sit iter eos de signis z gradib⁹ z minutis tñ qntum est iter illa duo signa vno eoꝝ cōputato in numero: altero vo excluso qō est qnqz signa integra tunc erit Saturnus in almuguea solis. Uerbi gra: ponaf q sit sol in duodecimo gradu leonis z Saturnus sit etiam in duodecimo gradu pisciū: modo saturnus est in sexto signo a sole cōputato signo in quo est glibet eorum scilicet leone cancro geminis tauro ariete atqz piscibus: nunc distat Saturnus a sole tantuz quātum est iter leonem qui est dom⁹ solis: z Capricornuz qui est dom⁹ saturni ita q cadāt iter eos qnqz signa integra: qñ a.12. gradu pisciū vsqz ad.12. gradū leonis sunt qnqz signa integra. s. aries taur⁹ gemini cancer leo: sicuti cadūt qnqz signa integra iter leonē z capricornum que sunt libra scorpio sagittarius z capricorn⁹. A.12.n. gradu leonis vsqz ad.12. gradū cancri est vnū signuz integrū. A.12. gradu cancri vsqz ad.12. gradū geminoꝝ est vnuz signum integruz z sic sunt duo signa. A.12. gradu geminoꝝ vsqz ad.12. gradū cancri est vnū signū integrū z sic sunt tria signa. A.12. gradu tauri vsqz in.12. gradum arietis est vnum signū integrū z sic sunt qtuor signa. A.12. gradu arietis vsqz in.12. gradum pisciū est vnū signū integruz z sic sunt qnqz signa integra. Signum.n. nō pficit in signo in quo icipit: sed pficit in secūdo signo a se. ¶ Sili⁹ opz ad hoc vt iupiter sit in almuguea solis vt cadat iter ipm z solē de signis gradibus atqz minutis tñ quātum est iter leonem z sagittarium qui est domus iouis z hoc est qtuor signa integra. s. vt sit iupiter in quinto signo a sole. Uerbi gra: sit sol in aliquo signo ponam⁹ in geminis oportebit nūc q iupiter sit in aquario ad hoc vt ipse distet a sole per qtuor signa integra nec plus nec min⁹. Aquarius.n. est qntum signū a geminis in fili gradu atqz minutis. Sit ergo sol in tertio gradu geminoruz: modo a tertio gradu geminoꝝ vsqz in tertium gradū tauri est vnū signū integrū z a tertio gradu tauri vsqz in tertium gradū arietis est vnū signū integrum z sic sunt duo signa integra. Et a tertio gradu arietis vsqz in tertium gradum pisciū est vnū signum integruz z sic sunt tria signa. Et a tertio gradu pisciū vsqz in tertium gradū aqrij est vnū signū integruz z sic sunt qtuor signa integra z sic erit iupiter in qnto signo a sole. ¶ Sili⁹ ad hoc vt ♂s sit in almuguea solis opz vt sit in qrto signo a sole ita q cadant iter eos de signis z gradib⁹ atqz minutis tria signa integra sicut cadūt iter leonem z scorpionem qui est dom⁹ martis: z vt dictum est vno incluso: altero excluso vt in ceteris. Ut ponaf q sit sol in qrto gradu Arietis oportet nunc vt sit mars in quarto gradu capricorni qñ iter qrtum graduz arietis z quartum graduz capricorni sunt tria signa integra: nam a quarto gradu arietis vsqz in qrtū gradum pisciū est vnū signū integrum: z a qrto gradu pisciū vsqz in

quartum gradum aq̃rij est vnum signū integrum: z sic sunt duo signa integra. Et inter quartum gradum aquarij z quartum graduz capricorni est vnū signum integrū z sic sunt tria signa integra: z sic erit ellōgatus in quarto signo a sole. ¶In venere autem non cōsiderat almuguea sicut in alijs planetis qm̄ ipsa nō elongat tm̄ a sole quātum distat dom⁹ eius a domo solis. Sed dr̄ esse in almuguea solis quādo ipsa occidit anteq̃ occidat sol: z est in vltima elōgatione a sole ita q̄ nō possit plus elōgari ab eo. ¶De mercurio aūt est dicēduz q̄ ad hoc vt ipse sit in almuguea solis opz vt ipse sit in secūdo signo a sole ita q̄ vnum signū itegrum cadat iter ipsum z solem sicuti vnum signū itegrū est iter leonem z virginē que est dom⁹ mercurij. ¶Ut ponat q̄ sol sit in nono gradu capricorni z.12. minuto: nūc opz q̄ mercuri⁹ sit in nono gradu sagittarij z.12. minuto qm̄ iter nonū gradum z.12. minutū capricorni z nonuz gradū z.12. minutū sagittarij est vnum signū itegrū. Luna vero nō dr̄ esse in almuguea solis ꝓpterea q̄ luminaria nō dicunt esse in almuguea luminaris: z etiā oportet q̄ ipsa esset longe a sole per vnū signum tantum cum esset in almuguea solis si eam deberet recipere z cum ipsa posset recipere almuguea que posset iferre vel conferre sensibilitatem.

¶De almuguea.

¶In almuguea qdē lune ꝓsiderandum est: z tenēre opz q̄ sicut planeta qui est in almuguea solis est occidentalis a sole: hoc est q̄ ipse occidat anteq̃ occidat sol: ita opz q̄ ex aduerso planeta qui est in almuguea lune sit orientalis ab ea: taliter q̄ ipse occidat post lunam z non ante ipsam z luna occidat ante ipsum z non post. ¶Et dixit ptholomeus cum fuerit planeta distās a sole post tm̄ quātum distat dom⁹ ei⁹ a domo solis: z a luna ante tm̄ quātuz distat domus ei⁹ a domo lune: vel fuerit tutus a radijs eoꝝ tunc est in almuguea.

¶De almuguea alioꝝ planetarum.

¶De almuguea vō alioꝝ planetaꝝ non curauerūt sapientes facere mentionem: qz nō crediderunt in eis esse magnā vim: tñ glibet alioꝝ q̄q̄ planetaꝝ hz̄ suam almugueā. Almuguea. n. trium superioꝝ ꝓsiderant sicut almuguea solis: z duoꝝ inferioꝝ sicut ꝓsiderat almuguea lune. Et glibet eorum potest esse in almuguea alterius. s. cum distat ab eo tm̄ quātuz distat dom⁹ ei⁹ a domo alteri⁹ que est ei magis ꝓpinqua: z semp inferior recipit almugueam a superiori se preter saturnum qui recipit eius almugueam a mercurio.

¶Capm̄ quartū de alitisal planetarum.

¶Est z alteꝝ esse planetaꝝ erga se inuicē vz corporalis siue aspectualis ꝓiunctio siue applicatio quā alchabici⁹ alitisal siue ꝓtinuatio vocat. Corporalis. n. ꝓiunctio est qm̄ planeta iungit planete in eodez signo. Aspectualis vō est qm̄ duo planete fuerint in duob⁹ diuersis signis aspicientib⁹ se ad inuicem trino vel sextili siue q̄drato aspectu z leuis fuerit min⁹ gradib⁹ in suo signo q̄ ponderosus in suo ita tm̄ q̄ sint sex gradus vel minus iter eos. s. iter radios vni⁹ z corpus alterius. Verbi gra: ponat q̄ sit ven⁹ vel mercuri⁹ in q̄rto gradu arietis z ellōgatus vel iupiter vel Saturn⁹ sit in decimo gradu geminorū vel cancri vel leonis ante se: vel sit in decimo gradu aquarij vel capricorni vel sagittarij post se: tūc ven⁹ vel mercuri⁹ iungit illi per aspectuz donec pueniat ad eius aspectum gradu per gradum. Et illud idez intellige de coniunctione corporali vt sit venus vel mercurius in quarto gradu arietis z aliqs superioruz planetaꝝ sit in decimo gradu eiusdē arietis: modo leuis iungit ponderoso p corpus: z dr̄ semp iuncius ei donec compleat suā ꝓiunctionē cū eo in eodē minuto: sed postq̃ trāsiuerit eū per vnū minutū dr̄ separat⁹ ab eo. Qō dixi tibi de venere z mercurio intellige de oib⁹ alijs: qm̄ semp leuis iungit ponderoso: z minus ponderosus iungit ponderosiori donec pueniat ad saturnū. Saturn⁹. n. qm̄ ponderosior ceteris nulli planetaꝝ iungit, put alias dictū est: sz oēs alij iungunt ei. ¶Alchabici⁹ tm̄ dixit q̄ non dr̄ planeta iunct⁹ planete nisi iungat ei gradu per gradum siue corporalis sit illa ꝓiunctio siue aspectualis: ipse tm̄ intellexit ipm̄ actum pficiendi rem. ¶Dedestahala vero cui valde crediderūt sapientes dixit q̄ ex quo planeta ꝓiicit radios suos sup planetā dr̄ ei iunct⁹: qō est verꝝ nisi ali⁹ planeta ꝓhibeat eoꝝ ꝓiunctionez. Preterea iungit vn⁹ planeta cum altero: z significant exinde effect⁹ rez. Tm̄ qm̄ vn⁹ planeta proiicit radios suos sup radios alteri⁹ z distat ab eo tm̄ quantum sunt orbes amboꝝ: dr̄ q̄ vn⁹ petat ꝓiunctionē alterius: z significat effectū rei q̄site nisi alius planeta destruat vel impediat: z dr̄ illa ꝓiunctio grauis. Et qm̄ distāt tm̄ quātum est orbis vni⁹ planete dicit ꝓiunctio absolute z nisi aliqd impediat vt dixi significat effectū rei. Et qm̄ orbis leuis tangit corpus ponderosi dr̄ q̄ ponderosus sit in gradib⁹ leuis. Et cō siderantur omnia hec tam in aspectu q̄m̄ in coniunctione corporali.

¶Capm̄ quintum qm̄ planete dicunt orientales z quando occidentales.

¶Saturn⁹ z iupiter exquo exeunt de sub radijs solis vt ait alchabici⁹ vocant orientales: z dicunt augmentarij in fortitudine vsq̄ dum elōgent a sole. 30. gradib⁹: sicut eger qui post crisim augmētatur in sua fortitudine atq̄ ꝓsperitate donec resumat suas ꝓstinas vires z redeat ad suū statū in quo erat anteq̃ incipet egrotare z securi⁹ maneat. Deide ab illis. 30. vsq̄ ad alios. 30. dicunt orientales fortes qm̄ tunc sunt in maiori securitate a sole q̃m̄ vnq̃ esse ꝓsit: nō. n. timent eum tūc in aliquo: sicut non timet ille egritudinez qui euasit ab ea z iam resumpsit oēs suas vires imo post pfectam liberationez z virium resumptionem effect⁹ est aliq̄n carnosior z fortior solito si tm̄ ei⁹ complexio sit bene dispōita ad illud suscipiendū. Et cum trāsiuerint solem. 60. gradib⁹ sez q̄ sol sit tm̄ elōgat⁹ ab eis vocant orientales euntes ad debilitatē donec ipsi veniant ad elongationē. 90. graduū a sole z tūc vocant orientales debiles donec ventant ad retrogradationez. Et postq̃ iceperint retrogradare vocant orientales retrogradi donec ipsi sint in oppositione solis gradu p gradū. Et postq̃ trāsiuerint gradum oppositionis solis donec ipsi veniant ad directionem vocant occidentales retrogradi. Deinde a gradu directionis vsq̄ ad. 60. gradum post directionem sunt occidentales fortes nō q̄ sint vere fortes sed minus debiles. Deinde a dictis. 60. gradib⁹ vsq̄ duz sit lōgitudo eorū a sole. 30. graduū dicunt occidentales euntes ad debilitatem. Deinde vsq̄ duz veniant ad ꝓncipiū cōbustionis dicunt occidētales debiles. Et postq̃ iceperint intrare sub radijs solis donec veniāt ad gradū ei⁹ dicunt occidētes combusti. Et considerant omnes isti gradus sm̄ zodiacum z eius gradus z nō sm̄ ecentricuz vel sm̄ epicidum.

¶Capm sextū de duob⁹ iferioribus qñ sunt orientales: ⁊ quando occidentales.

VEnus vero ⁊ mercurius cum separant a sole ⁊ ipsi retrogradi vocant orientales debiles. Et exquo ipsi incipiunt dirigi vsq; dum sint prope solem ita q; tot gradus sint inter ipsos ⁊ solem quot fuerant inter solem ⁊ ipsos quando inceperunt retrogradari dicunt orientales fortes. Deinde vsq; ad medium illorum graduum qui remanserunt inter locum predictum ⁊ radios solis dicunt orientales debiles. Et exquo incipiunt itrare sub radijs solis vsq; dum ipsi sint in eodem gradu cum sole dicunt orientales combusti. Deinde vsq; dum perambulant omnes alios gradus combustionis dicunt occidentales combusti euntes ad apparitionem. Et exquo incipiunt apparere de sub radijs solis in directione vsq; ad. 15. gradum post apparitionē dicunt. occidentales fortes. Deinde vsq; ad medietatē graduū qui sunt inter locum illū ⁊ stationem suaz primam dicunt occidentales euntes ad debilitatē. Deinde vsq; ad principiū sue retrogradationis dicunt occidentales debiles. Deinde vsq; dum veniant ad radios solis dicuntur occidentales retrogradi siue debilissimi. Et postq; inceperint intrare sub radios donec veniant ad gradum solis dicunt occidentales combusti. Et omnis planeta exquo exierit de sub radijs solis donec iungat alteri planete siue per corpus siue per aspectum dicitur esse in lumine suo.

¶Istud est esse planetaz cuz luminaribus: vnde tu debes ꝓsiderare in natiuitatib⁹ seu iterrogationib⁹ ⁊ videre significatorē nati siue iterrogāris vtrū significat bonū vel malū. Maz si significauerit bonū ⁊ fuerit in bono loco sui epicicli vel sui ecentrici significabit illud bonū cōpletum quātuz est ex hoc. Et si fuerint supiores orientales fortes ⁊ fuerint ascēdētes ad longitudinē longiorē vel ad suā augē: vel fuerint veloces cursu ⁊ maxime si fuerint septentrionales: qm̄ tūc fiet res melius ⁊ pfectiꝰ ⁊ velocius ⁊ cum minori labore. Si vero fuerint orientales debiles vel euntes ad debilitatē: vel fuerint descendentes in aliquo predictorum circulorum significant effectum rei: sed cum labore atq; instātia ⁊ tardius atq; cum solicitudine ⁊ cuz aliquali diminutione ⁊ hoc ita in natiuitatib⁹ sicut in iterrogationib⁹. Sigdē fuerint occidētales minuent itez bonū. Et si fuerint occidentales debiles minuēt itez plus de significato. Et si fuerint retrogradi vel cōbusti minuent itez magis ⁊ cuz labore ⁊ instātia ⁊ solicitudine atq; angustia dabunt quod dare debuerunt: ⁊ maxime si cum hoc fuerint meridionales.

¶Capm septimū de dustoria siue arz planetarū.

DIxit alchabicius q; tunc planeta dicit esse in sua dustoria quādo est in suo arz siue in sua similitudine: hoc est vt sit planeta masculinus in signo masculino: ⁊ femininꝰ in femenino. Et diurnꝰ in die sup terram ⁊ in nocte subterra: ⁊ nocturnus in nocte super terrā ⁊ in die subterra. sitq; in die orientalis a sole: ⁊ in nocte occidētalis a luna. Et vt sit planeta in aliquo angulorum ascēdentis: ⁊ aliquod ex luminaribus sit in aliquo angulorum quadrature illius planete. Vt verbi gratia: sit quintus gradus tauri ascendens quod est tunc prima domus oportet tunc q; sit planeta in quarta domo vel in decima ab ascēdēte ad hoc vt sit in angulo ascēdētis in quinto scilicet gradu signi facientis domum illam ita q; tria signa integra cadant iter illas domos ⁊ ascēdēs ⁊ luminare aliquod sit in quadratura illius planete ita. s. q; cadāt iter eos. 90. gradus inter planetam. s. ⁊ luminare. ¶Dicit ⁊ alio modo dustoria ⁊ illa interpretat dei teratio siue securitas: hoc est quādo planeta fuerit in die orientalis a sole: ⁊ in nocte occidētalis a luna. Orientalis scilicet a sole vt oriatur ante eum: ⁊ occidētalis a luna vt occidat ante eam ita scilicet vt sint iter planetam ⁊ solem siue lunaz. 60. gradue. Et sit similiter luminare in suo arz. s. sol in die supra terram ⁊ in nocte subterra: ⁊ luna necessario sic hz esse in nocte sup terrā ⁊ in die subterra. Et ob hoc dixerūt sapiētes vt sit planeta tutus a radijs luminariū: q; exquo planeta itrat sub radios solis ita q; tegat ab eis dr cōbust⁹ donec creat de sub radijs eius ⁊ appareat. Et cum icipit itrare sub radios dr incipere comburi vel ceciderse in combustionē ⁊ duz est sub radijs ppe solē p. 12. gradus vadēs ad eum si fuerit de iferioribꝰ vel separatꝰ recedēs ab ipso p duos gradus vel ifra: vel fuerit de supioribus ⁊ sol fuerit ad eum ⁊ fuerit prope ipm p. 12. gradus vel dimiserit eum post se p duos gradus vel ifra dr oppressus. Et cum fuerit cum sole in vno gradu ita q; sint iter eos. 16. minuta vel minꝰ tam p latitudinē q̄z p longitudinē qō raro ꝓtingit dr esse vnit⁹ ⁊ tūc efficit fortis q: dr ee in camino solis hoc est in corde ipsius. Et multi ex tractatoribꝰ stellaz ⁊ specialr mei temporis ꝓcordauerūt in hoc q; qñ planeta distat a sole p. 16. minuta vel minus efficit fortis ⁊ dr esse in corde solis. Ego vo sum ꝓcors cum eis sed non simplr qm̄ ad hoc vt sit planeta in camino siue i corde solis opz q; ipse sit distans a sole ad minus. 16. minutis ꝑm longitudinem ⁊ ꝑm latitudinem ⁊ ista fuit intentio philosophorum quia si planeta distet a sole per longitudinem minus. 16. minutis ⁊ ꝑm latitudinem distet plus. 16. minutis nihilominus est combustus quoniam differētia cōbustionis latitudinis q̄si sensibilis est a combustione longitudinis. ¶Et dixit alchabicius cum transierit planeta eandem vnionem. s. q; tres superiores remanserint post solem. 5. gradibꝰ ⁊. 3. inferiores fuerint elongati ab eo. 5. gradibus dicit euasus siue directi fuerint siue retrogradi. ¶Et dixerūt plōi hoc maiorem cautelaz ⁊ ad certiorem certitudinē ne possent in aliquo decipi. Ego autem credo planetam euasum ex quo fuerit separatus a sole per. 2. gradus vel vltra siue ante fuerit siue retro. Et dicit planeta euasus ad similitudinez egri quem reliquit febris nec tamen cōualuit adhuc ita q; dicatur liberatus nec est liberatus penitus: tamē est extra periculuz donec conualescat postea dicitur liberatus. Et ita est de planeta cum ipse intrat combustionem est sicut ille qui incipit egrotare. Et cuz est in vltimata combustione est sicut infirmus quādo paroxismus est in statu q; fit quando febris est superuentura ⁊ est iam vt in fieri. Et cum est separatus a sole vsq; ad. 2. gradus est sicut eger cui superuenit crisis nec est adhuc completa sicut sudor somnus fluxus ⁊ similia facientia crisim. Et cuz est ab illis. 2. gradibus vsq; ad alios tres scilicet complementum. 5. graduum est sicut infirmus cui superuenit crisis ⁊ est iam completa. Et cum est ab illis. 5. gradibꝰ elongationis a sole vsq; dum creat de sub radijs est sicut infirmus cuius egritudo cessat atq; manifeste diminuitur: ⁊ est penitus liberatus a combustione sicut eger est penitus liberatus ab egritudine sed non resumpsit adhuc pristinas vires est tamen securus ab egritudine illa.

¶Capm

¶Capitulum. 8. de tribus superioribus ex quo ap-
paruerint de sub radijs solis.

Et postq̄ saturnus iupiter z mars appuerint de sub radijs solis z fuerint penitus extra cō-
bustionem: ita q̄ videant mane in oriente ante solē vocant orientales dextri donec veniant ad oppositum solis. Et augmentat eorum fortitudo vsq; dum elongent a corpore solis per. 30. gradus. Et ab inde vsq; alios. 30. gradus ita q̄ sit eorum lōgitudo a corpe solis. 60. gradus sunt orientales fortes. Et ab illis. 60. gradibus in antea sunt orientales euntes ad debilitatem donec veniant ad stationē primam z incipiant retrogradare. A. statione prima in antea vsq; dum opponatur eis sol directa linea gradu per gradum sunt orientales retrogradi. Sed postq; sol pertransiuerit eos per oppositionem sunt occidentales retrogradi vsq; dum venerint ad stationem secundam z incipiant dirigi. Et ab inde vsq; dum sol appropinquat eis per triginta gradus sunt occidentales fortes. Ab inde in antea vsq; dum sol appropinquet eis per quindecim gradus dicuntur occidentales euntes ad debilitatem. Postmodum sunt occidentales debiles donec intrent sub radios solis. Ab inde in antea sunt occidētales combusti vsq; dū vniantur cum sole in eodem gradu. Et cum fuerint in oppositione solis vocantur oppositi. Et cum trā siuerint oppositionem vocantur occidētales sinistri. Et est eis quoddam impedimentum non modicum quoniam incipiunt timere ne iterum veniant ad cōbustionem sicut timet ille quādo aliquis insequitur qui incipit fatigari in fuga z videt illum qui insequitur eum auferentem iam sibi de via z videt eum velociorem se z appropinquare sibi timet enim ne nō posset euadere manus illius.

¶De venere z mercurio cum separantur a sole.

Venus vero z mercurius ex quo separantur a sole fuerintq; retrogradi sunt orientales vsq; dum ipsi veniant ad stationem primam z incipiant dirigi. A directione vero in antea vsq; dum ipsi elōgentur tantū quantum erant longe ab eo q̄n incepe-
runt retrogradare sunt orientales fortes. Deinde vsq; dū appropinquant soli per viginti gradus sunt orientales debiles vsq; dum intrent sub radios solis. Postq̄ fuerint sub radijs sunt orientales combusti vsq; dum vniantur cū sole. Et dixit Alchabicius de inde sunt combusti euntes ad apparitionē quousq; videantur. Et ex quo separant a sole directione dicū tur occidentales fortes vsq; dum veniāt ad retrogradationē. Et ex quo inceperint retrogradare vsq; dū iterum vniantur cum sole dicunt occidentales debiles. Et dixit cum planeta exierit de sub radijs solis: z nulli planete iunct⁹ fuerit dicitur q̄ sit in lumine suo. Hoc est esse planetam cum luminaribus.

¶Capitulum. 9. de coniunctione planetarum ſm latitudinem.

Facta est mentio in precedentibus de coniunctione planetarum z illa mētio fuit de cōiunctione ipsorum ſm longitudinem cōsiderando illam coniunctionem de oriente ad occidentem vel econtra.

¶Nunc aūt restat dicendum de ipsorum coniunctione ſm latitudinē: z est illa que fit inter eos a meridie ad septentrionem vel ecōtra vel ad vtranq; partem.

¶Est aūt cōiunctio latitudinis vt vnus planetarū cōiungatur alteri ſm latitudinem suam. ſ. vt si vnus planeta fuerit iungens alteri per corpus suum z fuerint ambo in vno gradu erit cōiunctio eorum per latitudinem z equalis siue septētrionalis fuerit illa cōiunctio seu applicatio siue meridionalis: quoniam erit latitudo vnius cuiusq; eorum ad vnam z eandem partem. Et si fuerit eorum cōiunctio per oppositionem erunt latitudinis eorum equales ita. ſ. vt latitudo vnius sit ascendēs in septētrionem z alterius ascendens in meridiē. Et licet illud verbū videat forte ad intelligendum tū in se leue est: quoniā cū planeta vadit ad longitudinē lōgiorem tunc est ascendēs in septētrionem. Et oportet ad hoc vt vnus iūgatur alteri p oppositionem q̄ vnus sit in vna quarta sui epicicli: z alter sit in suo epiciclo in ārta opposita illi. Omnes alie cōiunctiones que fiunt p alium modū cōp istum sunt cōiunctiones lōgitudinis z non latitudinis. Et est ille modus vt sit vnus planeta septentrionalis ascendens in septētrionem z alter meridianus descendēs in meridiem. Hec est coniunctio latitudinis. Sapientes tū huius artis z specialiter illi q̄ vtuntur almanach nō multum curant de ista cōiunctione latitudinis in suis iudicijs: quod michi nō videt cōgruum maxime in magnis factis vt sunt nativitates qōnes vniuersales revolutiones annorū z similia.

¶Capitulum. 10. de euacuatione cursus planetarum.

Postq̄ vnus planeta fuerit iūctus alteri z fuerit coniunctio eorum perfecta: z post perfectionē fuerit trāsacta: ita q̄ vnus eorū sit separatus ab alio z post separationē nulli alteri planete iungatur dicitur vacuus cursu: quoniā ipse tunc currit solitarius. Et tam diu durabit esse vacuus cursu: donec ipse iūgatur alteri vel petat eius cōiunctionem sicut dictum est aliās: z hoc est ei quoddā impedimentū. ¶Et dixit alchabicius q̄ quādiu fuerit aliquis planeta in aliquo signo solitarius z alius planeta nō aspexerit illud signum dicitur q̄ sit feralis siue agrestis: z hoc similiter est ei magnū impedimentum z res hominibus valde.

¶Capitulum. 11. de translatione nature planetarū.

Opinio fuit quorundam philosophorum q̄ vnus planeta transfert naturam alterius ad alterū absolute. Dixerunt enim q̄ q̄n planeta leuis separatur a ponderoso z iūgit alteri siue ponderiori eo siue leuiori q̄ transfert naturam primi ad scōm. Quod mihi videt obscurum quodāmodo: ita simpliciter confiteri: nō enim videtur verisimile q̄ licet vnus planeta iūgatur alteri: nisi iungat ei de aliqua suarum dignitatum q̄ ipse det ei virtutem suam vel cōmittat naturam vel dispositionem suam illi iuxta illud philosophi dicentis: non dat planeta aliquid in loco in quo nihil promisit. Tū si planeta non dat ei naturā seu virtutem suā non vr q̄ ipse possit portare naturam alterius ad alium. Et etiam si daret vel cōmitteret eam sibi eadē ratione non videtur q̄ det eam alteri nisi iungatur eidem de aliqua suarum dignitatum. Et credo q̄ hec fuerit eorum intētio licet eam non expresserint. ¶Sed si planeta leuis iūgetur planete pōderoso de aliqua dignitate pōderosi cōmitteret ei ponderosus naturam z dispositionem suam z posset eam portare secum: donec iungeret alteri planete quez inuenireret in aliqua sua dignitate z illi cōmitteret qđ acceperat nisi forte deliteret ex coniunctione alterius illa virtus lz nō cōmiteret eā sibi: nō enim vr verisimile q̄ aliquis det ignoto in terra aliena qđ acquisiuit sibi. Tamen quoniā ipsi fuerūt sapientiores me sustinenda sunt dicta ipsorum quāliscunq; fuisset eorū intentio. Et dixerunt planetam ferre naturam planete ad alterum sub tali exemplo.



¶Erat luna iuncta veneri in vno signo z in vno gradu: vt ponat in. 4. gradu tauri z cuz separata fuit a venere iuncta ẽ marti in. 6. gradu eiusdẽ tauri vl in quocũq; alio gradu fuerit gest ponderosior venere vel mercurio q est leuior: ea: mõ luna trãsferi nãm veneris ad martẽ siue ad aliũ quẽcũq; primo iueniat vel cui prio iũcta est: venus. n. ꝑmiserat dispositionẽ suã atq; nãm lune: z ipsa commisit illi quẽ prio iuenit z cui prio iuncta fuit illud qđ sibi cõmissum fuerat a venere. Et dixerunt q est alius mod⁹ trãslatiõis nãe alicui⁹ planete ad alium: vz vt planeta leuis iũgat põderosior: z ille põderosus iũgatur alteri põderosiori se mõ ponderosus q est medius iter leuẽ z põderosiorẽ trãsfert nãm leuis ad ponderosiorẽ. ¶Verbi gra iũctus fuit mercuri⁹ veneri in. 10. gradu piscis vel in quocũq; alio: z post sepationez a venere iunct⁹ fuit soli in. 12. gradu piscis vel in quocũq; alio: z sol iterũ iunctus est marti in. 14. gradu eiusdem piscis vel in quocunq; alio dummodo gradus sint correlativi sibi inuicem: modo mercurius trãsfert naturam veneris ad solem z sol transfert eã ad martem. Sz si nullus illoz duoz põderosioz iungat alicui planete solus sz iũgant ambo sil'z semel vni planete tũc ille tertius planeta dr q reddit lumẽ illoz ad illũ locuz circuli quẽ ipse aspicit. Et hoc dr redditus luminis sub tali exemplo. Separatus fuit mercurius a venere de decimo gradu piscis vel de quocũq; z post sepationẽ a venere iũct⁹ fuit soli z marti in. 12. gradu eiusdẽ piscis vel in quocũq; z ipsi iũcti sunt iterz ioui in. 13. gradu eiusdẽ piscis vel in quocũq; sz iupiter nulli alteri planete iũctus est: mõ transfert iupiter lumẽ veneris ad illũ locũ circuli quẽ ipse aspicit. s. ad. 13. gradũ tauri ante se sextili aspectu. Et ad. 13. gradũ geminorũ quadrato aspectu: z ad. 13. gradum cãcri trino aspectu: z ad. 13. gradum capricorni retro sextili aspectu: z ad 13. gradus sagittarij quadrato aspectu: z ad. 13. gradum scorpionis trino aspectu.



¶Capitulum. 12. de redditu luminis planetarum z eius abscissione.

Dicto de trãslatione nature planetarum restat dicendus de redditu luminis eoz z eius abscisione. Et est vt si vnus planeta petat coniunctionem alterius: sed nõ iungãtur adhuc simul z alius planeta preter illos iungat primo illi cuius cõiunctionẽ petebat primus z ille tertius reddit lumẽ tertij ad primũ: dr redditus luminis: z dicit eius abscisio. ¶Verbi gratia põatur q sol esset in. 12. gradu cãcri: z saturnus in. 18. gradu libre z iupiter in. 15. gradu geminorum: est mõ sol petens cõiunctionẽ saturni a quarto aspectu: sed in

piter q̃ est magis prope ꝯiunctionē saturni q̃ sol iũgit ei a trino aspectu: z abscindit lumē solis a Saturno z hec dicit abscisio luminis. ¶ Et dr̃ silr redditus luminis: qñ Saturnus redit soli lumē qđ iam incepit recipere ab eo z recipit lumen iouis qui est ei magis propinquus: qñ est in. 15. gradu signi in quo est: z sol est nñ in. 12. gradu signi in quo est: z sic põt destrui res de qua fieret questio vel hr̃ spes. Et fit hoc per modũ quem faciunt aliqui mercatores vel quiuis alij qui ꝯsueuerunt vẽdere z emere res aliquas petit enim vnus aliquo alio vt vendat sibi rem aliquam z sperat ille qui petit rem se habituruz eam p modũz per quẽ eam petit nec credit q̃ aliquis alius se intromittat de ipsa: z tunc venit alius ex transuerso z dat aliquid plus vẽditori q̃ promiserat sibi primus z accipit rem: frustrat rem vel facit aliquem alium interponere se: ita q̃ frustrat eã a primo z acquirit rem pro se. Et est hec res valde cõsiderãda in quẽstionibus qñ multum frustrant res etiaz post q̃ videtur directe. Et debes scire q̃ redditus luminis cõsiderantur ſm aspectũ. Translatio vero nature siue virtutis cõsideratur ſm ꝯiunctionem corporalem z ſm aspectum: sed vt plurimum ſm coniunctionem corporalem.

¶ Capitulum. 13. de prohibitione coniunctionis z quare aliquando res non perficiuntur.

PRohibitio cõiunctionis z q̃ res aliq̃ nõ perficiuntur fit duobus modis quoruz vnus est qñ tres planete fuerint in vno signo in diuersis gradibus: z magis põderosus fuerit plus gradibus q̃ alij: z vnus aliorũ duorũ petierit cõiunctionem illius põderosioris z inter ipsum z illum cuius ꝯiunctionez petit ip se fuerit alius in medio: ille qui est in medio prohibet illum qui est minus gradibus ne iungatur alteri q̃ est plus gradibus eis ambobus: nec iũgitur ei: donec ille medius trãseat cõiunctionẽ põderosioris z dimittat eũ post se. ¶ Verbi gratia: sol erat in. 10. gradu capricorni: z mars erat in. 14. gradu eiusdem capricorni: z iupiter erat in. 16. gradu eiusdem signi petebat nũc sol iungi ioui: sed mars q̃ erat inter eos. s. magis propinquus iouí q̃ sol prohibebat ne sol iungeret iouí: z ipse mars iũgebat ei: z ita nõ cessabat mars ꝓhibere cõiunctionẽ solis cũ ioue donec ipse trãsiret eum z dimitteret euz post se: z tũc iungebat sol iouí ex quo mars trãsiuerat eũ: vnde si nõ foret adhuc penitus destructa res de qua quereretur poterat pfici tũc cuz essent cõiuncti. s. sol z iupiter. ¶ Scõs modus est vt duo planete sint in vno signo z leuis iũgat põderoso per corpus alter quoq̃ iungat põderoso p aspectũ a simili gradu a quo iungitur ei ille q̃ est secuni in eodẽ signo. s. cũ ponderoso modo ille qui iungit ei in eodẽ signo annulat ꝯiunctionem aspicientis z ꝓhibet eũ ab ea. s. cõiunctione ponderosi: qñ ꝯiunctio corpalis fortior est aspectuali. ¶ Verbi gratia: erat venus in quarto gradu arietis z mars in. 9. gradu eiusdẽ arietis z luna in quarto gradu aquarij volẽs se iũgere marti p aspectuz: z iũcta esset ei: nisi aliud impedisset: sed venus q̃ iungebat marti corpaliter ꝓhibebat cõiunctionem lune a marte rõne pdicta. s. q̃ ꝯiunctio corpalis destruit aspectũ: aspectus vo nõ annulat cõiunctionẽ corpalez. Secus eẽt si aspicies eẽt plus gradibꝰ in suo signo q̃ ille q̃ iungit p corpus: qñ tũc esset ꝯiũctio aspicientis z nõ ꝯiungentis p corpus sub hoc exẽplo. Erat venꝰ vt dixi in. 4. gradu arietis: z mars in. 9. gradu eiusdem arietis z luna in. 6. gradu aquarij: mõ luna iũgitur marti z annulat cõiunctionẽ veneris a marte: qñ ipsa aspicit eã a primiori gradu q̃ iũgebatur ei venus. Et dr̃ q̃ si aliqs planeta iungatur cuz dño signi in quo fuerit vel cũ dño exaltatiõis eiusdez signi vel cũ dño termini vel triplicitatis vel faciei siue percorpꝰ siue p aspectũ q̃ planeta q̃ est dño signi vel alicuius dignitatis illius cõmittit z dat dispositionẽ z nãm atq; virtutẽ suã illi. ¶ Hoc qdem verũ est si iungatur cũ dño domus vel exaltatiõis vel cũ dño duarũ de alijs dignitatibꝰ minoribꝰ. s. cũ dño termini z triplicitatis: vel cũ dño termini z faciei vel cum dño faciei z triplicitatis. Sed si iungit cũ dño termini tantum vel cũ dño triplicitatis vel cũ dño faciei nõ recipit eũ dñs alicuius illaz dignitatuz minoz ab vna sola: q̃ nõ sunt tãte virtutis q̃ vna earũ sola possit facere receptionẽ sine aminiculo alterius. Tñ planeta q̃ recipit aliũ de illis dignitatibꝰ: vt dixi cõmittit illi dispositionẽ suã et si foret inimici a quocũq; aspectu q̃ a ꝯiunctiõe. ¶ Verbi gratia: erat luna in. 3. gradu arietis z mars qui est dñs arietis erat in. 8. gradu geminoz vel cãcri vel leonis añ se vel aquarij vel capricorni vel sagittarij post se: mõ iũgebatur luna marti per aspectũ z ipe recipiebat eã de domo sua z cõmittebat ei virtutẽ atq; dispositionẽ suaz. Vel erat luna in dicto. 3. gradu arietis z sol q̃ est dñs exaltationis arietis erat in. 8. vel in. 9. gradu geminoz vel cancri vel leõis añ se vel in. 8. vel in. 9. gradu aquarij vel capricorni vel sagittarij post se: mõ iungebat luna soli p aspectũ: z ipse recipiebat eã de exaltatione sua z cõmittebat ei fortitudinẽ suã. Vel erat luna in dicto. 3. gradu arietis z iupiter q̃ est dño primi termini arietis, z est et dñs triplicitatis arietis erat. in. 5. gradu geminoz vel cãcri vel leõis añ se vel in. 5. gradu aquarij capricorni vel sagittarij post se: mõ iũgebat luna iouí per aspectũ z ipse recipiebat eam de termino z triplicitate sua: z cõmittebat ei virtutẽ atq; dispositionem suã ac si reciperet eã de domo vel de exaltatiõe. Nec est cõmissio seu datio virtutis atq; dispositiõis planetarũ. Sed si luna iungeret saturno q̃ est dño triplicitatis arietis nec hz ibi aliã dignitatẽ non recipet eã: qñ nõ hz ibi nisi vnã de illis minoribus dignitatibus de qbus nõ põt fieri pfecta receptio. Alchabitius tñ vr̃ velle dicere q̃ planeta qui est in domo vel exaltatione vel in aliqua dignitate alicuius planete si iungat cũ eo q̃ ille cuius est dignitas dat z cõmittit naturã suã illi: cuius sententiam ego nõ infringo nec dico esse abijciendã cũ ipse fuerit introductorius vñ potius est sustinẽdus q̃ si alius dixisset z cũ ipse plurimũ valuisset in introductorio. Et dixit q̃ qñ planeta fuerit in aliq̃ suarũ dignitatũ z fuerit ꝯiunctus alicui planete p corpus dabit ei fortitudinẽ suã: z hoc simiiter soluit rõne pdicta. Et si fuerit planeta in tali sua dignitate q̃ alius planeta habeat ibi aliquaz dignitatẽ z fuerit ei iunctus in ea dat sibi suã fortitudinem ita q̃ ille cui ipse iungit hz vtrãq; fortitudinez seu nãm. ¶ Verbi gr̃a: erat iupiter in. 9. gradu arietis z mars erat in. 5. gradu eiusdẽ arietis modo mars iungit iouí z recipit eũ de domo sua: vñ cõmittit illi fortitudinẽ siue dispositionem suaz atq; naturam: z habet ibi iupiter dignitatem triplicitatis: vnde habet modo vtranq; dignitatem illam. s. quam habet ibi ex triplicitate z illam quam dat sibi mars ex domo: z illa cõmixtio quam facit sibi mars dicitur receptio quam philosophi alcobol vocant.

¶ Capitulum. 14. de redditu virtutis quando planeta reddit eam illi qui sibi dedit.

QUando aliquis planeta iungitur alteri ꝛ dat vel cõmittit sibi virtutẽ seu dispositionẽ suã ꝛ ille cui dat virtus seu dispositio fuerit retrogradus vel cõbustus non pot illam virtutez retinere vñ reddit illi qui eam sibi dedit qñ non pot eam retinere propter debilitatẽ quam habet ex illa retrogradatione seu ex cõbustione. Tunc si fuerint ambo in angulis vel in succedẽtibus angulorum erit redditus ille bonus ꝛ vtilis ꝛ cũ proficuo. Et si fuerit etiam ille q cõiungitur alteri in angulo ꝛ ille cui ipse iungit recepit eũ siue fuerit in angulo siue in succedenti angulum erit redditus cũ proficuo ꝛ vtilitate.

¶Verbi gratia: erat iupiter in ariete ponatur in decimo gradu: sed ipse erat retrogradus vel cõbustus: ꝛ erat in angulo: ponatur q̃ esset ascendens eiusdez arietis gntus ꝛ mars erat in quarto gradu capricorni in angulo decime domus: vel erat in aquario in quarto gradu in succedenti angulũ iungebat mars Ioui per aspectum ꝛ recipiebat eum de domo sua: ꝛ cõmittebat sibi dispositionẽ ꝛ virtutem suam: sed iupiter q̃ erat retrogradus non potuit retinere illaz virtutem vnde reddidit eam sibi: ꝛ talis redditus fuit bonus ꝛ vtilis cum proficuo: qñ mars erat in angulo vel succedenti angulum: ita q̃ bene potuit retinere illam virtutem sibi reddita a Ioue: ꝛ remansit postea tota virtus martis: ita q̃ bene proficiet res de qua esset questio ex sua virtute ꝛ ex illa sua potentia.

¶Si vero fuerit planeta qui iũgitur. ſ. leuis seu ille cui redditur virtus cadens ab angulo vbicunq; fuerit ponderosus seu ille q̃ reddit virtutem siue in angulo siue in succedenti seu cadenti erit redditus inutilis ꝛ malus ꝛ cũ detrimẽto. Verbi gratia: fuit ascẽdens. 14. gradus tauri iupiter in quarto gradu arietis cadens ab angulo ꝛ mars in tertio gradu cancri similiter cadens: recepitq; mars Iouez ꝛ cõmisit illi dispositionem suã: sed iupiter quoniam erat cadens ab angulo non potuit retinere virtutem sibi a marte cõmissam vnde reddidit eam sibi: sed mars quoniam erat similiter cadens ab angulo nec potuit retinere virtutem sibi a Ioue redditam propter debilitatem sui casus ab angulo quod fuit ei potius ad dãnum q̃ ad vtilitatem. Ad exemplum cuiusdam qui habebat in humero fassez quem non poterat portare dedit illum alteri ꝛ ille reddidit eum sibi nõ valenti portare ille redditus non fuit ei vtilis: sed damnosus: ꝛ sic destructa fuit causa de qua erat questio si q̃stio fuerit facta de aliqua re ꝛ anullata propter debilitatem Iouis qui non potuit retinere virtutẽ sibi a marte cõmissam: marti tamen debili ab eo redditã qui eã retinere nõ potuit: nec potuit rẽ ducere ad effectũ: ꝛ hoc fecit debilitas vtriusq;. Ego tñ inueni aliquos qui videbant mihi diuersi ab alijs ꝛ erant in quadã sua opinione q̃ non credebant q̃ redditio virtutis seu dispositiõis esset aliquid sicut fuit ille ytannus ytalinus de romano ꝛ erat quidã eius astrologus nomine salionus quez credo assensisse sibi potius ex timore q̃ q̃ crederet: ita eẽ. Et hoc credo propterea quia ytalinus habebat quendam eius fratrez in cõpedibus de quo ipse timebat ne occideret euz. Et dicebat q̃ luna ꝛ quilibet planeta leuis accipiebat naturam illius cui iungebat: ꝛ quilibet ponderosus dabat virtutem suam leui siue receperet eum siue nõ: ꝛ multas alias opiniões erroneas habebat.

¶Capitulum quindecimum de refrenatione planetarum.

REfrenatur vnus planeta a coniunctione alterius in hunc modum videlicet quando aliq̃s planetarum vult coniungi alteri planete siue applicari sibi ꝛ credit perficere illam coniunctionem ꝛ interim anteq̃ illa coniunctio perficiatur accidit ei retrogradatio ꝛ sic non perficitur coniunctio quam petebat ꝛ quam planeta ille perficere credebat: sicuti refrenat aliquis equum volentem currere tenens habenas ꝛ non permittit illum currere quo intẽdebat equus. Unde dicitur planeta tunc refrenari a cõiunctione alterius planete. Verbi gratia: erat iupiter in 16. gradu pisciuz ꝛ mars erat in septimo gradu eiusdem signi volens iungi Ioui: sed cũ peruenit mars ad quatuordecim gradum piscium effectus est retrogradus: vnde retrogradatio illa refrenauit illum a Ioue ita q̃ non potuit perficere coniunctionem: ꝛ anullatum est omne significatum eius: ita q̃ si putaret querens perficere ipsam rem esset in spe perficiendi eam donec mars foret directus: dubitaret tamen ꝛ haberet semper remorsum conscientie ne res illa perficeretur: tamen maloꝛ esset spes q̃ res perficeretur q̃ suspitio de non perficiendo eam: ꝛ ita nõ cessaret in spe perficiendi eam: donec accideret marti retrogradatio: naz tunc desperaret ne non posset perficere rẽ excogitatam. Et hec proprie dicitur refrenatio quaz Alchabicius vocat alicichee.

¶Capitulum sedecimum de ꝓtrarietate planetaꝝ.

ALiquando accidit planetis contrarietas ꝛ fit in hunc modum videlicet quãdo aliquis planeta leuis fuerit in aliquo signo multis gradibus. ꝛ alius ponderosior fuerit minus gradibus q̃ leuis: ꝛ tertius planeta qui sit leuior primo sit iterum minus gradibus q̃ ponderosus vadens ad ponderosiorem volẽs iungi ei: sed anteq̃ iungatur sibi: alter qui erat plus gradibus ceteris effectus est retrogradus: ꝛ in illa retrogradatione iunctus est ponderosiori anteq̃ iungatur ei leuis qui petebat eius coniunctionem: ꝛ postea dimittens ipsum ponderosiorem retrogradando iugitur alteri planete leui: tunc destruit coniunctionem illius leuis directi qui petebat coniunctionem ponderosioris ꝛ destruit reꝛ que significabatur per illam coniunctionem etiam si fo-

ret completa. ℂ Verbi gra: erat iupiter in aquario. 26. gradibus z Saturnus in aquario. 14. gradib9 z mars in eodem signo. 15. gradibus petens conflictionem saturni volens iungi ei interim iupiter est effectus retrogradus z fuit iunctus Saturno per retrogradationem suam z transiuit ipsum in retrogradatione illa z dimisit eum post se z retrogradando iunctus est iterum marti z non permisit martem iungi cum saturno. Et hec appellatur cōtrarietas: quoniam deuenit contrarium eius quod debebat deuenire: debebat enim iupiter cū ipse minus sit ponderosus saturno z transiuerit eum ire viaz suam z nō iungi ei: imo debebat mars iungi saturno qui insequebatur eū: erat enim minus ponderosus eo z minus ponderosus cāz iupiter. Unde si esset facta questio aliqua de aliqua re que significaretur debere fieri aut perfici per coninnctionem martis z Saturni destrueretur res propter retrogradationem Jouis qui iunctus Saturno retrogradando anteqz cōpleretur coniunctio martis cum saturno: etiam postqz interrogator putauerat eam directam z debere perfici. Eta talē ptrarietatē alchabicius vocat halintirad.

ℂ Capitulum decimumseptimum de frustratione coniunctionis planetarum.

FRustratio vero cōiunctionis vnius planete ab alio fit in hunc modum videlicet quando vnus planeta vult coniungi alteri se ponderosiori z petit eius coniunctionem in aliquo signo: sed non potest iungi ei in illo imo ille ponderosus mutatur in aliud signum: z quidam alius planeta aspicit illud signū: ita qz ille cui volebat alter iungi primo obuiat radijs illius aspicientis anteqz posset iungi illi ponderoso ille qui volebat primo iūgi sibi: ita qz iungitur ei p aspectum: quoniam radij illius q aspiciebat erant: ita in principio signi qz oportuit qz ille cuius coniunctionem petebat alter primo iungeretur cuz aspiciente cāz iūgeretur illi qui volebat ei iungi per corpus z sic destructa est illa ptīctio z frustrata. Et vt leuius intelligas ponam tibi exempluz huius rei quoniā textus est fortis' valde. Verbi gratia: erat mars. 28. gradus arietis z venus erat in. 17. gradu eiusdem arietis petens cōiunctionem martis z iupiter erat in secundo gradu cancri erantqz radij Jouis in initio tauri: ita qz quādocunqz mars egrediebat de ariete z tangebat aliquid de tauro in continenti iūgebatur Joui per aspectuz anteqz. s. venus posset insequi martem cuius coniūctionem ipsa petebat z illud frustrauit coniunctionez veneris cū marte ita qz venus frustra petijt eius coniunctionem quoniam non potuit eam perficere propter obuiationem radioz Jouis z eius coniunctionem cū marte: sicut accidit aliqñ in casibus venaticis qñ insequitur vnus eoz feram z secutus est eaz capere anteqz cū capiat alter eā capit z sic frustratur venatio sua. Uñ si forte facta questio aliqua de aliqua re que videretur debere perfici per ptīctionez veneris cū marte corporalem frustrarer z destrueret per coniunctionē martis aspectualē cū Joue. Et ita fit multotiens qz qñ aliqs laborauit z studuit diutiꝰ vt posset pficere rē aliquaz: z credebat semp z erat in spe vt posset eam pficere: z interim ex iprouiso venit alter z sine labore pficit eā z abstulit eā sub tali exemplo. Facta fuit qō de matrimonio ascēdente libra z



venus erat in ariete volēs se iūgere marti vt dcm̄ est: z videbat qz mars deberet eā recipe de ariete. Et ille cuius significator erat mars dabat bonā itentionē illi cuius significatrix erat venus de pficēdo qō ille petebat z de bona ꝓscia ꝓponēs z credēs facere qō petebat ab eo z durātibus illis verbis appuit qōdam aliud factuz qō nō excogitauerat ille qō forte vsum est ei vtilius illo vel qō nescuit ei dicere sicut pluries accidit: z ita dimisit iaz diu examinatū z pfecit illud inconcussum in quod nouiter accidit ei ex iprouiso.

ℂ Capitulum. 18. de abscisione luminis vnius planete ab altero.

ABscisio luminis vniꝰ planete ab altero fit in hunc modum. s. vt si vnus velit coniungi alteri se ponderosiori z alius planeta fuerit in secundo signo a signo in quo fuerit ille ponderiosior z anteqz primus iungatur illi cui volebat iungi q est ponderiosior eo ille tertius qui est ponderosior oibus efficitur retrogradus z retrogradādo iungit illi cui volebat iungi primus leuis. Abscindit modo iste ponderosior lumen leuis ab alio qui est minus ponderosus eo z non permittit illam coniunctionem perfici: z sic destruitur res de qua erat facta questio.

¶ Verbi grā: erat mars in. 24. gradu arietis ⁊ sol in. 15. gradu sagittarij petens coniunctionē martis ⁊ volens sibi coniungi per aspectū ⁊ proiiciebat lumē suum super lumē martis: ⁊ iupiter erat in tertio gradu tauri ⁊ interim effectus est retrogradus: ⁊ iupiter iunctus est marti in ipsa retrogradatiōe añq̄ sol posset pficere ꝯiunctionem suam cū marte: ⁊ abscidit iupiter lumē solis a marte: ⁊ ita destructa est ꝯiunctio illa ⁊ anullata. Vñ si foret ḡstio de aliqua re que videret debere pfici p cō iunctionem solis ⁊ martis destrueretur propter coniunctionem Iouis cum marte. ¶ Fit etiaz alio mō abscisio luminis planetarum vnius. ſ. ab altero videlicet vt si aliq̄s planeta petat coniunctionē alterius ſe pō derosioris ⁊ ipse pōderosior iterum petat coniunctionem alterius ponderosioris se: ⁊ anteq̄ ille primus leuis iungat secundo ponderosiori ille ponderosus iungit alteri. ſ. tertio se pō derosiori: modo ille tertius abscindit lumē scōi a primo leuiori: ⁊ ita destruit causa que significabat per illam cō iunctionem sicut superius dictuz est. Verbi grā: erat ☿ Mercurius in. 10. gradu arietis vel cuiuscūq̄ alterius signi petens cōiunctionem veneris que erat in 20. gradu eiusdē signi ⁊ mars erat in. 22. gradu eiusdem signi cui primo iuncta est venus q̄ mercurius iungeretur ei modo mars abscindit lumen veneris a mercurio cum venere.



¶ Capitulum decimūnonum in quibus locis planete sunt fortes ⁊ in quibus debiles ⁊ in quibus sunt fortune ⁊ in quibus infortune.

SUnt quedā loca in qbus planete confortant ⁊ sunt fortes: ⁊ quedaz in qbus sunt debiles: ⁊ quedā in qbus sunt boni ⁊ fortune: ⁊ quedā in quibus sunt mali ⁊ infortune. Loca enim in qbus ipsi sunt fortes ⁊ fortune sunt ista. ſ. vt sint in aspectibus bonoꝝ planetaꝝ ⁊ fortunaꝝ trino vel sextili vel saltim quadrato ⁊ maxime si fuerit aspectus cum receptione: qm̄ tunc efficiūtur fortune ⁊ si fuerint mali. Et vt sint in locis in qbus mali planete sint cadētes ab eis: ita q̄ nō iūgant ipsis nec ipsi eis. Et vt sint separati a fortunis ⁊ iūcti fortunis: vel sint inter duas fortunas: vel sint inter radios duoꝝ planetaꝝ fortunarum. ¶ Verbi grā: erat iupiter in. 10. gradu arietis ⁊ venus erat in. 20. gradu sagittarij: ⁊ luna in. 15. gradu leonis: modo luna separabatur a Ioue trino aspectu q̄ fit de ariete ⁊ leone ⁊ iungebat veneri similiter trino aspectu qui fit de leone ad sagittariuz. Similiter vt sint in domibus in qbus gaudēt. ſ. Saturnus duodecima vt alias dictū est: iupiter in vndecima: mars in sexta: sol in nona: venus in quinta: ☿ Mercurius in prima: luna in tertia. Similr vt sint in signis in qbus gaudent dū intrant. ſ. saturnus in aquario: iupiter in sagittario: mars in scorpiōe: venus in tauro: mercurius in virgine. Et vt sint angulis vel succedētibus angulorꝝ. Et vt sint vniti cum sole sicut dictuz est alias: qm̄ nō est planeta vnitus nisi sit iurta solem minus. 16. minutis ante ⁊ retro dextrorsum ⁊ sinistrorsum: q; non dr̄ planeta in corde solis nisi sit ita vt dixi. Etiā si esset in eodē minuto secum sm̄ longitudinem ⁊ esset longe ab eo plus. 16. minutis p latitudinem: nihilominus esset cōbustus nec posset ob hoc dici fortis. Et vt sint planete in aspectu solis trino vel sextili vel trino vel sextili lune ⁊ ipsa sit tūc fortunata. Et vt sint veloces cursu aucti lumine ⁊ numero. Et vt sint in suis dignitatibus in domibus. ſ. vel exaltationibꝰ vel terminis vel triplicitatibus vel faciebus. Vel sint in suis similitudinibꝰ supradictis hoc est masculinus in signo masculino ⁊ femininus in signo feminino ⁊ diurnus in die super terrā ⁊ in nocte subterra ⁊ eō. Aut sint recepti vel sint in gradibus lucidis. Et vt sint septentrionales ascendentes ⁊ sint ascendentes in circulis suarum augium. Et vt sint directi vel in statione sua secunda quilibet eoruz quando vult dirigi. Et vt sint exeūtes de sub radijs solis vel sint Saturnus iupiter ⁊ mars orientales a sole non multum remoti ab eo ita q̄ non vadāt ad debilitatez. Et masculini sint in quartis masculinis que sunt ab ascendēte vsq̄ ad decimam ⁊ a septima vsq̄ ad quartam. Et feminini in quartis femininis que sunt a decima vsq̄ septimaz ⁊ a quarta vsq̄ ad ascendens. Et sol similiter gaudet in quartis masculinis nisi qñ est in libra qm̄ est ibi eius casus. Et vt sint venus ⁊ mercurius ⁊ luna occidētales a sole ita q̄ occidant vespere post ipm̄. Et vt sint in quartis femininis ⁊ luna sit in die subterra ⁊ in nocte sup terram. Et vt sit in signo feminino ⁊ loco feminino vel sit luna in exaltatione solis. Hec sunt loca in quibus planete fiunt fortes ⁊ fortune dūmodo sint alias liberi ab impedimentis.

¶Capm vigesimum qñ z in quibus locis planete fiunt debiles.

Dictum est de fortitudinibus z fortunijs: nūc dicendum est de debilitatibus z infortunijs. Et hoc fit multis modis scz vt sint in corporali coniunctione malorum vel in aliquo eorum aspectu sine receptione: vel sint ita prope malos vel radios eorum q sint inter eos scz inter planetam malum vel eius radios minus qz sit terminus illius planete: sicut si esset iupiter in ariete z saturnus esset prope euz vel eius radij minus sex gradibus qui sunt termin⁹ iouis in ariete: vel esset ibi venus z Saturnus esset prope eam vel eius radij minus octo gradibus qui sunt secundus terminus veneris in ariete: vel esset ibi mercurius z essent inter ipsum z saturnum vel eius radios minus⁹ septem gradibus qui sunt terminus. s. tertius mercurij in ariete. Et ita debes intelligere de quolibet planeta z de quolibet termino cuius vis planete z in quolibet signo: vel q sint planete in terminis malorum: z vt sint in domib⁹ eorū non recepti: aut sint mali eleuati super eos. s. q sint septentrionales ab eis a decima vel ab vndecima a locis eorum videlicet a quarto vel trino aspectu postremo qui fit a tergo: z eo deterius si mali non receperint eos: siquidem receperint eos minuit receptio maliciam eorum. Aut si fuerint sub radijs solis vel in ei⁹ oppositione qui sunt gradus cōbusti: vel in ei⁹ quarto aspectu sine receptione aut fuerint cū capite vel cauda draconis: vel fuerint in suis çençahar ita q sint iter ipsos z caput vel caudā vel eoz çençahar. 12. grad⁹ ante vl' min⁹ vel. 10. post aut min⁹. Et de illis planetis qui magis impediunt a suis çençahar sunt sol z luna qñ fuerint inter eos z caput vel caudam draconis. 12. gradus ante vel minus quoniaz ibi patiuntur eclypsim quod est eis magnum detrimentum: vel sint planete obsessi a malis vel ab eoz radijs. Et ex infortunijs planetarum est vt sit planeta retrogradus: aut fit cadens ab ascendēte ita q nō aspiciat illud: aut fit tardus cursu: aut sit in statione sua prima. s. vt fiat retrogradus: aut sit in gradibus tenebrosis: aut sit planeta masculinus in gradib⁹ femininis vel in signo femineo: aut sit in die subterra z in nocte sup terrā: aut sit planeta femininus in gradib⁹ masculinis vel in signo masculino: vel sit in die sup terrā vel in nocte subterra: aut sint in oppositione domoz vel exaltationuz suaz: aut sint meridiani vel descēdentes in meridiē: aut sint cadētes ab angulis vel eoz succedētib⁹: vel sint in domib⁹ cadētib⁹ ab ascēdente: aut sint in via cōbusta que est a medietate libre vsq; ad medietatē scorpionis: aut iungatur aliqs eoz planete retrogrado vl' combusto vel alio mō impedito: aut nō sint recepti: aut sint tres altiores occidētales a sole in ōrtis femininis: aut sint tres iseriores orientales a sole in ōrtis masculinis. Et vt sol sit in signis femininis vel in ōrtis femininis' nisi sit in nona que est dom⁹ gaudij sui qñ ipse hz significare religionē sicut dom⁹ nona teste pho. Aut sit luna cōbusta: aut in gradibus descēsionis sue: aut iungat planetis qui sunt in descēsione sua: vel sit in oppositiōe solis. Aut sit iuncta malis vel in eoz oppositiōe vel ōrto aspectu sine receptione vel sit obsessa a duobus malis vel eoz radijs. Aut sit cū capite vel cauda draconis vt dictū est: aut sit in geminis nō recepta a mercurio: aut sit in terminis malorum: aut sit cadēs ab angulis: vel iuncta planete descēdēti ab eis: vel sit in via cōbusta: vel sit tarda cursu: aut sit in fine mensis lunaris non recepta: aut sit in gradibus fumosis vel tenebrosis vel putealib⁹ vel açemena. Vñ dixerunt sapientes q qñ luna fuerit sic impedita vix pōt eē q hēat aliqd ex dictis impedimētis ita q nō est bonum incipere aliqd opus vñ sperat bonum nec aliqd iter seu pegrinationē: nec laudat in natiuitatib⁹. Unde si nascit tunc aliqs qñ luna fuerit impedita aliquo istoz impedimētoz qō raro accidit q ipsa sit impedita aliquo eoruz si natiuitas per se fuerit bona minuit nato de bono qō significat per natiuitatem sm quātitatē seu qlitatē impedimēti: z si fuerit mala augmētat nato malū. Et ita de itineribus seu pegrinationib⁹: si fuerit iter bonū minuit bonitatem: si vero fuerit malū augmētat maliciam sm q fuerit impedimentum ipsius.

¶Capm vigesimūprimum de obsessione planetarum atq; signorum.

Aliqñ dr planeta obsessus: z hoc fit duobus modis. Uno. s. q appellatur veneratio: z illa obsessio dr bona in bona parte. i. vt sit planeta inter duas fortunas vel eaz radios ita q hēat vnam fortunam ante se vel radios eius z vnam post se vel radios ei⁹ ita q separet ab vna vel ei⁹ radijs z iungat alteri vel ei⁹ radijs. ¶Alio mō dicit planeta obsessus: z illa obsessio est mala z in mala parte. s. vt sit planeta inter duos malos vel eorū radios ita scilicet q habeat vnum malum ante se vel eius radios: z alium malum vel eius radios post se. Quemadmodum vero planeta dicitur obsessus: ita z signum dicitur obsessum vt ait alchabicius. Et dixit q si sol vel alia fortuna aspererit planetam vel signum obsessum a trino vel sextili aspectu ita q cadant inter planetam z solem vel aliam fortunam vel eius radios aut signum minus semprez gradibus q soluit illa malicia siue illa obsessio. Et dicitur signum obsessum si vna ex fortunis vel eius radijs fuerit ante ipsum: z alia fortuna vel eius radij post ipsuz; z illa obsessio est bona. Et dicitur signum obsessum si vnus malus vel eius radij fuerint ante ipsum: z alter malus vel eius radij fuerint post ipsum; z illa obsessio dicitur mala.

¶Capm vigesimūsecōm qualiter vnus planeta diligat alium: z qualr diligat ab altero: z qualiter inuicem odio se habeant.

Dixerunt antiqui sapientes q qdaz planetaz sunt se inuicē diligētes: z qdam eoz se inuicē odiētes. Nam dixerunt q iupiter diligit oēs planetas z est amicus omnium naturaliter: z ipsi oēs diligunt eum: z omnes sunt eius amici preter martem. Uenus diligit omnes planetas z omnes diligunt eam preter saturnū. Saturnus diligit iouem solez z lunā z ipsi eum: z odit martē z venerē z ipsi eū: z venus odio habet eum plus qz mare. Mercurius cuz applicatur diligentibus saturnuz diligit eum: cum applicatur odientibus odit eum. Mars diligit venerem solam z ipsa eum: ceteros odit: ipsi eum: sed iupiter z sol oditunt euz plus ceteris. Sol diligit iouem z venerem dilectione perfecta z ipsi euz: z odit martem mercurium z lunam z ipsi euz. ¶Mercurius diligit iouem z venerem z ipsi eū: z odit martē solem lunam z saturnum vt dixi. ¶Luna diligit saturnū iouem z venerē z ipsi eam: z odit martē z solē z mercuriuz. ¶Caput draconis diligit iouem z venerem z ipsi illud de alijs non curat. ¶Cauda eius diligit saturnum z martem z ipsi eam: z odit iouez solem z venerem z lunam z ipsi eam. ¶Jtez dixe-

runt q̄ est quedaz alia species inimicitatis. s. q̄ duo planete hñt domos suas oppositas vel exaltationes sicut sunt saturnus ⁊ luminaria: iupiter ⁊ mercuri⁹ mars ⁊ venus qui habent domos suas oppositas. Et sicut saturnus ⁊ sol: iupiter ⁊ mars qui habent exaltationes suas oppositas sed talis inimicitas est potius per accidens q̄z per naturaz. Unde tu debes considerare in iudicijs siue questionuz siue natiuitatuz siue cuiuscūq; modi sint q̄ quicquid fuerit significatum per aliquem planetaruz de his que vident debere accidere nato. seu interroganti si fuerit illud significatum bonū ⁊ significabile per planetā qui inimicat dño ascēdentis natiuitatis seu questionis q̄ nō ita libēter dabit vel faciet rem illā quā dare vel facere debuerit ⁊ semper cū aliquali diminutione fiet. Sed licet inimicent plancte sibi inuicem vt dictum est: tamen si aliquis eorum iungat alteri vel inuenit vnus alium in domo vel in exaltatione sua recipit eum ⁊ videt eum bono animo ⁊ bona voluntate: ⁊ obliuiscit omnem inimicitiaz nec recordatur aliqd ex ea. Sicut si aliquis inueniat aliquem suū inimicum qui nō erat inimicus inimicitia vltimata seu capitali in domo sua vel in loco in quo habet dignitatez seu magistratū vt potestariā ⁊ similia q̄ recipit eum ⁊ honorificat eū alacri facie timens ne reprehēdatur si aliud faceret nisi esset homo siluester ⁊ valde feralis cui⁹ mens nō p̄sociaret hominibus nec pateret associari sicut ille tyrannus cilinus de romano cuius tyrannidi nō fuit inuēta similis qui nulli pepercit ordini: nulli pepcit religioni: nulli pepcit nobilitati: nulli pepercit etati: nulli pepercit sexui: nulli pepcit sanguini suo vel alieno imo fine causa proprium fratrem: propriū nepotē propijs manib⁹ interfecit. Et ego vidi omnia hec. Et illa talis receptio ⁊ illa bone voluntatis ostensio dicit apertio portaz quia aperit sibi portas ⁊ hostia ⁊ securum eum reddit: non enim potest manifestius dicere intra in domum q̄z aperire sibi portas.

¶Capm. 23. de ipsoz amicitia.

SIcut aliq̄n cadit inimicitia inter planetas sic ⁊ amicitia cadit iter eosdē videlicet q̄n planeta p̄cordat cum alio planeta in natura ⁊ qualitate atq; substantia ⁊ potestate: sicut p̄cordant mars ⁊ sol in caliditate ⁊ siccitate ⁊ est mars dñs exaltationis solis in qua apparet eius fortitudo multa. Et fortior omnibus istis amicitijs est concordantia in natura. Unde debes semper considerare in natiuitatib⁹ seu questionibus quid significet per aliquem planetaz de his que debent accidere nato siue interroganti q̄ si fuerit bonum ⁊ fuerit significatum per aliquez planetarum qui amicat dño ascendētis natiuitatis seu questionis quia libētius ⁊ alacrius ⁊ perfectius dabit vel faciet rem illam ille qui dare vel facere debuerit ⁊ semper sine diminutione. Sicuti quando aliquis diuidit res aliquas inter aliquos q̄ amico suo partem rei quam diuidit nititur dare illi meliorez: ⁊ quando dat illi qui non est totaliter eius amicus siue qui inimicat ei licet det tamen nititur dare sibi minus bonam partem rei que diuiditur. Et vt cōcordant venus ⁊ luna in frigiditate ⁊ humiditate: ⁊ est venus dña exaltationis lune: ⁊ sic concordant iupiter ⁊ venus in beniuolentia ⁊ boni collatione atq; fortunij ⁊ tempore.

¶Finit tractatus tertius de his que accidunt planetis in semetipsis ⁊ adinuicem.

¶Incipit tractatus quartus de p̄sideratione quarūdam p̄iunctionū ⁊ quorūdam alioz que opz astrologum scire ⁊ considerare.

¶Capitulum p̄imuz de expositione quorundam nominum astrologorum.

Iste tractatus est de fortitudibus qui sint in tota p̄sideratiōe astronomie qui ad iudicia p̄tinere videanf vñ opz q̄ tu adhibeas totam mentē ⁊ totā tuā intētionē et talr q̄ non sis alijs reb⁹ dedītus donec ipsi⁹ itētionē p̄fias: q̄ si aliter faceres decipes temet ipsum ⁊ p̄deres opus ⁊ tps tuū ⁊ me forte ꝛ indebite blasphemares me nihil dixisse affirmans. ¶Initium vo huj⁹ tractat⁹ sunt p̄iunctiones significātes res que fiunt in hoc mūdo: ⁊ sunt sex iste p̄iunctiōes quaz p̄ma ⁊ oib⁹ maior est p̄iunctio saturni ⁊ iouis in p̄mo termino arietis siue in ipsi⁹ arietis initio: ⁊ illa fit in. 960. annis solū semel que hz significare res magnas venturas in mūdo. ¶Secūda vero eoruz coniunctio habet fieri in primo termino siue gradu vniuscūq; triplicitatis tam ignee q̄z terree tam aeree q̄z aquatice: ⁊ ista fit in oib⁹. 240. annis semel ꝓtū. ¶Preterea facit in vnaquaq; triplicitate alias cōiunctiōes: ⁊ est aliqn̄ pole q̄ facit in vna triplicitate. 13. p̄iunctiōes in hūc modū: finit vna p̄iunctio in principio alicui⁹ triplicitatis que icipit in alia triplicitate ita ꝓpe finez ei⁹ q̄ nō poterat in ea cōpleri: vñ denotat ab illa triplicitate i qua finit. Et finit ita in principio illius q̄ alie. 12. p̄nt icipere atq; finiri in eadem triplicitate oēs ⁊ sic fiunt in eadez. 13. p̄iunctiones: hoc accidit si vna p̄iunctio finiat in p̄n⁹ alicui⁹ triplicitatis ita q̄ nō trāscēdat. 54. minuta p̄mi gradus illi⁹ triplicitatis. Et fiunt iste. 13. p̄iunctiōes in vna triplicitate sicut aliqn̄ fiunt due p̄iunctiones solis ⁊ lune in vno signo ⁊ in vno mense solari. Verbi grā: fuit facta p̄iunctio solis ⁊ lune in primo gradu arietis ⁊ fuit p̄iunctio saphar qui est scōs mēsis qui p̄stat er. 29. dieb⁹: ⁊ ante q̄z egrederet sol de ariete facta fuit alia p̄iūctio in. 30. gradu arietis vel forte in. 29. ⁊ sic facte sunt due p̄iunctiōes in ariete. Silr facta fuit vna p̄iūctio in p̄mo die augusti ⁊ ante q̄z egrederet sol de augusto ita q̄ cōpleret ille mēsis lunaris facta fuit alia p̄iūctio solis ⁊ lune in. 30. die augusti: ⁊ ita facte sunt due p̄iūctiōes solis ⁊ lune in vno mēsenō q̄ ambe inceperint in eo ſz q̄n ambe finite sunt in eo: ⁊ ita est de p̄iūctiōib⁹ saturni ⁊ iouis q̄n faciāt 13. p̄iūctiōes in vna triplicitate. ¶Postea mutat illa p̄iūctio ad triplicitatē que succedit ad p̄maz: vt si fuerint facte p̄me p̄iūctiōes eoz in triplicitate ignea mutant ad triplicitatē terreā: ⁊ de terrea ad aereaz: ⁊ de aerea ad aq̄ticā: ⁊ itez de aq̄tica reuertit ad igneā scilicet ad triplicitatē arietis: ⁊ de triplicitate arietis ad triplicitatem tauri: de triplicitate tauri ad triplicitatē geminoz: de triplicitate geminoz ad triplicitatē cancri: de triplicitate itez cancri ad triplicitatez arietis ⁊ sic in infinitum.

¶Caplm secūdū qualr corpora supcelestia mouentur p̄m diuersos motus planetarum.

QUoniam coniunctiones superioz corpoz sensibiliter mutabilium fiunt p̄m diuersitates motuum ipsorum tam naturaliuz q̄z localiū: ⁊ exinde fiunt effectus ipsorum in individuis inferioribus insensibilibus. Et illi motus naturales cōsiderant p̄m tres

diuisiões: quia diuisiones appellant z ꝓsiderant hic ꝑm successiuum ordinem circulorum. 7. planetarū in hunc modum videlicet q̄ prima diuisio considerat ꝑm motus trium planetarum superiorum qui sunt saturnus iupiter z mars ꝑm q̄ tu inuenies infra in tractatu de natiuitatibus sufficienter determinatum. Secunda vero consideratur ꝑm planetaz in medio aliorum locatum qui est sol. Tertia siquidez consideratur ꝑm motus trium inferiorum qui sunt venus mercuri⁹ z luna. ¶ Prima nāq̄ diuisio planetarum. s. superiorū tripliciter est z triformiter imprimit in individua inferiora: z hoc ꝑm tres motuū diuersitates primi. s. atq̄ secūdi z tertij. ¶ Prim⁹ nāq̄ motus mouet sup medio. Secundus mouet a medio. Tertius vero non mouet super primo nec a primo nec super medio nec a medio sed ad medium.

¶ Unde prima diuisio planetarum superiorum cōsiderat z refert ad motum primum qui preest motui medio eo q̄ illi planete appropinquant motui primo z elonganf a motu tertio qui est ad motum medium. Et considerat ille diuisiones motuum super individuis particularibus quorum durabilitas expectat vt sunt edificationes domorū z silia que principium habent z eorū medium nō festinat z eorū finis a suo principio multum elongatur: z hec attribuunf saturno qui habet affinitatē pre ceteris cum motu primo. Et eorum medium ioui attribuit q̄m sicut iupiter est inter alios superiores medius ac in medio ipsorum locatus z inter illos motus ei⁹ motus sit mediocris ideo medium illarum rerum est ei attributum z etiam earū cōplementa sunt sibi attributa z ꝑm ipsum cōsideranf. Et quia ipse est magis propinquus marti cui attribuitur finis rerum q̄s saturnus: z magis propinquus saturno cui attribuit principium q̄s marti ideo attributus est sibi medium z complementa rerum z ꝑm ipsum consideratum. ¶ Finis vero attributus est marti quoniam ipse est positus in fine prime diuisionis z quia finis facit destructionem rerum: z ob hoc attributa sunt ei bella z guerre atq; contentiones quoniam illa magis faciunt ad consumptionem z diminutionem atq; destructionē q̄s cetera. ¶ Principium enim indicat rem esse: medium vero earū perfectionez: finis vero ipsarum destructionem. Et quia multitudo diuersorum motuum multiplicanf z diuersitates iter homines z discordie voluntatum ipsorum: z exinde oriunf bella z contentiones que faciunt ad destructiones rerum z ad earū fines. Et quicquid dicat a quibusdā ignorantibus creatorem suum qui cuncta disposuit ordinatiz z nihil sine causa fecit: hec fuit causa quare fuerunt hec tria tribus planetis superioribus tanq̄ principia in significatione prima precedentia ea que sequuntur ex significatione secunda que significanf ab aliis planetis attributa. Et sic teste philosopho motus primus mouetur a medio: z motus tertius mouetur ad medium. Et motus secundus medius est naturaliter attributus soli qui est luminare maius z eius effectibus: z ille motus est a medio per relationem quia ipse est affinis illi motui: z est in ordine circulorum circulariter in medio aliorum positus z quicquid ad eum refertur est inter motum primū z motum tertium. Et quia eius motus est minus tardus q̄s superiores z minus velox q̄s inferiores ob hanc causam dicitur significator regum atq; diuitum seu magnatum atq; alios precisse z dominari volentium: z quia ipse participat cum diuisione prima z perpenditur eius significatum in secūda fortius q̄s alicuius alterius z succedit marti in ordine circulorum. ¶ Motus autem tertius est attributus tribus planetis inferioribus ad motum medium propter remotionem ipsorum a motu primo qui est super motum medium: z eorum effectus sunt super rebus festiuis z quarum longitudo non expectatur: z propter ipsorum motum velocem habentem cum rebus festiuis affinitatez licet quodammodo sapiant motum primum tamen habent affinitatem cuz motu tertio. Et considerantur eorum motus naturales ꝑm tres diuisiones motuum trium planetaruz superiorum. Data est enim significatio coniugij z indumētorum ordinantium corpora z similiuz veneri propter eius correlationem ad saturnuz. Sicut enim saturnus est primus z altior trium planetarum superiorum z considerantur principia rerum magne durabilitatis atq; longeue ab ipso sic z venus est prim⁹ planetarum trium inferiorum z ꝑm ipsam considerantur principia rerum quarum magna durabilitas seu prolixitas non expectat z succedit soli in ordine circulorum. ¶ Mercurio vero data est significatio super res significantes perfectionem rerū non diucius durabilium vt sunt numeri z scripture z mensurationes atq; sculpture z similia quarum licet quedam oiu durant non tamen fiunt nisi ad rerum memoriam vt hominuz obliuiones emēdent z quoniam eius significatio est affinis significationi iouis z ei correlatiua que habet significare perfectionem rerum longeuaruz. Sicut enim iupiter est medius inter planetas superiores ita z mercurius est medius inter planetas inferiores z succedit veneri in ordine circulorum. ¶ Lune vero data est significatio super res mobiles z velociter se mutantes z super peregrinatiōes z super omnes res velociter mutationem suscipientes z quarum finis festinat z ei⁹ significata correlatiua sunt ad significata martis sicuti enim mars est tertius atq; vltimus trium planetarum superiorum z significat finem rerum diu durabilium sic z luna est tertius atq; vltimus triū planetarum inferiorum: z est affinis tertie diuisioni significate per martem: z significat finem rerum velociter ad suum finem peruenientium: z sic cedit mercurius in ordine circulorum prout infra in tractatu natiuitatum lacius dicetur. Nec credas has significationes fore attributas his tribus planetis nisi causa indigentie illorum quos naturalis necessitas ad eos impellit sicut sunt ritus hominum z oppositiones z conditiones z leges z ꝑm suos appologos vicentium que omnia numero atq; scriptura perficiuntur z in suum debitum actum apparenter perueniunt tam in eis q̄s ad bella contentiones z itinera z ceteras mutationes que non nisi per motuz perfectionem suscipiunt. Et fuerunt attributa hec supradicta significata dictis tribus inferioribus quoniam sunt veluti secundarij per relationem ad motum siue ad esse primum: z propter illud quod ipsi exinde consequuntur. Et quia ex eorum significatis z aliorum haberur prescientia effectuum eorum que vniuersaliter ventura sunt ꝑm eorum cursum z per quem ad eorum particulares peruenitur cognitiones quas coniunctiones predictas perpendere possimus si eas recte voluerimus itueri scilicet saturni cuz ioue z marte in locis predictis. De istis tamen motibus z eorum significatis dicetur lacius in tractatu natiuitatum z magis ad vnguem.

¶Capitulum.3.de ꝯiunctione Saturni ⁊ martis.

TErtia vero cõiunctio est ꝯiunctio Saturni ⁊ martis quã ipsi faciunt in initio cancri siue in eⁱ⁹ ꝑmo gradu vel saltim in eⁱ⁹ ꝑmo termino ⁊ hoc fit in oib⁹.30.annis semel.¶Sed posses dicere ꝙre fuit ꝯsiderata soltm̃ ꝯiunctio quam faciunt saturnus ⁊ mars in ꝑncipio cancri cũ ⁊ ipsi ꝯiungant in principijs alioꝝ signoꝝ sil⁹ ⁊ aliaꝝ triplicitatũ sicut ⁊ in ꝑn° cancri. Ad qõ põt sic rñderi qꝺ eoꝝ ꝯiunctio magis fuit ꝯsiderata in initio cancri q̃ alibi qm̃ ipa est deterior oib⁹ alijs ꝯiunctionib⁹ quas ipsi faciunt ly ões alie sint male ⁊ min⁹ maliciosa est illa q̃ ipsi faciunt in ꝑn° capricorni qm̃ recipiunt inuicem ⁊ minuit eoꝝ malicia. Capricornus est dignitas vtriusq; dom⁹.s.saturni ⁊ exaltatio martis: naꝫ cancer est detrimentũ vtriusq;.s.saturni ⁊ martis qõ est eius maximũ impedimẽtum: ⁊ mali quãtũcũq; magis sunt impediti tm̃ efficiunt deteriores ⁊ augmẽtant eorũ malicia ⁊ eoꝝ ipedimẽtũ. In alijs.n. signis non hñt ita manifesta detrimẽta. Et ly ledant ⁊ offendant in alijs nõ tm̃ nocent tm̃ quãtũ in illo: qm̃ tñ eueniunt maxime mutationes in mũdo ⁊ maxima accidẽtia qꝺ nõ accidit in alijs ꝯiunctionib⁹ quas faciunt alibi. ¶Mutant etenim regna aut fiunt guerre terribiles ex qb⁹ sequunt itersectiones suffocantes captiones prauę: destructiones regnoꝝ: combustiones ignis ⁊ multe sanguinũ effusiones: fames: mortalitates: sterilitates atq; multitudines pestilẽtiaꝝ. Et si fuerint orientales accidẽt cito eoꝝ significata put fuerint ꝓpinq; soli vel remoti ab eo. Et si fuerint occidentales plangabunt ⁊ tardabũt eoꝝ significata. Tm̃ ꝯsidera bis ascẽdens ꝯiunctionis eoꝝ qm̃.s.ꝓuenerint in minuto: ⁊ vide numeꝝ graduũ longitudinis que fuerit inter eos ⁊ solez ex qb⁹ facies signa dando.s.vnicuiq; signo.30.gradus si fuerit ascẽdẽs signũ sirum ⁊ ipsi fuerint occidẽtales significabũt annos aduẽtus eoꝝ significati ꝑm numeꝝ signoꝝ qui tibi deuenerit de gradibus distãtie iter ipsos ⁊ solem. Et si fuerint orietales loco annorum pone menses. Et si fuerit signum cõmune ⁊ ipsi occidentales loco annoꝝ pone mẽses. Et si fuerint orietales loco mẽsiũ pone ebdomadas. Et si fuerit signuz mobile loco annoꝝ pone ebdomadas si fuerint occidẽtales: si vo fuerint orientales loco ebdomadaꝝ pone dies. Et qñ duas vnũ signũ ꝓ anno da ꝓ.2.gradib⁹ ⁊.30.minutis mensem ⁊ ꝓ.37.minutis.30.secundis ebdomadam ⁊ ꝓ.5.minutis ⁊.21.secundis diez quoniam ifra hec tꝑa euentent significata eoꝝ si bñ equaueris ad ascẽdens pfectionis ꝯiunctionis eoꝝ.¶Est ibi ꝯsidrãdum tm̃ vtrũ angulus ꝑme domus sit rect⁹ an remotus qm̃ si fuerit rectus.s.qꝺ sit vnuz signũ ⁊ nõ faciat nisi vnã domũ euenient ista ꝑm qꝺ dixi tibi in tꝑib⁹ noiatis ⁊ equalib⁹. Si aũt fuerit remot⁹ eueniet alio mõ qm̃ si angulus ille ꝓtineat minus.30.gradibus tardabit significatũ hoc est si vnũ signũ fecerit duas domos sicut pluries accidit. Si vero ꝓtineat plus.30.gradib⁹ hoc est qꝺ includat ibi vnum signuz qõ nõ noiet vel alio mõ ꝓtineat plures gradus q̃.30. festinabit significatuz ⁊ accelerabit: vt ponat qꝺ sit.5. gradus leonis prima dom⁹ ⁊.17.gradus eiusdez signi sit secũda domus: mõ istud signũ facit duas domos ⁊ tardat significatuz ꝓ decima parte sicut decima pars ipsi⁹ cadit in aliã domũ: ⁊ si plus caderet de ipso in eam plus tardaret significatuz: ⁊ si caderet nona pars ipsi⁹ in aliã domũ tadaret ꝓ nona ꝑte tꝑis suum significatũ: si octaua caderet tardaret ꝓ octaua parte: ⁊ ita de ceteris partibus signi. Et si induderetur vnum signum vt si esset.28.gradus piscis prima domus ⁊ tertius gradus tauri esset secunda domus: modo icluderetur aries totus in prima domo: ⁊ festinaret significatum ꝑm quantitatem graduuz quos caperet prima domus plures.30. ⁊ qui deberent eẽ de secũda qui sunt de pisce.2.⁊.3. de tauro: ⁊ sic festinaret significatũ ꝓ.10 sexta parte sui temporis sicut sexta pars vnius signi caderet in eam domum plus q̃ deberet ꝑm rectitudinem angulorum. Et sic intelligas ꝓ qualibet signi ꝓportione. Similiter si fuerint inter ipsos ⁊ solez ita pauci gradus qꝺ non possit ex eis fieri signum integrum hoc est qꝺ sint minus.30. Et fuerit ascendens tale signũ qꝺ oriatur in minus duabus horis equalibus significat dies. Et si fuerint inter ipsos ⁊ solem tot gradus de quibus possit fieri signum integrum scilicet qꝺ sint.30. fueritq; ascendens signum quod oriatur in duabus horis tantum significat menses. Et si fuerit ascẽdens signum quod oriatur in duabus horis significat annos seruata ꝓportione substantia in gradibus ⁊ minutis sicut dixi.¶Est etiam sciendum qꝺ significata coniunctionum eorum cadent vt pluries super ea que significantur per signum quod fuerit ascendens hora medie coniunctionis eorum vel per eⁱ⁹ dñm: ⁊ ita de signo in quo fuerit eoꝝ ꝯiũctio. Et si fuerint in ꝑte orietali qñ complebit eoꝝ ꝯiunctio. ita scilicet qꝺ conueniant in vno minuto vel fuerint iuncti planetis orientalibus accident illa significata in parte orientis. Et si fuerint in meridie iuncti planetis meridianis accident in parte meridiei. Et si fuerint iuncti planetis occidentalib⁹ vel fuerint occidentales accident in parte occidentali. Et si nõ fuerint in aliqua illarum partium sed fuerint septentrionales vel fuerint iuncti planetis septentrionalibus accident in septẽtrione.¶Cancer vt dixi est detrimentum saturni ⁊ martis quoniam est oppositum Capricorni qui est domus saturni ⁊ est exaltatio martis: ⁊ omne septimum signum a domo vel ab exaltatione alicuius planete dicitur esse ipsi⁹ planete detrimentuz.¶Aries est oppositum libre que est exaltatio saturni: sed non est oppositum alicuius dignitatis martis immo est eius dignitas.¶Taurus est oppositum scorpionis qui est domus martis sed non est oppositum domus vel exaltationis saturni. Unde coniunctiones eorum in initijs aliorum signorum seu aliarum triplicitatum sunt infra coniunctionem eorum in initio cancri ⁊ minus maliciose.¶Gemini vero non est oppositum domus vel exaltationis alicuius eorum.

¶Capitulum.4.de quarta coniunctione saturni ⁊ Jouis.

QUarta vero cõiunctio est saturni ⁊ iouis que fit in omnibus.20.annis semel ita qꝺ faciunt in vnaquaq; triplicitate.12.cõiunctiones. Et qꝺ hoc fit verum qꝺ ipsi faciant.12.coniunctiones in qualibet triplicitate patet per hoc si bene intueberis eius veritatem. ¶Multiplicitatis enim.12.in.20.aut.20. in.12.quod idem est faciunt.240.⁊ sic coniunguntur in.240.annis.12. vicibus faciendo in singulis.20.annis vnam coniunctionem. Et sic faciunt inter omnes triplicitates anteq̃ redeant ad eundem punctum in quo fecerunnt primam coniunctionem.48 coniunctiones: vnde faciunt in.240. annis.12.coniunctiones multiplicatis enim.240. in.4.faciunt.960.⁊ tunc redit eoꝝ coniunctio ad

principium Arietis vel ad principium alterius cuiuslibet triplicitatis. Et ita intellige de quolibet loco in quo fecerunt aliquã ꝓiunctionẽ: semp. n. redibunt illuc in oibus. 960. annis semel.

¶ Capitulum. 5. de quinta coniunctione solis cum alijs planetis.

QUinta aũt ꝓiunctio est illa q̃ fiet sol cuꝫ planetis in introitu suo in primuꝫ minutũ arietis vel alij planete sibi inuicem: illa enim habet sua significata: quandoqꝫ parua: quãdoqꝫ magna: quãdoqꝫ bona: quandoqꝫ mala: quandoqꝫ mediocria sicut in tractatu reuolutionum plenarie dicetur: longum enim ꝛ laboriosum esset nec philosophicum si tangeretur nunc hic nec ordinatum. Et si considerat similiter introitus solis in arietẽ ꝛ eius ascẽdens in in hora illa ꝛ eius minutum in omni anno in quo debet sibi aliqua de coniunctionibus supradictis scilicet cum aliquo dictorum planetarum: quoniã in illo anno habet ꝓiunctio solis cum planetis ostẽdere maiora significata q̃ in alijs.

¶ Capm. 6. de sexta ꝓiunctione.

SExta quidem ꝓiunctio solis ꝛ lune in eodeꝫ minuto que fit in omni initio cuiuscũqꝫ mẽsis lunaris semel ꝛ eorum oppositione que fit in medietate cuiuscꝫ mensis lunaris. Et ille similiter hñt sua significata diuersa sicut in tractatu de pluuijs dicetur ꝛ etiam in reuolutionib⁹ q̃daꝫ de ipsis tibi dicam que videbunt expedire.

¶ Capitulum. 7. de horis cõbustis ꝛ incõbustis post coniunctiones solis ꝛ lune quod qdam albuꝫ siue abiuth vocant.

DIxerunt quidam antiquorum sapientum a quibus ego nolo deuiare q̃ post coniunctionem solis ꝛ lune ab ipso minuto eiusdem cõiũctionis sunt duodecim hore q̃ que dicuntur combuste: ꝛ post illas duodeciꝫ combustas sunt. 72. hore que dicunt incõbuste: ꝛ post illas. 72. combustas sunt. 12. combuste: ꝛ ita vsqꝫ ad gradum ꝛ minutũ alterius coniunctionis sequentis. Et dixerũt q̃ diuidebant ille. 12. hore combuste in tres partes equales dando vnicuiq; parti quatuor de illis horis. Et dicebãt q̃ qui inceperit in primis quatuor horis bellare vel ad bellum ire timẽdum est ei mors corporis sui. Et qui inceperit in. 4. horis secũdis bellare vel ad bellũ ire timendũ est ei captio vel vulneratio siue aliqua percussio sine amissione vite. Et qui inceperit in. 4. horis vltimis bellare vel ad bellum ire timendum est est ei amissio substantie ꝛ eorum qui cum eo fuerint ꝛ poterit etiam perdere de personis adiutoriꝫ suorum. ¶ Et qui inceperit in primis quatuor horis arare vel ad arandum ire timendum est ei perditio fructuum speratorum ex aratione illa. Et qui inceperit in. 4. horis secũdis arare vel ad arandum ire timendum est ei detrimentũ magnum in oib⁹ que possiẽt ꝛ etiam in corpore suo sine amissione vite. ¶ Et qui inceperit in vltimis: quatuor horis arare vel ad arandum ire timenduꝫ est ei diminutio suorum seminum.

¶ De duodena Lune.

ITem fit ex ipsis horis alia diuisio que appellatur. 12. hore solis ꝛ lune. s. 12. lune: ꝛ est res valde obseruanda videlicet q̃ tu debes scire horaꝫ coniunctionis solis ꝛ lune ꝛ eius minutum ꝛ accipere. 12. horas post coniunctionẽ ꝛ diuidere ipsas in tres partes equales dando scilicet vnicuiq; parti. 4. horas ꝛ primam diuisionem dare soli qui est primus dñs prime triplicitatis scilicet ignee ꝛ secundam debes dare secũdo dño eiusdẽ triplicitatis scilicet ioui: ꝛ tertiam debes dare tertio domino ipsius triplicitatis qui est Saturnus ꝛ debes iudicare ꝑm esse illorum dominorum sicut tibi exponam in sequẽtibus. ¶ Deinde debes dare alias. 12. quas dedisti infra dominos triplicitatis prime ꝛ iudicare ꝑm dños triplicitatis secũde. s. terree dando. s. primas. 4. horas veneri que que est primus dñs triplicitatis secunde. s. terree. Secũdas. 4. lune que est secũdus dñs eiusdẽ triplicitatis. Ultimas vero. 4. marti qui est tertius dñs ipsi⁹ triplicitatis. ¶ Deinde debes dare. 12. horas dñis triplicitatis aeree. s. tertie post illas. 12. quas dedisti dñis triplicitatis secunde dando scilicet primas. 4. horas Saturno qui est primus domin⁹ tertie triplicitatis. Secũdas. 4. mercurio qui est secundus dñs triplicitatis aeree. Ultimas vo. 4. ioui qui est vltimus dñs triplicitatis eiusdẽ. ¶ Deinde debes dare alias. 12. horas dñis triplicitatis ẽrte. s. aq̃tice dãdo. s. ꝑmas. 4. horas veneri que est prim⁹ dñs triplicitatis ẽrte. Secũdas vo. 4. marti qui est secũdus dñs eiusdẽ triplicitatis. Ultimas vo. 4. debes dare lune que est vltim⁹ dñs triplicitatis ẽrte. s. aq̃tice. Et ita debes facere cum omni dño cuiuscũqꝫ triplicitatis donec reuertat dispositio ad solem ꝛ pueniat ad gradum ꝛ minutũ alterius ꝓiunctionis sequentis. ꝛ oẽs istas horas ꝓsiderabis ꝑm inequalitatẽ ꝛ non ꝑm equalitatem. Et ob hoc dixit Ptholome⁹ seruanda duodenã lune q̃ hec est illa duodena lune de qua ipse intellexit. Nã semp cũ luna fuerit in aliq̃ illaruꝫ duodenarum erit eius esse atqꝫ dispositio ꝑm esse illius planete cui fuerit deputata illa tertia pars duodene in qua fuerit tũc luna. Unde vitanda est duodena lune ꝑm dispositionem illius planete cui attribute sunt ille. 4. hore qui non est ponẽdus ex parte illius cui eligis si vnquaꝫ potes vitare nisi accideret ex infortunio alicuius q̃ principium sui belli vel sui itineris ad bellum caderet in aliquam ex illis horis combustis prohibitis: esset enim ei timendum periculum supra dictum. Et eo fortius contingent ille quatuor hore ex duodena lune si esset tunc male dispositus: quia tunc non esset ei remedium etiam habita bona electione ad bellũ solus deus posset auertere. Attamẽ. 12. hore combuste predicte magis sunt vitande quoniam iste subalternant illis. Et sic attingũt vnicuiq; planete. 12. gradus de ipsis duodenis inter planetas equaliter diuidendo: vnde efficiunt illi gradus inter omnes. 84. quoniam. 12. multiplicatis in septem faciunt. 84. Deinde reuertitur octaua duodena ad solem ꝛ fiunt diuisiones duodenarũ iterũ vt dictũ est in ꝓcedentib⁹ donec pueniat ad ꝓiunctionem secũdam. Deinde dixerũt sapientes q̃ post predictas. 12. horas combustas in q̃bus nõ est bonũ facere vel incipere aliq̃d de predictis neqꝫ vtile sunt. 72. hore incombuste in q̃bus põt icipere vel facere quod vult nisi aliud impediat: ꝛ ita donec perueniatur ad secundam coniunctionẽ. Unde debes considerare in iudicijs ꝛ specialiter in illis rebus de quibus feci tibi mentionem videre ne principium alicuius rei quã facere vel icipere intẽdis tu vel quilis alius cadat in aliquã illaꝝ horaꝝ ꝓhibitaꝝ siue fit iter siue aliud ꝛ vitare illud in quantumcunq; tu magis potes.

¶ Capm octauum de inuentione gradus ascendentis natiuitatis vel alicui⁹ q̃nis seu alicui⁹ principij cuius habent aliqua indicia quasi semicerta.

Dicto de cõiunctionib⁹ z de horis cõbustis z icõbustis ꝫ nõ videak de pñica ordinatione tñ facã tibi hic mẽtionem de iueniẽdo gradũ ascẽdẽtis alicui⁹ initij cui nõ hr certitudo dũmõ heank exinde aliq̃ idicia que videank ostẽdere primitatem ꝫ nõ sint bñ certa ꝫ q̃si se icerta: qõ accidit aliqñ q̃ mr vel baiula seu alie obstetrices nõ bñ sciunt horã natiuitatis pueri: nec ẽt illi qui iersunt alicui rei: ꝫ hñt eam ꝓpe veritatẽ nõ multũ remotã forte p horã vel dimidiuz hore vel circa. Tñ dicũt iste puer fuit nat⁹ circa horã tertiã vel sextã vel nonã: vel forte dicẽt circa mediã noctẽ vel circa auroꝛã diei vel circa ꝑmum somnũ sicut aliqñ ꝓsueuerũt layci dicere: vel de aliq̃ alia re dicẽt circa talẽ horã fuit sicut est qñ dank verilla vel fit ꝓncipiũ alicui⁹ edificij vel aliq̃ dispositio z silia tũc nõ põt tibi dari certitudo illi⁹ hore p illa iudicia: ꝫ dak tibi ꝓpe horã. Tñ ad hoc vt possis inuenire certã horaz illi⁹ natiuitatis vel illi⁹ rei opz q̃ tu eques planetas ad illam horã quã ꝓpinqui⁹ potes ita q̃ non diftes ab illa hora quam dicunt obstetrices vel mater vel aliquis alius plus vna hora equali z vide q̃ signum tunc ascendat z considera vtrum illa natiuitas siue illud ꝓncipiuz cuiuscũq̃ rei fuerit sit coniunctionalis seu preuentionalis z vide gradum in quo fuit facta illa ꝓiunctio seu preuentio z ꝓsidera qs planetaꝛ sit fortior: ac potentior pre multitudine dignitatũ seu fortitudinum in illo gradu z vide quot gradib⁹ ipse pambulauerit de signo in quo est z facies ascẽdẽs gradũ signi qõ vr ascẽdere tñc sile gradui in quo fuerit ille planeta qui fuerit almutem in gradu ꝓiunctionis seu ꝑuentionis. Verbi gra: videbak tibi ꝑm eq̃tionẽ quam feceras ad horã icertã q̃ habueras per indicia ꝑma q̃ foret ascẽdẽs q̃rtus gradus Arietis p estimationẽ tuã vt dixi ex eo q̃ potuisti cõprehendere de natiuitate seu re nõ bñ certa: z ꝓiũctio vel ꝑuẽtio fuerat in. 10. gradu Arietis: mõ sol est fortior in gradu ꝓiũctionis q̃s aliqs planeta pre multitudine dignitatũ sicut alias dictã est. Equa ergo solẽ ad horaz illã z vide in quo gradu alicuius signi fuerit: vt ponak q̃ sit in. 17. gradu Arietis: debes nũc mutare ascẽdẽs qõ iueneras primo p arbitriũ z facere q̃ sit ascẽdẽs Aries q̃ primo videbak cẽ quart⁹ gradus. 17. gradus: z ita verificabis ascẽdens qõ q̃ris. Et si iuenisses per tuũ arbitriũ q̃ foret ascẽdẽs plusq̃z cẽt planeta almutez in signo in quo est reduc ad quãtitatẽ graduũ ei⁹ vt si esset. 24. vel plus vel min⁹ reduc ad. 17. sicut est sol i signo suo: z ita itellige de quolibet z iuxta illud ascẽdens ꝓsitue alias domos. Sed qr ego facã tibi annuẽte deo spẽalẽ tractatũ de natiuitatib⁹ in quo exponam tibi oia hec z explicabo ad vnguem non fisto hic modo plus vt rectior seruetur ordo.

Incipit tractat⁹ qntus in ꝓsiderationib⁹ que cadũt sup iudicijs ꝑm mot⁹ z significata stellarũ z sup quibusdam capĩs ad iudiciorum introductionem pertinentibus. Et sunt in eo. 146. capitula seu considerationes.

EX his aũt que ad iudicia spectãt primordialr sex sunt ꝓsiderãda put inferius suo loco dicet. Primo nationes nationũq̃ gñatiões. Secõ familiaꝛ ꝓstitutiones atq; familias singulaꝛ domoꝛ familiarũ ordinatiões. Tertio diuitũ z potẽtiuz negociorꝛ disponẽs. Quarto indiuiduorum humane spẽi ꝓsideratiões. Quinto electiones siue operum inceptiones. Sexto que-

stiones tam vles q̃z particulares: z sic põt ad astronomica iudicia pueniri. Sed anteq̃z ad ipsa pueniak sunt ꝑmittenda q̃dam que ad rem ipsoꝛ facere videnk sicuti est ꝓsiderare modũ q̃rendi cuz qs de re aliqua q̃rere itendit: z etiã intueri alias ꝓsiderationes z alios modos quos oportet te in iudiciorum negocio ꝓsiderare. Et sunt. 146. considerationes quas esset impossibile omnes simul z semel adaptare: sed postq̃z noiauero eas tibi oẽs dicã tibi vltimo illas sine qb⁹ Astrologus nõ potest pfecte iudicare. Attñ dicam tibi primo modũ quem qcunq; voluerit aliquid quererе ab astrologo seruare debet: qñ iudicare de futuris ꝓout alias oꝛ difficilimũ est nec potest iudicari certum ad vnguẽ de futuris: põt tñ iudicari ita ꝓpe veritatem q̃ satis assisak z appropinquat veroꝛ nec multũ differt ab eo q̃si isensibilr. Et licet sit difficilimũ de futuris iudicari: nõ tamen est labor euitandus qn scire nitamur qcqd vnq̃z de iudicijs a mẽte humana potest attingi. Et quia iferiora regunt a superioribus ꝓout omnes vnanimiter confitenk z est verum vt alias oꝛ z dispositio superioꝛ corpoꝛ potest sciri per ipsoꝛ motũ dimensiones qui a peritis ad vnguem sunt iuenti atq; manifeste ꝓbati possumus iudicare de futuris z quid ex illis motibus concidat atq; ventura predicere.

Habet. n. ars ista ꝓcepta: precepta enim astronomie sunt eius finis: z eius finis sunt iudicia sicut alibi tangit quod facit ꝓtra illud qõ dicunt qui astronomiam reprehendere nitunk qui videnk velle dicere ipsam nihil esse: non enim esset ars si non haberet propria precepta: ipsa enim est ars vt dictũ est alias qõ nemo diffitet: ergo hꝫ finẽ z eius finis est iudiciũ: z astrologus hꝫ cõsiderare iudicia: z iudicia sunt ex accidẽtibus que imprimunk in iferiora ex motibus superiorum coꝛporum z coꝛ qualitatibus propter eorum effectus in ea.

Consideratio prima in his que mouẽt hominem ad qõnem faciendam: z sunt tres mot⁹. Primus est motus aie qñ quis mouek ex sua intentione ad qõnem faciendam. Secũdus est motus superioruz coꝛpoꝛ. s. qñ qs querit q ipsa imprimunt in rem quesitam quid inde futurũ sit. Tertius est motus liberi arbitrij qui potest esse ipse act⁹ querendi: quia licet anima moueatur ad querendum non sufficit nisi superiora corpora ducant ad questionem faciendam: nec sufficit motus stellaruz nisi ex motu liberi arbitrij perueniatur ad actum querendi.

Secunda consideratio est in modo quem debet seruare quilibet qui vult aliquid querere ab astrologo. Et est vt cũ ipse vult interrogare astrologum de presentib⁹ aut preteritis seu futuris oportet eum hunc modum querendi seruare videlicet q ipse debet deprecari dominum deum a quo omne bonum ducit exordium z omni deuotione z spiritu contrito ipsum exorare q ipse concedat ei eum peruenire ad cognitionem veritatis eorum de quibus interrogare intendit. Deinde ad astrologum cum hac veritatis debet ire intentione de quo vult questurus z de quo interrogare proposuerit z cuius intentionem retinuerit in corde suo per diem z noctem vel plus non quolibet mentis motu tactus sicut aliqñ plures imperiti facere consueuerunt sicut alias oꝛ z sic qui dixit qui dedit vt queras addet vt inuenias. Hoc modo de qualibet interrogatione debere fieri censeo nisi ẽt forte aliquãdo subitus casus

subito

subito emergens q subitā questionez atq; subitā rñsionem que nō suscipiat dilationē sicut pluries accidit fieri cogat: cuius tñ semp nomen altissimi sit exordiū: qz.n. quidā aliqñ aliter faciunt z seipsos decipiendi cā fiunt z astrologū cogunt aliqñ imo pluries mētiri: stultus.n. interrogato: sapientē facit rñdentē aliqñ deuiare z diffamant z vilipēdunt eum hoies ignorātes fatuitatē illius q̄ male quesiuit cū astrologus non sit culpabilis vt diffamet aut vilipēdatur.

Tertia cōsideratio est videre quot modis operentur planete in inferioribus pp diuersitates qualitatū predictoz motuū. Et sunt. 16. modi quibus accidunt diuersitates operationū z effectuū omniū rerum que fiunt z perficiunt: z earū que non fiunt z que nō perficiunt: z eaz que ex parte fiunt z pficiunt z ex pte non fiūt nec perficiunt qui dicētur inferius.

Quarta cōsideratio est causarū adiuuantiū res vt fiant z vt perficiant z que sunt prohibētes res vt nō fiant nec pficiant: z que sint cause destruentes res postq̄z fuerint pfecte qđ pluries accidit. Et sunt hec. 16. modis vt dixi sm. 16. motuū diuersitates zc. ¶ Quoz primus est aduentus siue pfectus rerū siue in rebus quez phi alcohol vocant. ¶ Scōs est deterioratio quē ipsi vocant aliber. ¶ Tertius est cōiūctio seu reuersio quē ipsi vocāt alirisal. ¶ Quartꝰ est sepatio seu diuisio quem ipsi vocant alinchirat. ¶ Quintus est translatio luminis quez ipsi vocant annecad. ¶ Sextus est collectio siue aggregatio quē ipsi vocāt algemei. ¶ Septimus est vetatio vel prohibitio quem ipsi vocāt almana. ¶ Octauus est receptio quē ipsi vocant alcobol. ¶ Nonus est euacuatio cursus quē ipsi vocant gasralcobol. ¶ Decimus est concessio vel pmissio quē ipsi vocant galaalocir. ¶ Undecimus est redditus vtutis vel dispositiōis quez ipsi vocant alteat. ¶ Duodecimus est pulsatio virtutis quem ipsi vocant dalpha alchoa. ¶ Tredecimus est pulsatio dispositionis quem ipsi vocant dalaaredbit. ¶ Decimusquartus est virtus seu fortitudo quē ipsi vocant alcoeuab. ¶ Quindecimus est debilitaz quem ipsi vocant adirof. ¶ Sedecimus est esse lune quez ipsi vocāt gnaymel alchamaur quod est esse maluz prout sapientes antiqui dixerunt atq; lune viciositas.

Consideratio. 117. est vt aspicias in natiuitati bus seu questionibus in qua illarū fuerit cau da draconis in quarta quoniam significat q̄ qcquid natus seu querens acquisierit seu lucrabitur destrue tur ꝛ in nihilum deueniet. Et in quacunq; alia do mo ipsa fuerit significat q̄ damnum ac detrimentū nati seu querentis in his ꝛ ex his que significātur p illam domum deuenient.

Consideratio. 118. est vt aspicias in natiuitati bus seu questionibus in qua domo fuerit for tuna fortunata ꝛ fortis ac bene dispositā nō impedi ta: quoniā significat q̄ ab illis ꝛ ex illis rebus que si gnificantur per illam domum lucrabitur natus seu querens ꝛ habebit fortunam in eis. Et in quacūq; fuerit infortuna perdet eritq; suum infortuniū tunc ex rebus significatis per eam.

Consideratio. 119. est vt aspicias in natiuitati bus seu questionibus si dōs secunde domus fuerit in septima ꝛ septia fuerit aries vel scorpio vel capricornus vel aquarius: qm̄ habet significare q̄ ini mici nati seu querētis auferēt ei libenter eius bona. Et si habuerit societatem cū aliquo furabit ei quan tum fuerit natus seu q̄rens iūctus cum eo: silr uxor eius vel amasia furabitur ei qcquid cōmode sibi fu rari poterit: nisi dōs ascendentis sit in tertio vel sexti li aspectu cū domino septimi vel in alijs aspectibus cum receptione.

Consideratio. 120. est vt aspicias in natiuitati bus seu questionibus virū aliquis dōs alicu ius istaꝝ octo domoꝝ. s. tertia quarta qnta sexta no na decima vndecima duodecima sit in septima: qm̄ qcunq; ex ipsis fuerit in eo inimicabit natō seu q̄ren ti nisi receptio pfecta iteruenīat ꝛ ex bono aspectu tri no. s. aut sextili. Si aūt quartus vel oppositus cū re ceptione minuet de malicia nō tū ex toto tollet eā: vt si fuerit dōs tertie inimicabitur ei fratres. Si fuerit dōs quarte inimicabit ei pr̄. Si fuerit dōs qnte inimicabunt ei filij. Si fuerit dōs sexte inimicabunt ei serui. Si fuerit dōs none inimicabunt ei religiosi ꝛ aduersabunt ꝛ dicent malū de ipso nec ipse tū man dabit eis perfica. Si fuerit dōs decime inimicabunt ei reges nobiles diuites ac potētes nec lucrabit cum eis vel occasione ipsoꝝ tū quin ex altera parte pdet tantūdem vel plus tū dererius erit ei cū potentibus Et licet tū aliqū vnus vel plures videant ei fauora bites: tū oñdetur ei malum velle ab aliquo alioꝝ vel forte a pluribus: ita q̄ si alij r elinquūt aliqd in sylla bis illi recuperabunt in tpibus. Et forte q̄ expellet eū de ciuitate aliqs ex potētibus propter malicia q̄ ipse cōmittet confidendo de domesticitate quam vi debitur ei oñdere potestas seu cōiue ꝛ seruicia que ipse faciet potestatibus vel cōitatibus ciuitatum vel magnatibus pdet atq; pro nihilo reputabuntur vt plurimū. Si fuerit dōs vndecime nō habebit ami cos q̄ cum diligant nisi propter eoꝝ vtilitatem etiaz si fingāt se amicos esse pmittent nāq; sibi multa pau ca vel nulla seruabūt. Si aūt fuerit dōs duodecime nō poterit quasi confidere de aliqbus: ꝛ si dederit eis aliqd in depositō negabūt: ꝛ auferent illud sibi nec restituent etiam si fuerint religiosi nisi forte coacti.

Consideratio. 121. est vt aspicias in natiuitati bus seu questionibus vtrū luna sit in octaua ꝛ dōs ascendentis in ascendēte vel in scōa vel in duo decima retrogradus qm̄ significat hoc q̄ non habe bit natus seu querēs fortunam in ludis taxillorum nec taxilli dicent ei bonum.

Consideratio. 122. est vt aspicias in natiuitati bus seu questionibus vtrum pars fortune sit in primis decē gradibus quarte domus cum capite draconis luna venere atq; ioue ipsiq; directi: qm̄ ha bet significare q̄ acgret natus siue interrogans pecu niam imensam subterratā. Si vero fuerit in secūdis decem gradibus cum duobus illoꝝ acquiret eā: sed non in tanta quantitate acquiret forte pro dimidia parte vel circa dimidiā. Et si fuerit in vltimis decem gradibus dicte domus fueritq; cum vno illorū tan tum acquiret iterū minus: tū acquiret in bona quā titate forte pro quarta parte vel forte prope quartaz partē. Cō si fuerit ibi ps fortune sola fueritq; libera ab aspectib⁹ maloꝝ iteꝝ acgret minus: acgret. n. forte pro sedecima pte vel minus. Sigdem non fuerit ali quod istoꝝ non acquiret eā nec ex ea quicq̄. Quod si aspexerit tunc sol locū illum a trino vel sextili aspe ctu fueritq; aspectus ille magis ppe primos. 10. gra dus cū aliqs predictoꝝ significatorum erit ille thesau

rus aurum cude. Si autem luna fuerit magis prope erit argentum. Qđ si fuerit magis prope iupiter erũt thesauri diuersi aur. s. t argentũ t similia. Si qdem fuerit magis prope venus erũt margarite ornamenta muliebria pro maiori pte. Si fuerit Mercurius magis ppe erunt sculpture imagines monete. At si fuerint retrogradi significat q̃ oñdetur ei pecunia illa sed nõ acquiret eam sibi. At si alter fuerit retrogradus: alter vero directus acgret ex eo partem ꝑm quãtitatem numeri directoꝝ. Quod si tũc aspexerit dominus octaue domus dñm ascẽdẽtis a quarto aspectu vel ab oppositione morietꝫ inuentor illa de causa Si qdem aspexerit a trino vel sextili significat q̃ infirmabitur grauiter: sed nõ morietur inde. Quod si fuerit cauda in loco capitis inueniet eã sed auferetur sibi: aut ignauia ductus nesciens quid sit dabit eam quasi pro nihilo. Si vero luna fuerit tunc separata a dño ascendẽtis t iungatur malo qui impediet eam ille cui primo dabitur illa pecunia ab illo q eam inueniet non sequitur inde vtilitatem quasi sensibilem vel q multum sibi proficiat. Et si cũ hoc aspexerit tunc mars vel dñs octaue domus dñm ascendentis interficietur inuẽtor ab illis qui auferunt eã sibi. Qđ si fuerint mars t saturnus in loco Iouis t veneris erit ille thesaurus eo vel cuprum aut plumbum aut alia res parui valoris. Si quidem fuerit dominus ascendẽtis tunc cum eis vel aspexerit eos a quo cũq; aspectu fatuescet inde ille qui thesaurum inueniet qualiscunq; fuerit thesaurus siue carus siue pretiosus siue vilis.

QOnsideratio. 123. est vt aspicias in natiuitatibus siue questionibus vtrũ sol t luna sint iuncti in vno eodemq; minuto ꝑm longitudinẽ t ꝑm latitudinem t aliqua ex fortunis sit in ascendente scilicet. 15. minutis vel infra supra lineam cuspidis vel 44. minutis aut minus infra lineam cuspidis: qm̃ significat q̃ natus seu querens erit fortunatus in acquirendo substantiã multam ac in ipsius accumulatione quoniã fortuna erit tunc in ascendente. Si vo fuerint iuncti simul in eodẽ minuto ꝑm longitudinem sed nõ ꝑm latitudinem fueritq; distãtia eorum vnius scilicet ab altero. 15. minutis vel infra erit fortuna ipsius in acgrendo substantiam: sed erit infra hoc ꝑm q̃ distantia eorum fuerit maior vno minuto t minus. 15. At si fortuna que fuerit in ascendente fuerit infra lineã cuspidis plus. 15. minutis vsq; 45. minuta erit fortuna ipsius nati seu querentis infra hoc ꝑm q̃ dictus est cum fuerit infra. 15. minuta vsq; in vnum minutum proportionando a. 15. vsq; ad 45. sicut proportionantur ab vno vsq; ad. 15. Idem dicas si luna fuerit in minuto oppositionis solis t fortuna fuerit in septima sicut dictũ est de ascendente: quoniã fortuna erit tunc in septima. s. in linea cuspidis septime domus quod habet significare fortunam nati seu querentis causa vxorum seu aliarum mulierum: t causa sociorum atq; inimicorum. At si fuerit hora natiuitatis luna in tauro in minuto ascẽdentis q̃ taurus sit ascẽdens: vel fuerit ascendẽs leo t sol in minuto ascendentis nec impedierit eum vel eam aliquis malorum significat q̃ natus acquiret pecuniam multam peruenietq; ad magnam dignitatem atq; ad magnam exaltationem. At si aliqua ex infortunis fuerit in loco fortune scilicet in ascendente vel in septima significat perditionem atq; destructionem substantie nati seu querentis occasionibus supradictis.

QOnsideratio. 124. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus significatorem substãtie nati seu querentis ac significatorem dignitatis siue magisterij ipsius quem percipe potes a domino decime domus figure natiuitatis seu questionis ipsius vel etiam a dño ascendentis si dominus decime non fuerit aptus significare dignitatem siue magisterium nati seu querentis prout qualitas sui esse suiq; progeniei fuerit apta suscipere dignitatem vel magisterium. Quod si dominus decime domus siue ipsius almutez fuerit orientalis a luminari cuius est auctoritas fueritq; lõge ab ipso p. 60. gradus vel plus vsq; ad. 90. si fuerit de superioribus vel fuerit longe ab ipso per. 30. si fuerit de iferioribus fueritq; in angulo decime domus aut ascendentis ita q̃ non sit remotus a linea anguli si fuerit vltra eam plus. 30. minutis si vero fuerit infra eam plus vno gradu t dimidio vel fuerit cum luminari cuius est auctoritas scilicet cum luna vt cum alijs. Cuz sole vero in corde ipsius t cum parte fortune nec ipsa impedita significabit q̃ natus accedet ad dignitatem seu magisteriũ suorum precessorum t non excedet illud: erit tamen maior, t excellentior atq; perfectior in illa dignitate seu in illo magisterio q̃ fuerit aliquis suorum antecessorum. Si autem fuerit in aliquo predictorum angulorum aliqua de predictis stellis fixis iuuantibus t fortunatis cum parte fortune siue aliquo ex planetis accedet ad valde maiorem dignitatem q̃ accessisset aliquis vnq̃ de sua parentela. Quod si fuerit de illis que sunt in magnitudine prima fuerintq; ipse sole significatrices accedet natus seu querens ad dignitatem imensam atq; honorem imensum t ad diuitias quasi inestimabiles. Quam si aspexerit dñs ascendẽtis existet eius fama t honor in persona sua. si autem dominus secũde domus existet in diuitijs: si vero dominus decime existet in celsitudine atq; regno tali quale ꝑgruet magnis regibus: et si fuerit de vilibus personis atq; infimis natione: t quantumcunq; fuerit vilioris progeniei tanto magis accedet ad maiorem sublimitatem. Verũtamen non durabunt hec multum nec transcendent de leui spacium vigintiseptem annorum t paucd deuenient ad illud vel plus triginta annorum. Et quanto gradus eius erit altior tanto magis casus eius erit grauior eiusq; dignitas seu celsitudo finietur in malus deueniet. n. ad miseriam vltimatã: morietur nãq; morte vituperabili seu turpissima: quod si non acciderit ei hoc accidet proximiori suo successori in illa dignitate.

QOnsideratio. 125. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus quod signum sit ascendens: si fuerit signũ alicuius planete habentis duas domos erit exercitium nati seu querẽtis in his que significantur per allam domum ipsius planete t leuiter euenient ei accidentia illa: t ipse idem erit causa quare sibi deuenient. CMam si fuerit ascendens aries exercitabitur in talibus q̃ ipse idem erit causa sue necis siue occasio: quoniam scorpio qui est altera domus martis erit tũc octaua domus. Quod si fuerit tunc mars bene dispositus fueritq; pars fortune in octaua erit fortunatus in his que significãtur per octauam domum. CSi fuerit ascendens taurus exercitabitur in talibus q̃ ipse idez erit causa sue infirmitatis: quoniã libra que est altera domus veneris erit tunc sexta domus vnde infirmabitur sua culpa. Qđ si fuerit tunc venus bene dispositа fueritq; pars fortune in sexta erit fortunatus in his que significan-

tur per sextã domum. ¶Si fuerit ascendẽs gemini exercitabitur in talibus q ipse idẽ erit causa sue captionis: quoniam virgo est altera domus ☿ercurij erit tunc quarta domus. Qõ si fuerit tũc mercurius bñ dispositus fueritq; ps fortune in quarta erit fortunatus in his q̃ significant per quartam domum. ¶Si fuerit ascendens virgo exercitabit in his q̃ spectant ad dignitatem z exaltationẽ: acquiret enim regnum ex persona z industria sua z leuiter sine magno labore seu fatigatione: quoniaz gemini qui est altera domus ☿ercurij erit tunc decima domus. Si autem fuerit ☿ercurius tunc iunctus cũ parte fortune fueritq; in ascendente acquiret diuitias z dignitates similes. Qõ si fuerit ☿ercurius in decima cũ parte regni z alias bene dispositus fortunatus. ſ. atq; fortis acquiret regnuz absq; dubio vel dignitatem que erit equiualens magno regi. Si quidez fuerit cum hoc pars fortune in decima z luna similiter fiet rex magnus infallibiliter. ¶Si fuerit ascendens libra exercitabitur in his que spectãt ad suum interitum z ipse idem erit causa siue occasio sui interitus: quoniam taurus qui est altera domus veneris erit tunc octaua domus. Quod si fuerit tunc venus bene dispositus vel fuerit pars fortune in octaua significat q̃ erit fortunatus in his que significantur p octauam domum. ¶Si fuerit ascendens scorpio exercitabitur in talibus q ipse idem erit causa sue infirmitatis: quoniã aries qui est altera domus martis erit tunc domus sexta. ¶Si quidem fuerit tũc mars bene dispositus vel fuerit pars fortune in sexta significat q̃ erit fortunatus in his que significãtur per sextam domum. ¶Si fuerit ascendens sagittarius exercitabitur in talibus q ipse idem erit causa sue captionis: quoniam pisces que est altera domus Jouis erit tunc quarta domus. Siquidem fuerit tunc iupiter bñ dispositus vel fuerit pars fortune in quarta erit fortunatus in his que significantur per quartam domum. ¶Si fuerit ascendens capricornus significat q̃ exercitabitur in his que spectabũt ad suũ questum: quoniam aquarius que est altera domus saturni erit tunc secunda domus. Quod si fuerit tũc saturnus bene dispositus vel fuerit pars fortune in secunda erit fortunatus in his que significantur per secundam domuz. Si autem fuerit male dispositus ipse idẽ erit causa destructionis substantie sue. ¶Si fuerit ascendens aquarius significat q̃ exercitabitur ex quibus ipse idem erit causa quare acquiret sibi multos inimicos occultos: quoniam capricornus q est altera domus Saturni erit tunc duodecima domus. Quod si fuerit tunc saturnus bene dispositus vel fuerit ps fortune in duodecima significat q̃ erit fortunatus in his que significantur per duodecimã domum. ¶Si quidem fuerit ascendẽs pisces significat q̃ ipse idem erit causa sui regni sueq; celsitudinis z̃ vt dictum est supra cũ fuerit ascendens virgo.

Qonsideratio. 126. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus vtrum mercurius sit significator natiuitatis vel eius pticeps z ipse bene dispositus fortunatus. ſ. atq; fortis: fitq; in capricorno aut in aquario: quoniã significat q̃ natus erit ꝓfundi atq; subtilis ingenij altiq; intellectus z magni intelliget enim res radicales qualescunq; fuerint medullitus: videbitq; ab ipso principio ad quem finez possint deuenire: z eo fortius si tunc Saturnus aspexerit mercurium ſm qualitatẽ aspectus nec ipse impeditus: magis tũ si fuerit ☿ercurius in aquario in quo est gaudium saturni: z iteruz magis si fortuna fuerit tunc complexa cum mercurio: vel fuerit ipse cum aliqua de stellis fixis fortunatis. Quod si fuerit in ariete vel scorpione significat q̃ erit fortis per stulticiam z perfidiam atq; sui motus agilitatem z magnanimitatẽ circa multosq; arrogans erit ex suis actibus armorum: eritq; prudens z velox ad intelligendum ea que sibi dicta fuerint: vel que scripta reperiet magis q̃z ad excogitandum a se vel per se.

Qonsideratio. 127. est vt aspicias in natiuitatibus si dñs ascendentis natiuitatis fuerit malus naturaliter sicut sunt saturnus z mars z prefuerit solus natiuitati sine participatiõe alicuius fortune: quoniã hz significare q̃ gustus nati vel eius odoratus: aut eius cõplexio non erit silis gustui vel odoratui neq; cõplexionibus alioꝝ. Nam si fuerit saturnus solus significator delectabitur gustus eius in rebus insipidis ponticis atq; acetosis vt testatur haly in expositione. 40. verbi Ptholomei in centilogo. Si autez fuerit mars solus significator delectabitur in acutis atq; amaris: nõ abhorrebit vinum turbulentum neq; circũnatum nec pendulum: nec delectabitur in dulci neq; subtili vel claro: non abhorrebit carnes viles nec etiam semiputridas nec pisces etiã putridos seu fetentes: affectabit magis odores horribiles q̃z suaues vt aloes galbani serapini opponaci candelarum extinctarum coz eorum combustorum: simi tam stabulorum q̃z aliorum locorum z similia: delectabitur etiã natura illius in mulieribus turpibus z deformib⁹ magis q̃z in formosis z magis cõfortabitur cum illis q̃z cum alijs. Idem dicas de mulieribus q̃ magis delectabuntur in deformibus viris q̃z formosis.

Qonsideratio. 128. vt aspicias in natiuitatib⁹ vtrum ascendens signum sit formatũ ad imaginem signi hois vel eius dñs sit in signo humano: naz si sic fuerit significat q̃ natus erit domesticus hominibus z libenter associabitur eis. Qõ si fuerit ascẽdens signum humanum z dñs ascendentis in signo humano erit iterum magis domesticus z associans se hoibus z libentius cum eis conuersans. At si fuerit ascendens signum formatũ ad similitudinem alicuius animalium que homines exercẽt in suis operibus siue in suis actibus: vt sunt aries taurus z vltima pars sagittarij capricornus significat q̃ natus erit humilis hominibus: sed non erit multum associabilis eis. At si fuerit in signis semiferalib⁹: vt sunt cancer z pisces erit iterũ minus associabilis illis. Si quidem fuerit in signis feralibus z furibundis atq; siluestribus: vt sunt leo z scorpio erit ipse furibũdus z feralis atq; siluestris hominib⁹ nec volet in aliquo eis associari: amabitq; magis morari solitari⁹ q̃z associatus: non enim cum parẽtibus vel alijs suis cõsanguineis esse volet.

Qonsideratio. 129. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum luna fit recte in oppositione solis cum aliqua de stellis que dicuntur nebulose q̃ sunt athoçale z caput geminoꝝ z loꝰ de quo cadit aqua quam fundit aquarius z gutte leonis que dicuntur parum distare a corde ipsius z alie que propter suã ad inuicem mixtionẽ non lucent cum fuerit non distans ab eis plus. 10. minutis ſm longitudinẽ z ſm latitudinem ineuitabiliter videtur q̃ natus sit habiturus morbos in oculis qui non poterũt humano medicamine curari. Qõ si luna tunc fuerit occidẽtalis in angulo fuerintq; mars z Saturnus occidẽtales

ab ea non multuz remoti z orientales a sole vel fuerint sibiipsi oppositi z sol in aliquo angulorz significat qz natus priuabit luce vtriusqz oculi ante diē sue mortis naturalis: nec hoc videt posse frustrari quin sic eueniat. Quod si nō fuerit vtriusqz luminaris qđ dictū est sed fuerit vni⁹ tantū priuabit luce vni⁹ oculi tantum. Si fuerit sol z fuerit vir priuabit luce dextri. Si fuerit mulier priuabit luce sinistri. At si fuerit luna z fuerit vir priuabit luce sinistri. Si fuerit mulier priuabit luce dextri.

CONsideratio. 130. vt aspicias in natiuitatib⁹ vtrum luna sit iuncta cum mercurio per coniunctionez vel per aspectū aut alige planetarz trāsferat lumen inter eos qz si nō sic fuerit nec fuerit ascendēs signū qz si de natura mercurij vel lune: fueritqz cum hoc Saturn⁹ in natiuitatib⁹ diurnis z ♂ars in nocturnis in angulo erit natus amens vel furiosus aut epilentic⁹ aut demens aut fatuus vel ad minus obliuiosus valde nisi fortuna fortis aspexerit tūc ascēdens aut mercurium siue lunam: z eo fortius si angulus in quo fuerit aliquis predictorum malorū fuerit cancer qui est exaltatio iouis: aut virgo qui est exaltatio mercurij: aut pisces qui est exaltatio veneris. Et hoc ideo quia luna in natiuitatib⁹ habet significare corpus nati z planeta cui ipsa iungit habet significare virtutes apparentes in eo ꝑm virtutem suam. Si aūt fuerit ei iuncta vel iuerit ad eum erit sapiens z ꝓseruans suum sensum nec amittet illum. Quod si fuerit mercurius in Capricorno vel Aquario non impeditus z ipse boni esse fuerit natus magni intellectus longeqz cogitationis sapiens atqz philosophus erit. Quod si fuerint iupiter z venus in ꝯamini solis erit heremita z quasi vir ꝓphēta: audienturqz verba ipsi⁹ z recipient pre aliis verbis hominum.

CONsideratio. 131. est vt aspicias in natiuitatibus si fuerit natiuitas viri vtrum sol z luna sint ambo in signis masculinis: vel sint ambo in vna quarta masculina vel in vno signo masculino: quoniam habet hoc significare si sic fuerit qz actus nati z eius operationes erūt naturaliter ꝑm qz ptinent ad viros z exercitabit naturaliter in eis. At si fuerit natiuitas mulieris fuerintqz luminaria ita dispositā vt dictū est erit virago z exercebit naturaliter in his que ad viros pertinent z spernet viros. Et si nupserit nolet reuereri virum nec subiacere illi. Quod si venus z ♂ars fuerint in signis masculinis in natiuitate viri erit ordinatus coitus ꝑm naturam z ꝑm legem. Si vero fuerint orientales habūdabit in coitu z excedet modū in eo: z non erit content⁹ in naturali coitu imo affectabit icestum ita qz spernet mulierem z abutet viris. Si aūt fuerint occidētales z in signis femininis erit coitus eius inaturalis z imundus: z eo fortius si aspexerit eos Saturnus qui habet significare imūdiciam coitus. Si vero fuerit mulier fueritqz ♂ars z ven⁹ in signis masculinis z fuerint orientales abhorrebit coitum viroꝝ nec delectabit in eo: delectabit poti⁹ in fricatione mulierꝝ z maxime puellarū. At si mars z venus fuerint in signis femininis fuerintqz occidētales diliget coitum virorum z delectabit in illo z vtet eo ꝑm naturam. Et si fuerit iupiter in signo femineo fueritqz occidentalis in natiuitatibus tam viri qz mulieris nec fuerit de marte quod dictum est de ipso erit coitus nati naturalis z ꝑm legem. Si quidem fuerit mars significatorz solus nec aspexerit eum iupiter erunt eorum coitus vt multum contra leges tam naturales qz apostolicas. ¶Et dixit Ptholomeus in centiloquio ven⁹ incorporabitur saturno in natiuitate fueritqz eidem in septima dignitas erit natus immundi coitus.

CONsideratio. 132. vt aspicias in natiuitatib⁹ vtrum ♂ars sit corporaliter in natiuitatib⁹ cum quadā stella rubea de natura ipsius que est in tauro que dicit algol ita qz sit iter eos distātia. 16. minutorum vel minus eunte marte ad ipsaz z dōs domus in qua fuerit luminare cui⁹ est auctoritas qui dicitur dominus anauba vel exaltationis vel duarum aliarz dignitatum: fueritqz in oppositione martis vel in eius quarto aspectu nec aspexerit aliqua ex fortunis gradum ascendentem nec fuerit in octaua domo proculdubio significat qz natus ille decapitabit. ¶Quod si non fuerit marti latitudo ab ea plus. 16. minutis accidet hoc infallibiliter nec poterit euitari nisi deus auertat. Quod si aspexerit fortuna retrograda vel combusta gradum ascendentem vir tamen poterit prohibere quin decapitet natus sed non decapitabitur ex sua culpa. ¶Si autem nō fuerit impedita natum a mala morte releuabit: migrabit in electo suo: morietꝫ tamen decapitali egritudine que prouenietꝫ ex calida causa z hoc infra. 50. annum. Quod si non fuerit de marte hoc quod dictum est fueritqz in. 8. infortuna morietꝫ natus mala morte. Si aūt fuerit ibi fortuna non impedita morietꝫ in habitaculo suo morte cōmuni. Si quidem illa fortuna fuerit impedita morietur tūc ex aliqua incōmoditate sibi superueniente. ¶Et dixit Ptholomeus in centiloquio qz si fuerit luminare in medio celi cuius est auctoritas: dico cum conditionib⁹ predictis: natus ille suspendetur. Quod si fuerit aliquis malorum tunc in geminis z alter in pisce abscindentꝫ eius manus vel pedes ꝑm significatum dicto signi in quo inuenies illum qui magis fuerit malitiosus. Si quidem fuerit mars corporaliter iunct⁹ cum dño ascendentis ipsiqz in leone: nec habuerit ♂ars in ascendente aliquā dignitatem nec aliqua ex fortunis fuerit in. 8. significat qz nat⁹ ille cōburet. Quod si fuerit tunc ♂ars retrogradus vel combustus vel cadens accidet hoc ei ex sua culpa. Si aūt non fuerit impeditus accidet ei ex causa quam nō meruerit. ¶Et dixit Ptholomeus qz si fuerit Saturnus in natiuitate dico in medio celi z ille cui⁹ fuerit anauba in opposito eius z ōrtum signū siccā morietꝫ natus ex ruina. Si vero fuerit humidum submergetꝫ. Qđ si fuerit ad formam boium strāgulabit. Iteruz si aliqua ex ifortunis ♂ars. s. aut Saturn⁹ fuerit in ascēdente hora natiuitatis fueritqz pegrina natus ille habebit in facie vel in capite notam seu signuz. Qđ si fuerit impedita retrograda aut cōbusta erit nota illa siue signū illud turpe. Si aūt fuerit libera erit non turpe.

CONsideratio. 133. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum sit ascendens gemini aut sagittarius fueritqz dominus illius ascendentis bene dispositus fortunatus scz atqz fortis z luna similiter quoniam habet significare qz si natus virerit acquiret multam substantiam. Quod si fuerit ascendens virgo aut pisces dominusqz ascendentis z luna bene dispositi acquiret pecuniā z expendet eam in bona parte: eritqz larg⁹ z splendide viuens: diligeturqz ab hominibus propter suam largitatem atqz bonitatem sue vite. Ille aūt cuius fuerit ascēdens gemi-

ni aut sagittarius nō erit bonus expensor: sed tenax. Adhuc ille cuius fuerit ascendens gemini aut virgo poterit amittere suam substantiam ⁊ depauperari ea. Ille vero cuius fuerit ascendens sagittarius aut pisces nunq̄ perdet eam nec depauperabitur ipsa. Itē aspice si fuerit ascendens Aries vel Scorpio vel Capricornus aut Aquarius q̄ erit natus auarus atq; miserrimus ⁊ abhorrendus. Et si aspexerit iupiter tunc ascendens minuet de illa miseria non tamē tollet eam.

Consideratio.134. est vt aspicias in natiuitatibus vtruz mars ⁊ venus sint in. 6. ⁊ ipsi alias bene dispositi: quoniam habet hoc significare q̄ natus ille sit naturaliter futurus perfectus medicus in qualibet parte medicine. Et si fuerit mercurius iunctus corporaliter veneri ⁊ ipsa retrograda significat q̄ natus erit naturaliter perfectus cantor. At si fuerit mercurius in. 12. nec ipse alias impeditus significat q̄ erit sapiens naturaliter in omnibus scientijs atq; philosophijs.

Consideratio.135. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum dñs ascēdentis ⁊ luna ⁊ iupiter ⁊ venus sint omnes in ascendente vel aspiciant iupiter ⁊ venus dominum ascēdentis ⁊ lunam in ascēdente a trino vel sextili aspectu nec ipsi sint impediti: qm̄ si sic fuerit significat q̄ natus ille sit futurus valde fortis corpore ⁊ q̄ nullus presumet pretermittere mandata ipsius.

Consideratio.136. est vt aspicias in natiuitatibus regum atq; diuitum ⁊ magnatū illoz. s. qui sunt apti regno si ambo luminaria fuerint in gradib⁹ suaz exaltationū vel in suis domib⁹ in gradu tali vnū in q̄li fuerit alterz fuerintq; ab oib⁹ impedimētis libera: quoniam hz significare q̄ natus accedet ad dignitates grādes atq; sublimes: fiet enim rex romanorum vel proximior qui fuerit in dignitate regali post regem romanoz ita q̄ dicet de ipso q̄ sit quasi rex vniuersalis in mundo: ⁊ extēdet hoc vsq; ad quartam generationē suoz descēdentiuz. Et si oēs planete qui sunt sub ioue cōmiserint ei dispositionem suam ⁊ ipse receperit eaz ab vnoquoq; nō obstante additione predicta: ⁊ postmoduz cōmiserit eas ⁊ suas saturno ⁊ saturnus receperit eas ⁊ eū fuerintq; ambo orientales a sole ⁊ in angulis significat q̄ natus sit futurus homo magni nois magneq; potentie licet non regie: figet nomen suum in terra: durabitq; fama ipsius multo tempore in tota vita sua: ⁊ post mortem ipsius per tria regna saturni vel forte plus durabit.

Consideratio.137. est vt aspicias vtrum mercurius sit iunctus cum saturno in ascendente quoniam habet significare q̄ natus erit insipiens ignosue: ⁊ volet reputari sapiens: erit male loquens de omnibus tam de viris q̄ de mulieribus. Et dato sapientia que reperietur in eo erit iuenire multa mēdacia ⁊ vti eis: vix vnq̄ poterit log quin immisceat dicto suo aliqd falsitatis ita erit ei naturale mentiri: eritq; valde turpis lingue: habebit quoq; a saturno maliciam lingue; a mercurio vero acuitatem malicie ipsius.

Consideratio.138. est vt aspicias in natiuitatibus vtrū in natiuitate alicui⁹ sint due ifortune in termino quarte domus ipsius natiuitatis vel si fuerint anguli signa mobilia ⁊ mars ⁊ saturn⁹ fuerint in eis: quoniā habet significare q̄ nat⁹ erit pauper miser infortunatus pre oibus alijs infortunatis toto tempore vite sue nisi ꝑtra operet iupiter aut dñi triplicitatis ascendentis.

Consideratio.139. est vt aspicias in natiuitatibus similiter ⁊ in questionib⁹ in qua domo inueniat cauda draconis: quoniaz habet significare hoc euacuationem atq; destructionē rez que significant per illam domū ⁊ specialiter lucri. Maz si fuerit in primo significat euacuationem lucri quod faciet natus cum persona sua. Si fuerit in secundo euacuationem lucri quod fecerit cum pecunia siue cuz substātia sua. Si fuerit in tertio euacuationē lucri quod fecerit cum fratrib⁹ vel occasione fratruz vel cum vicinis vel ꝑsanguineis minoribus se. Si fuerit in quarto euacuationem lucri quod fecerit cū patre vel auo vel socero vel hereditate ⁊ significat et q̄ natus seu querens mutabit multas domos causa meliorandi nec morabitur firmus in eis nec bene cedet ei ex illa mutatione. Si fuerit in quinto euacuationem lucri quod faciet cū filijs vel occasione filioruz. Si fuerit in sexto euacuationē lucri quod faciet cum seruis vel aialibus minoribus. Si fuerit in septimo euacuationē lucri quod faciet cū mulieribus vel socijs vel inimicis. Si fuerit in. 9. euacuationem lucri quod faciet cum religiosis vel causa religiosorum. Si fuerit in. 10. euacuationez lucri quod faciet causa dignitatuz seu magisterioz. Si fuerit in. 11. euacuationē lucri quod faciet cū amicis vel causa amicoz. At si fuerit in. 12. euacuationez lucri quod faciet cuz aialibus maioribus vel causa inimicorum occultorum.

Consideratio.140. est vt aspicias vtrū significator finis rei vel ipsi⁹ cōplementi sit ita debilis q̄ nō posset rem ꝑficere nec luna similiter accipe tūc si sic fuerit significatorem querētis ⁊ significatorē rei q̄site: minuesq; minorē de maiori: ⁊ adde residuo gradus signi ascēdētis ⁊ quod prouenerit proiice ab ascendente ⁊ vbi acciderit dominus illius signi erit significator eius quod queris ꝑm substantiā rei que fuit seu considerate ⁊ ꝑm illius esse iudicabis prout ipm inueneris fortunatū ⁊ forte vel infortunatuz ⁊ debilem. Nam si agat de substātia ⁊ ipse fuerit in secundo ꝑm eius esse disponet substantia querentis. Si fuerit in tertio ꝑm eū disponent fratres. Si fuerit in. 4. ꝑm eum disponent cōsanguinei maiores. Si fuerit in. 5. ꝑm euz disponent filij. Si fuerit in. 6. ꝑm eum disponent vernaculi. Si fuerit in. 7. ꝑm eū disponent vxores. Si fuerit in. 8. ꝑm eum disponentur dotes. Si fuerit in. 9. ꝑm eum disponent itinera longa. Si fuerit in. 10. ꝑm eū disponent ei⁹ magisteria. Si fuerit in. 11. ꝑm eū disponent amici. Si fuerit in. 12. ꝑm eum disponent inimici.

Consideratio.141. est vt aspicias in natiuitatibus ⁊ ꝑsideres dona seu fortunia que dant hominibus a stellis fixis ⁊ modū durabilitatis eoz in suis subiectis ⁊ quare non durant tantum in eis q̄tum durant illa que dant a planetis cuz videant debere durare diutius q̄ illa de ꝙbus nullus aliud dictum memini me inuenisse nisi q̄ Ptholomeus dixit in centiloquio stelle fixe dant dona modum excedentia sed multociens finiunt in malum. Et almansor dixit in capitulis oblatis regi magno sarracenoz stelle fixe dant dona grandia ⁊ sublevant de paupertate ad sublimitate quod septem planete nō faciunt. Dona que stelle fixe dant hominib⁹ non durant in eis tantum quantū durant illa que ꝺant planete. Quod accidit ex eo q̄ stelle fixe sunt agen-

tes ⁊ homines sunt patiētes. Unde subiecta in que stelle agunt nō sunt eis ꝓuenientia nec sunt apta nata posse suscipere eaꝝ impressionē. Oportet enim q̄ inter agens ⁊ patiens sit ꝓximitas seu aliqua ꝓuenientia. Stelle figdem fixe sunt tardissimi motus ⁊ tardissime mutationis: ⁊ ideo impressiones eaꝝ regunt subiecta seu patientia ꝓuenientia sibi ⁊ que longissime sint durabilitatis ⁊ que habeant ꝓximitatem cū eis vt earum effect⁹ possit in eis ꝑfici siue cōpleri. Circularis enim mot⁹ stellaꝝ fixaꝝ nō completur in minus .36000. annis. Circularis vero motus hominū durat per tria regna saturni qui est tardissimus planetaꝝ quod est spaciū .90. annoꝝ paucis trāscendūt illud quod posset accidere aliquib⁹ ex additione annoꝝ alicuⁱ⁹ planete annis alcocoden in radice natiuitatis. Unde vt multum imo vt plurimum longa vita hois est .90. annoꝝ licet alīq octuagenarij vel forte nonagenarij mentiant se centenarios eē cū in veritate nō sint qō nō habet veram ꝓximitatem neq; vllam similitudinez cum .36000. annis ad ꝑficiendum effect⁹ illaꝝ impressionuꝫ. Sicut enim aquila nō potest extēdere nec exercet complemētum sui volatus nec sue potentie in muscam nec lapis exiens a funda trabuchi potest exercere suos act⁹ in muscionem: ita stelle fixe nō possunt exercere complemētuꝫ seu effectū suaꝝ impressionuꝫ in hominibus: ⁊ ideo dona seu fortunia ipsaꝝ non durant in hominibus diutius quoniam homines sunt velocissime mutationis ⁊ parue durabilitatis respectu circularitatis stellarum fixarum. Et ob hoc dictum est exerce stellas fixas in edificatione vrbium: planetas vero in edificatione domorum: quoniam ciuitates sunt res longissime durabilitatis inter res corruptibiles respectu domoꝝ: domus vero longe durabilitatis respectu hominum: domus nāq; nō durant semp per ipsarum individua. Ciuitates vero durant per successiuam domorum edificationem ⁊ reedificationē. Castra verūtamen licet sint longe durabilitatis nō sunt tante quante sunt ciuitates. Unde possumus vti planetis superioribus in edificationibus castrorum: tutius tamen est vti in eorum edificatione stellis fixis: quoniam castra sunt maioris durabilitatis q̄ domus licet aliquando quedaꝫ castra dirimant. Et quia ciuitates sunt maioris durabilitatis q̄ castra sunt magis propinque stellis fixis quaruꝫ sunt subiecta: plus enim durat in passio q̄ res solida facit in rem magis solidam q̄ in re minus solida. Item rum multo minus durat in re nō solida q̄ in re aliquātulum solida: ⁊ iteruꝫ multo minus durat in re lubrica q̄ in re nō solida vel minus lubrica. Unde ille impressiones quas faciunt stelle fixe in ciuitates sunt maioris durabilitatis q̄ ille quas faciunt in castra: quoniam ciuitates sunt eis magis correlatiue quo ad temporis diuturnitatē. Et ille quas faciunt in castra sunt maioris durabilitatis q̄ ille quas faciunt in domos: quoniam castra magis propinqua sunt earum correlationi q̄ domus: hominum vero corpora magis remota sunt a corporib⁹ illis q̄ domus ⁊ ideo magis corruptibilia: ⁊ ob hoc min⁹ applicant eis eaꝝ significata: ⁊ si applicent eis min⁹ durāt: q̄m significata stellaꝝ fixaꝝ sunt taꝫ magna ⁊ taꝫ nobilia ⁊ taꝫ alta ⁊ a corruptione atq; mutabilitate remota q̄ nō pōt cito suscipere mutabilē cōmixtionem cū cito corruptibilib⁹ seu velociter mutabilib⁹ nisi vt oleum cum aqua: licet enim imprimat in eaꝫ non tamen diu durat impressio illa. Tanta enim nobilitate sunguntk stelle fixe q̄ propter earuꝫ remotissimam elongationem ab istis corruptibilib⁹ ⁊ vilibus ⁊ velociter mutabilib⁹ ⁊ appropinquationem supno splēdoꝛi nō pōt eaꝝ significata diutius in eis manere vel cum eis: ⁊ in hoibus maxime cū leuiter ac velociter imo velocissime mutentk ⁊ corrūpantk ⁊ maxime in vilib⁹ natione cordis q̄z imbecillitate atq; pusillanimitate: nō enim trāscēdūt ꝑsonaꝫ illius cui ꝓtingāt ⁊ eo viuēte rarissime ꝓtinget aliter: ⁊ vt plurimū in ipsius malū ⁊ in tale q̄ solus deus poteris auertere ⁊ nō alius: vt plurimum dico: quoniaꝫ aliquādo possent fiiri in bonū licet hoc rarissime cōtingat sicut accidit aliqñ q̄ alīq vixerūt ꝑm annos maximos alcocoden de ḡbus tpe meo nō vidi nisi vnum qui vocabak ricardus qui dicebat se fuisse in curia karoli magni regis francie ⁊ vixisse .400. annis. Et dicebak tūc q̄ erat gdaꝫ alius qui fuerat tempore Jesu xp̄i ⁊ vocabak Joannes buttadeus eo q̄ impulisset dñm qñ ducebak ad patibulum: ⁊ ipse dixit ei tu expectabis me donec venero: ⁊ vidi ricardū rauēne era Christi .1233. ⁊ ille Joānes trāsiuit per forliuium vadēs ad sanctum Jacobū era christi .1267. Nec applicarentk significata stellaꝝ fixarum hominibus nec adherere possent eis nec durarent in eis q̄si sensibiliter nisi esset medium per quod ipse agūt in eos planete qui sunt secūdarij agēs ⁊ stelle fixe principale vbicūq; enim sunt plures actiones ordinate diuersis agentibus attribute oportet q̄ principalis actio tribuak principali agenti: quoniam habent se ad effect⁹ rerum corruptibilium tanq̄ causa prima: planete vero tanq̄ causa secunda. Corruptio enim quam ista inferiora patiunk est propter nimiā remotionem seu distantiam a superioribus incorruptibilibus que non dicunk habere motum cum non videantur moueri sensibiliter. Durāt tamen aliquando in magnatibus ⁊ diuitib⁹ qui sunt apti regnoꝛ sunt⁹ magnanimes ⁊ fortes corde quoꝝ meo tempore vnus fuit fridericus secūdus romanoꝝ imperator qui cum esset indigens atq; in necessitate magna positus: nullo potente sibi resistere imperator est effectus sibiq; apuliam regnum sicilie atq; Jerusalē cracouiā italiā romanūq; imperiū ꝓter partē lombardie: omnes etiā suos inimicos proditores atq; rebelles subiugauit: stetitq; in tali statu annis fere triginta. Ultimo tamen miserabiliter mortuus est a suis propriis fuit venenatus totaq; sui ꝓgenies fuit extirpata ita q̄ quasi ex eis nulli penitus remanserunt. ¶ Fuit quidaꝫ alius ecclinus de romano ¦qui cum non esset multum sublimis ꝛexaltatus est valde ꝓ omnibus italis ita q̄ fama eius transfretauerat atq; per multas sonuerat regiones. Dominabatur enim quasi totī marchie triuisienſi etiam vsq; in alamaniam ⁊ vsq; tridentum ⁊ vsq; prope venecias per .4. vel per .5. miliaria: stetitq; tyrānus in illis partib⁹ ⁊ durauit eius tyrānides per .26. annos: vltimo tamē omnia hec finita sunt in eius malum. Cum enim videretur impossibile ipsuꝫ posse deprimi cecidit in manus maioruꝫ inimicoꝝ quos habebat in quodam ꝓlio quod gessit in comitatu mediolanēſi apud cassianū ⁊ miserabiliter mortuus est ⁊ tota eius ꝓgenies est destructa ex ipsa nemine remanente. ¶ Fuit similiter quidam de regno apulie natione vilis nomine petrus de vinea qui cum esset scolaris bononie mēdicabat nec habebat quid comederet: ⁊ postea effectus est notarius: deinde protonotarius curie imperatoris frederici secun-

di: postmodū audiuit leges ⁊ effectus est iudex maris curie imperatoris ⁊ ascēdit ad tantam dignitatē q̄ beatus reputabat qui poterat simbiolaz aliquales habere gratie ipsius: ⁊ quicquid ipse faciebat imperator habeat ratum: ipse autez multa retractabat ⁊ infringebat de his que faciebat impator ⁊ fecit eum imperator dñm siue dominatorē totius apulie ⁊ est inuentus habuisse in bonis solum in auro. 10000. lib⁹ augustanēsiuz sine alijs diuicijs que dicebant quasi esse inextimabiles. In fine igdem deuenit ad tantam depressionem ⁊ ad tantam miseriā q̄ imperator fecit eum cecari qui dedignatione mot⁹ percussit caput ad quendam murū ⁊ sic semetipsum miserrime interfecit sicut tunc cōmuni fama dicebat. ¶ Fuit etiam gdā alius pisis qui vocabat smergulus vilis natione quasi de minimis popularib⁹ qui est effectus quasi dñs pisaz nec erat aliqs de magnatibus ausus resistere illi: postmodū deuenit in nihilum. Post illum fuit quidam alius in eadez ciuitate qui vocabat oddo gualdugius paruus popularis qui ascēdit ad tantam altitudinē q̄ ꝙsi dñabat toti ciuitati: nec erat aliquis ausus ꝙdicere sibi: vltimo gdaz qui erat iudex galiuer fecit eum frustratim incidi in ciuitate pisaz nec aliqō regimen fecit inde potestas nisi q̄ qui habuerit malū passus est damnū. ¶ Idē accidit Forliuij de quodam qui vocabat symon mestaguerre qui de vili patre natus natus est qui deuenit ad tantaz sublimitatem q̄ totus populus sequebat ipsuz: nec audebat ei aliquis resistere nisi ego solus qui pure noueram illum ⁊ quicqd mali poterat operabat ꝓtra omnes: ⁊ durauit illud quasi per tres annos. Vltimo tamē depressus est ⁊ deuenit quasi ad nihilum: fuit enim bannit⁹ ⁊ expulsus de ciuitate quod accidit propter vilitatez sui corporis atq; pusillanimitatem. ¶ Fuit silr gdaz [redacted] noie Johānes natione vicētinus quē alias noiaui qui reputabat sanct⁹ quasi ab oib⁹ italis qui ꝓfitebant ecclesiam romanam: mihi aūt videbat q̄ esset ypocrita qui deuenit ad tantam sublimitatem q̄ dicebat suscitasse. 18. mortuos quoz nullus potuit ab aliquo videri: ⁊ dicebat curare oēm infirmitatem fugare demones: ego tamē nō potui videre aliquez liberatū: iz studuerim multū vt viderē nec aliquē qui diceret firmiter se vidisse aliqō de suis miraculis ⁊ videbat quasi tot⁹ mūdus ruere post ipm: ⁊ reputabat beat⁹ qui poterat habere aliqd filiculū cappe ipsi⁹: ⁊ reseruabat ꝓ reliquijs sanctis: ⁊ ibāt bononienses armati cum eo ⁊ circa ipm ꝓ cōmuni ⁊ circūdabant ipm lignis cōburis quocūq; ibat ne aliqs posset ei appropinquare: ⁊ si aliqui appropinq̄bant ei tractabāt eos malo modo: naz aliquos mactabāt: alios vulnerabāt: alios baculis fortiter cedebāt: ⁊ ipse gaudebat ⁊ letabatur de mactatis cesis atq; vulneratis nec sanabat aliquez [redacted] Et dicebat ipsemet palaz in suis ꝑdicationib⁹ q̄ loquebat cuz Jesu xp̄o ⁊ cum beata virgine silr ⁊ cum Angelis q̄cūq; volebat: ⁊ si fuerint [redacted] bononie tūc sub talib⁹ nugis lucrati fz q̄ dicebat publice plus q̄z. 20000. marcas argēti: ⁊ erat tantum posse ipsi⁹ in bononia q̄ bononiēses timebāt eum in tantū q̄ quicqd ipse precipiebat eis totum faciebāt imo fecit quadam vice relaxari quēdam militem qui vocabat laurencertus qui interfecerat filium cuiusdam sui conuicini: ⁊ erat ꝓdemnatus per potestatem vt decapitaret nec fuit potestas ausus facere inde aliquod regimen nec erat aliquis ausus contradicere suis mandatis nisi ego solus: nō tamē bononie: noueram enim suas tricarias ⁊ suas falsitates: vulg⁹ tamē dicebat q̄ ego eram hereticus solū pre timore ipsi⁹: ⁊ durauit in illo statu fere per vnum annum: vltimo tamen deuenit quasi in nihilum ita q̄ vix associabatur ab vno [redacted] cum volebat ire alicubi ⁊ ceperunt homines cognoscere quis ipse erat.

¶ Onsideratio. 142. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionib⁹ vniuersalib⁹ dona seu fortunia que dant hominib⁹ a planetis: quoniam applicantur eis ⁊ durant cum ipsis diutius ⁊ extendunt ad successores ꝑm q̄ ipsi fuerint in radicib⁹ natiuitatum dispositi sed non sunt excedentia moduz nisi forte applicent stellis fixis fortunatis: ⁊ hoc ideo quoniam sunt velocis mutabilitatis: vnde habent maiorem affinitatem cum eis q̄z illa que dant a stellis fixis: ⁊ maxime fortunia que dant ab inferioribus propter eorum maiorem velocitatem ⁊ ꝓximitatez eorum cuz subiectis sibi correlatiuis. Fortunia vero que dant superiores non durant tantū in hominibus quantuz predicta: valent tñ in edificationibus domorum plus alijs.

¶ De fortunijs que dant saturnus ⁊ alij planete.

SAturn⁹ enim cū fuerit orientalis bene dispositus fortunat⁹. s. atq; fortis ⁊ recept⁹ in loco in quo fuerit dat fortunia magna in edificationib⁹ plantationib⁹ arboz longam durabilitatē regentium in cultib⁹ terraz in productionib⁹ aquaz ⁊ similiū. ¶ Jupiter vero dat fortunia magna in scientijs vt sunt leges decreta ⁊ decretales ⁊ dignitatibus vt iudicatus episcopat⁹ ⁊ similia. ¶ Mars aūt dat magna fortunia in productionib⁹ exercituū ⁊ eorum ducatib⁹ ⁊ similia. ¶ Sol qdem dat magna fortunia in dignitatib⁹ laicalib⁹ sicut sunt regna regimina ciuitatuz potestarie ⁊ similia. ¶ Inferiores vero dant sua fortunia magna adherētia hominib⁹ ⁊ magis durabilia in istis corruptibilib⁹ que sunt ifra ciuitates ⁊ castra q̄z superiores propter suā appropinquationē cū eis ⁊ citam ac velocem mutationez suscipientib⁹ ⁊ correlationē cū eis. ¶ Venus vero qui est planeta superior ex iferiorib⁹ dat sua fortunia in his que ptinent ad facta mulierz ⁊ eaz ornamenta ⁊ seducēdo eas vt non tueant se ab illis ⁊ lucra causa ipsaz ⁊ similia. ¶ Mercurius aūt dat sua fortunia ex mercationib⁹ scripturis picturis saturis ⁊ sibilis. ¶ Luna qdem dat sua fortunia ex nauigationibus ⁊ mercationib⁹ que sepe recitant scripturis etiā ⁊ picturis: plātationib⁹ vineaz: vsibus potationuz: vel venditionib⁹ vini ⁊ ei⁹ mercationibus ⁊ filia. Omnia hec dant excellenter si adhereant illis qbus naturaliter data fuerint a planetis vt dixi. Et iz significata corporum supcelestiū adherent hoibus nō tamen durāt semp in eis: durant tamē significata planetarum iferiorum diutius q̄z significata superiorum: ⁊ significata superiorz durāt diutiꝰ q̄z significata stellaz fixaz. Significata qdez siue fortunia siue diuitie que dant per lunam nō durare vsq; ad septimam etatē seu generationem: quoniam ipsa est septimus planeta post saturnum icipiendo a superioribus ⁊ si trāscenderint septimaz nō possunt trāscendere octauam ponēdo etatem seu generationem a. 42. anno vsq; 45. annū ita q̄ vterq; includat. Illa que dant per mercurium possunt durare vsq; ad sextam etatem quoniam ipse est sextus planeta post saturnuz: septimam quidez nō possunt trāscēdere ⁊ vix illam

attingere. Illa autem que dantur per venerem possunt durare vsq; ad quintam etatem qñ ipsa est gn tus planeta post saturnum. Sextam vero non possunt trãscendere z vix eam attingere. Illa vero que dant per solem pñt durare vsq; ad quartam etatem qñ ipse est qrtus planeta post saturnũ quintam nõ possunt trãscẽdere z vix eam attingere. Illa vero que dant per martem pñt durare vsq; ad tertiã etatem qñ ipse est tertius planeta post saturnum: quartam nõ possunt trãscendere z vix, eaz attingere. Illa que dant per iouem possunt durare vsq; ad secundam etatem: qñ ipse est secundus planeta post saturnum: tertiam vero nõ possunt trãscendere z vix eaz attingere. Illa sigdez que dant per saturnũ possunt durare vsq; ad vnam etatem: secũdaz egdem nõ possunt trãscendere z vix aut vnq; attingere. Et licet dixerim q; possunt tñ durare nõ tamen dico q; non pzius finiti: dixit enim auctoritas q; sunt positi termini qui non possunt preterirí: non tamen dixit q; non possunt pzeuenirí: sic z in istis. Dico nãq; non possunt trãscendere ipsa predicta quin aut penitus dirimant: aut taliter deprimant q; remanebunt in tali esse q; nõ assimilabit pzioi nisi vt viride vel subnigrum albissimo nisi forte aliquid accidat nouiter aliunde quod rarius pzingat: nec poterit vere dici q; sit illud idem imo erit aliud a primo. Et ex predictis fuerunt quidam qui voluerunt dicere q; tales diuitie vel similes possent dici male queste: z inde tractatum est q; layci dicunt de malo q̃stu pzoxima destructio: dicunt enim q; male q̃sta nõ trãscendunt quintam etatem: z quidam dicunt q; nõ transcẽdunt tertiam ignorantes tamen vnde hoc habeant nisi audierint dici ab alijs diutius: z quia viderũt vt multum sic euenire: nec tamẽ hoc caret aliquali ratione conditionibus predictis scilicet q; male questa non trãscendũt tertiã vel quintam etatem: intelligo enim male questa diuitias que aduenerũt alicui per modum generationis z rerum in quibus cõmittuntur multa' mẽdacia z multe deceptiones z rapine atq; furta z similia.

Q Onsideratio. 143. est vt consideres modum iudicandi: z per quas vias oporteat te ad iudicium aliquod peruenire vt illud examinare atq; recte discutere possis: z fm q; stelle tibi ostenderint eius pandere veritatem. Cuius considerationis modus hic est: aspicies enim hoc. 14. modis. ¶ Primus modus est vtrum interrogator querit ex intentione aut non: si enim dominus ascẽdentis z domini hore fuerit idem: vel signa in qbus fuerint predicti significatores fuerint eiusdem triplicitatis vel eiusdem complexionis ex intentione fiet questio: si vero non fuerit ita vel fuerit ascendens finis alicuius signi non erit questio ex intentione nec radicalis.
¶ Secundo aspicies ascendẽs z eius dominũ z lunam z planetam a quo ipsa separat z da illos querenti: septimum vero z planetaz cui iungit luna dabis questo vt alias dicatur: z si necesse fuerit descende ad personas fm q; significantur res per domos a prima vsq; ad duodecimam. ¶ Tertio considerabis domũ seu signum significans rem questã. ¶ Quarto aspectum planetarũ bonoz seu maloz ad significatores reruz questarz. ¶ Quinto in quo loco a domo sua fuerit quisq; significatorum vtruz in ipsa vel in secunda vel in tertia vel in quarta z cetera vsq; ad duodecimã: aut in via cõbusta vel in filibus locis inueniat. ¶ Sexto vtrum in angulis vel succedẽtibus vel cadentibus reperiat. ¶ Septimo interrogantiũ auxilium vnde sibi eueniat vtruz scilicet a patre vel filio vel rege vel pzsanguineis vel amicis zc. diligenter attende: quoniam boni significatores bonuz: mali, vero contrarium iudicabũt. ¶ Octauo per leticiã querentis vt si dominus primi reperiatur in quinto vel alibi cũ eius domino iunctus absq; malorum impedimento: vel per eius tristiciam vt si reperiat in sexta vel septima vel octaua vel duodecima nisi questio sit de rebus que significant per illas domus: nam fm q; illud inueneris ita iudicabis. ¶ Nono per fortunas vel infortunas fm q; eas inueneris in locis significãtibus res de quibus fiunt questiones vt si fortune plures fuerint bonum si autez mali plures fuerint malum: si equaliter bonũ mediocre nũdabis. ¶ Decimo vt si dominus primi fuerit in domo rei quesite vel cum eius domino alicubi iunct'. ¶ Undecimo vt pzideres in qua domo fuerit pziunctus dominus primi cum significatore rei quesite: quoniam per significatorem illius domus vel eius occasionem rem venturaz poteris iudicare. ¶ Duodecimo vt si nõ fuerint pziuncti significatores z trãstulerit inter eos aliquis planetaruz lumen vel acceperit eorũ dispositionem illud idem iudicabis. ¶ Tredecimo per naturam significatorum se iuicem in naturis z significationibus pzordantium. ¶ Decimo quarto fm q; receptor dispositionis fuerit fortuna vel infortuna fortis vel debilis z aspexerit significatores' vel lunã vel aliquem eoruz ex amicitate vel inimicitate pronunciabis.

Q Onsideratio. 144. est vt pzideres in questionibus vel in natiuitatib' vel alijs principijs quãdo significatores non bene ostẽderint tibi quod scire intendis z eorum significatum fuerit ambiguũ nec bene poteris illud perpendere: accipe locum domini ascendẽtis z locum domini dom' lune: z vide distãtiã graduũ que fuerit iter eos iapiens ab ariete de qbus facies signa z adde desup gradus signi ascẽdẽtis z proijce ab ascẽdente tam in die q̃ in nocte: z vbi finit' fuerit numerus dñs illius dom' erit significator z ab illo accipies significatũ rei q̃site: nam fm dispositionẽ illius poteris iudicare.

SIquidz non videbit qⁿ debeat acquirere substantiam z voluerit scire cām quare non adipiscet eam que est cā que prohibet eū vt non adipiscat ſbam aspice receptorē dispositionis quēadmodū dixi tibi supra in isto eodem capl'o. Et si fuerit ille qui prohibet acq̄sitorem substantie domin⁹ ascendentis ipse idem qui interrogat erit cā vt non adipiscat ſbam. Et si fuerit dominus secūde substantia' ei⁹ erit cā vt non adipiscat ſbam. Si fuerit domin⁹ tertie fratres erūt cā vt non adipiscat ſbam. Et ita intelige de significatorib⁹ omniū domoz qⁿ glibz suo loco z tempore erit cā qⁿ substantia non adipiscat ab interrogante ſm qⁿ dictū est qⁿ sit cā adeptionis per illā eūdem modū vsqz in finem duodecim domoū. Ista sunt significata duodecim domoz vñ vbicūq; inueneris significatorem substantie per illam domū debes iudicare adeptionē substantie: z vbicūq; inueneris prohibitorem substantie per illaz domū debes iudicare prohibitionem substantie vt non acquirat a querēte. Ita aspicias per omnes domos ad significata omniū rez que pertinuerint ad te. ¶ Itez dixit magister quez deus voluit qz si questio fuerit absoluta vel non dicat vnde debeat haberi substantia qⁿ debem⁹ constituere ascendens z domuz substātie que est secūda ab ascendente sicut dictū est aliās: z debemus aspicere dominū dom⁹ vite qui est domin⁹ ascendentis quez si inuenerim⁹ aspicere ascendens: vel si iungat planete qui reddat lumen ei⁹ ad ascendens debemus tunc opari per ipsum: qui si non aspexerit ascendens nec aspexerit planetam aliquem qui aspiciat z reddat lumen eius ad ascendens tunc debemus aspicere lunam que si aspexerit ascendens vel aspexerit aliquem planetam qui aspiciat ascendens z reddat lumen ei⁹ ad ascendens operare per eaz. Si vero dñs ascendentis z luna non aspexerint ascendens nec fuerint iūcti planete qui aspiciat ascēdens debemus tūc videre quis eorum sed domin⁹ ascendentis z luna sit plus gradib⁹ in signo in quo est qui velotius debet exire de signo in quo est z intrare in aliud z per illuz debem⁹ operari. Et videt si ipse postq̄z exiuerit de signo in quo est fuerit iūctus domino dom⁹ substantie imediate anteq̄z ali⁹ iungat ei vel ipse alteri dixit dictus philosophus qⁿ adipiscet substantiam interrogator siue fuerit receptus dominus ascendentis vel luna post mutationē suā a signo in quo erat ad aliud a domino dom⁹ substātie siue non. Nec refert vtrū dñs domus substantie sit fortuna vel infortuna qm̄ coniūctio dñi ascendentis vel lune cū dño domus substantie facit adeptionē rei .ſ. ſbe querite. Verūtū debes aspicere ne dñs domus ſbe iūgat alicui planete vel aliquis planeta iūgat ei anteq̄z iūgat et dñs ascendētis vel luna cui dñs domus ſbe cōmittat dispōnem suā. Et ob hoc dixi imediate qⁿ aliquis nō abscindat lumē nec prohibeat coniūctionē dñi ascendentis vel lune cuz dño dom⁹ ſbe. Si vero fuerit questio de ſba determinata vide per quam domū significet illa ſba de qua sit interrogatio: z vide si dñs ascendentis z luna vel alter eoz iungat cū dño domus significante rem illaz: quoniam adeptio rei querite fiet per coniūctionem dñi ascendentis vel lune cū dño domus significante rem illaz de qua fuerit questio. Si aūt non fuerit cōiūctio dñi ascendentis vel lune cū dño domus significante rem querita: tunc aspice in omnib⁹ sicut dixi tibi in coniūctione dñi domus ſbe in mutatione de signo ad signū z in coniūctione cū dño rei illi⁹ de qua fit interrogatio. Si vero dñs dom⁹ ſbe vel rei q̄site cōmiserit dispōnē suā alteri planete anteq̄z ipe iungat cū dño ascendentis vel dñs ascendētis vel luna iungat ei: vide quis est ille planeta cui iūg't dñs dom⁹ ſbe vel rei q̄site: z dic qⁿ ille planeta est significator impedimenti quare res non ꝓficiat: z vide cuius domus sit dñs: qz illa ꝑsona que significat per illam domū nitet facere qⁿ res non ꝓficiat z maxime si fuerit impeditus ille cui dñs domus ſbe cōmittit dispōnem: hoc est si fuerit retrogradus vel cōbustus vel in casu suo vel in descensione sua vel cadēs ab angulis. Qđ si nō fuerit impeditus ille receptor dispositionis cui iūgitur dominus domus substātie vel rei querite aliquo predictorum impedimēto rum z fuerit fortuna non impediet quin res querita ꝓficiatur siue receperit dñm ascendentis siue non. Si vero fuerit malus z non fuerit impedit⁹ aliquo predictorum impedimentoruz z receperit dominū ascendentis vel lunaz ꝓficietur res similiter a quo aspectu fuerit receptus. Si vero non receperit dominum ascendentis ille malus z fuerit coniūctio' a trino' vel sextili aspectu ꝓficietur res licet cum labore atq; tarditate: z si fuerit coniūctio a quarto aspectu vel ab oppositione vix vnq̄z ꝓficietur res querita: z si perfecta fuerit erit cū tāta angustia z cum tāto labore querentis qⁿ dicet pluries vtinam qⁿ ego non intronuissem me de re ista. Sed si receptio interuenerit ꝓficietur res: si fuerit fortuna ille qui receperit fiet res leuiter z in breui: si fuerit malus ille qui receperit fiet res cuz gravitate z tarditate. Et nullo modo poterit esse si receptio' interuenerit quin res ꝓficiatur: z nihil erit quod possit eaz prohibere qⁿ non fiat nisi querēs velit desistere a proposito vt res non ꝓficiatur. Sed si fuerit receptor dispositionis in angulo festinabit effectus rei: si in succedenti tardabitur z festinabit minus: si vero in cadentib⁹ prolongabitur iteruz plus licet sit tibi receptio: verumtamen receptio est tante fortitudinis qⁿ non permittit rem annulari: licet tardetur enim: vltimo peruenit ad effectum quesitum siue de substantia siue de quacunq; re sit questio. Preterea si dominus ascendentis z luna vel vnus eorum iuncti fuerint domino domus substantie vel rei querite: vel fuerint iuncti alicui fortune que sit in domo substantie vel rei querite adipiscetur querens rem illā siue substantiā. Et si non fuerit aliquis eoruz dominus ascendētis scilicet vel luna iunctus fortune in domo substātie: sed fuerit iunctus alicui malo qui sit in domo substantie seu rei querite z ille malus receperit dominū ascendentis vel lunam fiet res z acquiret eam dominus ascendentis seu querens. Et si non receperit ille malus dominum ascendentis neq; lunam si habuerit ipse dignitatē in domo substantie vel rei querite: tamen acquiret interrogator substantiam vel rē quesitam licet differatur tractu temporis. Et si dominus domus substantie vel rei querite fuerit leuior q̄z dominus ascendentis z fuerit iunctus ei: vel

quiuis alius planeta que sit in domo substãtie seu rei quesite fuerit similiter leuior domino ascendentis ⁊ iungat ei a trino vel sextili aspectu acquiretur substantia vel fiet res quesita cum leuitate. Si vero a quarto aspectu fuerit coniunctio fiet res si receptio interueniat similiter sine grauitate magna. Sz si dominus ascendentis fuerit leuior ⁊ iungat domino secunde dom⁹ vel rei quesite non fiet res leuiter neqz sine petitione querẽtis. Si dominus rei quesite iungat dño ascendentis seu querentis ⁊ receperit eum a trino vel sextili aspectu veniet ei substantia seu res quesita pluscqz ipse speret ⁊ leuius. ¶ Si autem dominus ascendentis vel luna non fuerit iunctus domino dom⁹ substantie vel rei quesite nec alicui planete qui sit in ea debes tunc videre cui planetaꝝ iungat dominus ascendentis vel luna: quia si iungitur aliquis eoꝝ fortune bene disposite que non sit impedita vel sit in angulo nec iungat illa fortuna alteri planete nec alter planeta iungat ei quem ipsa recipiat vel committat ei dispositionem suam acquiret interrogator substantiam ⁊ pficiet res quesita. Sed si ille planeta cui iungit dominus ascendentis receperit alium ⁊ non dominum ascendentis vel luna iungat ei a simili ꝓiunctione nec ille recipit eum sequens est: quia coniunctio illius qui recipiat anullat ꝓiunctionem illius qui non receperit. Si vero dominus ascẽdentis vel luna iunctus fuerit malo qui non recipiat eum significat destructionẽ ⁊ anullationez substãtie seu rei quesite ita qꝫ nõ acgrat eaz interrogator nec pficiet ei res quesita: qz mali planete exquo nõ recipiunt nõ nituntꝫ nisi ad destructionẽ reꝝ sicut fortune nituntꝫ pficere atqz aptare siue recipiant siue non: ita mali nituntꝫ ad cõtrariuz nisi recipiant: quia tunc refrenant suam maliciam ⁊ pficiunt res sicut fortune.

¶ Cap'm quartũ vtꝝ acgrat substantiam quã petit vel accõmodauit vel deposuit.

Si vero fuerit questio alicui⁹ qui querat vtrũ ille a quo petierit substantiã det eaz sibi: aspice dominum ascẽdentis ⁊ lunã qui sunt significatores interrogãtis: ⁊ secũda erit dom⁹ substantie sue. Septima vero ⁊ eius dñs erũt significatores illius a quo querit: ⁊ octaua ⁊ eius dñs erunt significatores substantie illius a quo querit substantia. Vide tũc si dñs ascẽdentis vel luna iuncti fuerint domino domus octaue que est significatrix substantie illius a quo querit substantia: vel fuerit aliquis eorum iunctus planete existenti in domo octaua si fuerit fortuna acquiret substantiam de qua interrogat: si qrit alienã illius. s. a quo petit dabit eam sibi: si querit illam quam accõmodauit vel deposuit acquiret eam similiter siue receperit illam fortunam siue non. Si vero fuerit malus ⁊ receperit dñm ascẽdentis vel lunam similiter acquiret substantiam de qua interrogat. Si vero non recepit vix aut nunqꝫ recuperabit eam: ⁊ si habuerit vix aut nunqꝫ habebit eam totaz ⁊ cum grauitate atqz dureia ⁊ instantia habebit qõ habebit inde. Similiter si dominus octaue fuerit in prima vel fuerit in secunda ⁊ dominus secũde receperit eum significat adeptionẽ rei de qua queritur. Sed si dñs septime vel dño octaue fuerit in prima vel secunda ⁊ non receperit eum dominus ascẽdentis vel luna vel dñs secũde: significat qꝫ adhuc pdet interrogator de alia sua substantia ⁊ augmentabit primum damnum. Si autem dñs ascendentis vel luna iuncti fuerint fortune que habeat dignitatẽ in ascendente fiet res illa: vel si fuerit aliquis eorũ iunctus malo qui habeat dignitatem in ascẽdente ⁊ recipiat dñm ascendentis vel lunaz fiet res illa de qua interrogat querens. Et si fortuna fuerit in loco fortis cui iungit dominus ascẽdentis vel luna fiet res etiã sine receptione. ¶ Nec autem omnia supradicta intellige de rebus que tractantur vel sint iter minores ⁊ etiam inter cõmunes psonas sicut sunt habitatores ciuitatum castroꝝ villaꝝ ⁊ similium que non sunt inter psonas quaꝝ vna excedat aliam multũ. ¶ Excedẽtes psonas intellige reges ⁊ magnates qui sunt apti esse reges sicut sunt maximi duces ⁊ maximi marchiones ꝙbus ꝙueniunt regna: vel nisi sint iter religiosos vel inter laycos ⁊ religiosos in reb⁹ que nõ sint ipsoꝝ ꝓprie. Et ego faciã tibi mentionez de his que tractant suo loco ⁊ tpe si placuerit dño nro Jesu xpo ⁊ vero homini.

¶ Cap'm gntũ si adipiscet de substantia regis.

Item veniunt aliquando alie questiones pre manibus astrologis de substantia: sicut si aliquis querat vtrũ sit adeptur⁹ de substãtia regis alicuius sicut faciunt aliquando soldatarij regũ ⁊ aliorum magnatum querit aliquis de predictis vtrum sit habiturus suum soldum a rege: ⁊ idem est si qrat de vicario regis: vel sit quiuis qui querat de substãtia quam credit se habiturum: aspice tunc ascendẽs ⁊ dominum eius ⁊ lunã qui sunt significatores querentis: ⁊ secundum ab ascendente quod est domus substantie querentis ⁊ dominum eius: ⁊ aspice decimum ⁊ dominum eius qui sunt significatores regis vel eius vicarij ⁊ magnatis qui receperit seruicium: ⁊ aspice vndecimum ⁊ dominum eius qui sunt significatores substantie regis vel magnatis. Si dñs ascendentis vel luna iuncti fuerint domino vndecime: vel fuerit aliquis eoꝝ iunct⁹ planete existẽti in vndecima qui sit fortuna nec sit impeditus nec male dispositus acquiret ille interrogator illud qõ querit de substantia regis siue magnatis siue sit soldatari⁹ siue quiuis ali⁹ ille qui querit siue receperit illa fortuna dominum ascendentis vel lunam siue nõ. Si vero fuerit malus ⁊ receperit eos similiter adipiscet quesitum: si autem non receperit ille malus dominum ascendentis vel lunam vix aut nunqꝫ adipiscetur res quesita.

¶ Cap'm sextũ de tpe predictorum.

Adhuc etiam si voluerit scire ille qui te interrogat quando fiet hoc qõ qrit: vide tunc planetam cui iuncti fuerint dñs ascendentis vel luna ⁊ q significauerit effectum rei: quia si aspexerit se cuz domino ascendentis vel cum luna a trino vel sextili aspectu siue fortuna fuerit ille qui recepit dominuz ascendentis vel luna siue non consideram si proijcit lumen siue radios suos sup radios domini ascendẽtis vel lune: ⁊ vide quot gradus sint inter eos a gradu. s. in quo proijcit vnus radios suos sup radios alterius vsqz ad perfectionem aspectu gradu p gradũ: ⁊ dic qꝫ tot dies erunt vsqz ad tempus effectus rei si fuerint ambo in cadentibus: si sint in succedentibus erunt ebdomade: si fuerint in angulis erunt mẽses. Et si esset res que videretur posse multum elongari posses dicere qꝫ essent anni ⁊ maxime si ambo significatores dominus. s. ascendentis vel luna ⁊ planeta cui iungitur forent in angulis. Si vero vnus esset in angulo ⁊ alter in succedenti tunc significarent mẽses: si vnus esset in succedenti alter in cadenti tunc significarent ebdomadas: si vero fuerit vnus in

angulo alter in cadenti significant mēses. Et si esset sol vel venus vel mercurius vel luna similiter gradus qui fuerint iter eos significāt dies: vel forte possent sol ⁊ venus significare ebdomadas ad plus.

¶Itē dixit messahala q̄ si non fuerit tunc erit quādo planeta dictus iungēt cum domino ascendentis vel cum luna corporaliter gradu per gradum. Si vō fuerit hora questionis planeta qui significat effectum rei in vno signo cum domino ascendentis fiet res quādo fuerint coniuncti corporaliter in eodem gradu atq; minuto si dominus ascendentis fuerit ponderosior siue recipiat eum ille qui iungitur siue non. Sed si dominus ascendentis fuerit leuior ita q̄ vadat ad coniunctionem planete significantis effectum rei ⁊ recipiat ille dominum ascendentis tunc fiet res. Si vero non recipiet dominū ascendentis non ꝓficiet res tunc nisi ille significator esset in angulis quādo fieret coniunctio vel in signo dicat eius gaudium. Quod si non fuerit ita non ꝓficiet tunc: sed ꝓficiet quando ille planeta cui iungit dominus ascendentis vel luna vel qui iungit domino ascendentis fuerit ad solem vel sol fuerit ad eum ⁊ fuerit combustus ⁊ exiuerit de combustione tunc quādo inceperit apparere de sub radijs solis siue ante solē siue post fuerit quando euaserit a combustione ita q̄ videat extra radios solis: ⁊ si fuerit sub radijs solis hora questionis erit res quādo inceperit apparere ille planeta de sub radijs.

¶De tertia domo.

¶Capitulum primum de fratribus ⁊ eorum esse.

Si quis interrogauerit de fratre vide p quem modum ipse interrogat scilicet vtr querat de fratre presente vel de fratre absente: vel de fratre sano vel de fratre infirmo vel cuius cūq; status sit frater illius qui querit: dabis primam querenti quoniam ascendens significat eum: tunc ⁊ tertiam dabis fratri.

¶Si querit de fratre absente aspice tunc dominum tertie domus qui habet significare fratrē ⁊ vide vbi fuerit inuentus dominus domus fratris: quia status eius ⁊ dispositio sua debebit esse ꝑm q̄ significat dominus illius dom⁹ in qua fuerit: ⁊ vide quomodo planete aspiciant eum vtrum sit in aspectu bonorum vel malorum ⁊ quo aspectu aspiciant eum ⁊ ipse eos vel coniungant corporaliter simul: quia si fuerit significator fratrum in domo sua scilicet tertia: nec aspexerint eum mali ab oppositione vel quarto aspectu poteris tunc dicere q̄ frater eius est sanus. Si vō aspexerint eum mali ab oppositione vel ārto aspectu sine receptione poteris dicere q̄ frater eius viuit ⁊ est sanus sed est in angustijs ⁊ anxietatibus ⁊ sollicitudinibus magnis. Si vō aspexerint eum a dictis aspectibus cum receptione poteris dicere q̄ sit frater eius in sollicitudinibus supradictis sed bene liberabitur ⁊ euadet ab eis. ¶Si vero aspexerit eum fortune a trino vel sextili aspectu sine receptione vel a quadrato vel oppositione cum receptione poteris dicere q̄ frater eius bene se habet ⁊ bene moratur in terra in qua est. ¶Si autem aspexerint cū fortune a trino vel sextili aspectu cuius receptione dicq̄ frater eius est sanus ⁊ bene moratur ⁊ omnia prospere agūt ita q̄ nihil ei deest de eo quod vult. ¶Si vero fuerit in quarta sine aspectu malorum nititur ad hoc vt acquirat pecuniā in terra in qua est. ¶Si vero fuerit in quinta ⁊ fuerit iunctus cum domino quinte cum receptione siue fortuna fuerit siue non dummodo non sit malo modo impeditus ille dñs quinte significat q̄ frater eius bene se habet ⁊ gaudet ⁊ letat cū hoibus illius terre in qua est. ¶Si vō fuerit fortuna ille cum quo iungit significator fratris ⁊ fuerit ꝓiunctio p corpus vel a trino vel sextili aspectu cū receptione dicq̄ frater eius est sanus ⁊ hilaris ⁊ gaudet ⁊ letat cum hoibus ⁊ mulieribus illius loci in quo est ⁊ vtit comestionibus potationibus indumētis ⁊ studet in cultu venereo: ⁊ in oibus in quibus homines delectant si fuerit homo aptus ad hoc vel qui delectet in talibus vt sunt iuuenes ⁊ iuuenibus similes. ¶Si vō fuerit in quinta vacuus cursu vel in ꝓiunctione malorum corporali vel in eorum aspectu quadrato vel opposito sine receptione ⁊ illi mali qui impediuerint eum fuerint fili⁹ ⁊ ipsi impediri significat eius malam dispositionem ⁊ eius malū esse ⁊ discrasiam corporis quoniam quinta est tertia a domo fratrum. ¶Si vō inueneris eum in alijs domibus que non sunt excepte sicut sunt sexta octaua duodecima cum ꝓdictis significatoribus dic illud idem sed erit minus. ¶Si aūt inueneris eum in octaua iunctum fortunis a trino vel sextili aspectu dic q̄ frater eius nō sit bene sanus nec sit ita infirmus q̄ oporteat eum dubitare est tamen discrasiatus. ¶Si aūt fuerit iunctus malis ⁊ fuerit in sexta vel fuerit iunct⁹ dño sexte poteris dicere q̄ frater eius infirmet. Et illud idē poteris dicere si dom⁹ sexte fuerit in tertio nisi dominus tertij fuerit bene dispos⁹ sicut dictum est supra. Deinde aspice si inueneris fratrē querentis infirmari: ⁊ vide si dñs tertij iungit dño octaue domus vel ingrediat in cōbustionem significat q̄ moriet ex illa infirmitate. ¶Si vō inueneris eū in septima dic q̄ sit in terra ad quā ꝓfectus est nōdum ꝓficiens ide ⁊ morat in ea sicut aduena: nec est bene dispos⁹ nec multum male sed habet se ad vtraq;. ¶Si fuerit in octaua dubitat de ipso ⁊ specialr si fuerit cōbustus vel iunctus domino octaue in octaua vel iunct⁹ malis impedientib⁹ eū in octaua quia tūc significat eius mortē. ¶Si fuerit in nona significat q̄ sit ꝓfectus a terra in qua erat primo ad aliā terrā magis longinquā: vel forte dedit se cuidam religioni: vel alias gerit vitā clericalē seu religiosam. ¶Si vō fuerit in decima ⁊ fuerit iunctus fortunis a trino vel sextili aspectu ⁊ maxime cū receptione significat q̄ acquisiuerit officium seu honorem aliquem vel dignitatē in terra in qua est. ¶Si vō fuerit iunct⁹ malis a quadrato aspectu vel ab oppositione vel alio modo impedientibus eum: vel fuerit combustus in decima dubitabit de ipsius morte. ¶Si vero fuerit in vndecima iunctus fortunis a bono aspectu vel fuerit iunctus cum dño vndecime significat q̄ sit cū aliquo suo amico cū quo bñ morat ⁊ gaudet ⁊ delectat cum eo. ¶Si vero fuerint mali aspicientes eū significat q̄ nō gaudet in his que hz nec videt sibi q̄ ipse sit in bono esse. ¶Si vō fuerit in duodecima ⁊ fuerit iunct⁹ fortunis recipientib⁹ eum ⁊ illa fortuna que receperit eum non fuerit impedita significat q̄ habeat aliqd magisteriū vel gerit mercationē equor ⁊ boū vnde lucrat ⁊ ducit vitam suam laudabilr. ¶Si vero fuerit illa fortuna impedita vel fuerit iuncta malis impedientibus eum significat malam dispositionē ipsius: q̄ sit infirm⁹ vel male dispositus ita q̄ si iungit cum domino octaue vel fuerit combustus vel intrauerit combustionem q̄ dubitat ne moriatur inde. ¶Si fuerit in prima gaudet ⁊ letabit cuius diligentibus eum ⁊ est bene dispositus. ¶Si fuerit in secunda non gaudet de aliquo suo statu quem habeat

possibile est q̄ sit captus vel alio modo detentus ita q̄ non potest se separare a loco in quo est q̄n vult. ¶Si quidem fuerit retrogradus nititur reuerti ad propria quandocunq; potuerit. Et hec de fratribus ad presens dicta sufficiant tibi: quoniaz esset longū iam dicere omnia accidentia fratrū. ¶Nam si quereret interrogator de frate infirmo ego dicam tibi illud infra in tractatu de infirmitate. Si quereret de fratre presente sano ego dicam tibi ea que videbunt expedire in tractatu de natiuitatibus sermone satis prolixo sicut oportuerit. ¶Preterea oportet q̄ dicā tibi quedam alia similiter que vident posse comprehendi sub isto capitulo que sunt ista: videlicet si quereret aliquis de patre aspice quartā pro patre z dic ei sicut dixisti de fratre in tertia domo. Et de quinta dic vt dixisti de fratre in quarta domo. Et dic de sexta pro patre vt dixisti pro fratre de quinta. Et de septima pro patre dic vt dixisti de sexta pro fratre. Et de octaua pro patre dic vt dixisti de septima pro fratre. Et de nona pro patre dic vt dixisti de octaua p fratre. Et de decima dic p pre sicut dixisti de nona pro fratre. Et de vndecima pro patre dic vt dixisti de decima pro fratre. Et de duodecima p patre dic vt dixisti de vndecima pro fratre. Et de prima pro patre dic vt dixisti de.12. pro fratre. Et de secunda p patre dic vt dixisti de prima pro fratre. Et de tertia pro patre dic vt dixisti de secunda pro fratre. Si querat de patruo. s. de fratre patris dabis ei gntam z dic de quinta pro patruo sicut dixisti de tertia pro fratre: z de sexta pro patruo sicut dixisti de quarta pro fratre z ita intellige de omnibus domibus. ¶Si querat de seruo vel clienculo dabis sextam seruo: z dic ita de sexta pro seruo sicut dixisti de tertia pro fratre: z dic ita de septima pro seruo sicut dixisti de quarta pro fratre: z dic ita de octaua pro seruo sicut dixisti de quinta pro fratre: z ita de omnibus. Hoc tamen nō pretermitto quia licet quelibet domus habeat suam sextam z suam octauam z suā duodecimā: tñ in quolibet quesito sexta questionis z eius dñs significant eius infirmitatē. Octaua q̄stionis z eius dñs significat eius mortez. Duodecima z eius dñs significant eius captionem. Diuersificant tamen in hoc.

¶De quarta domo.

¶Capl'm primū de domo vel hereditate quam aliquis intendit emere vel alio modo habere vtruz sit habiturus eam interrogator.

SI quis sollicitus fuerit de aliqua domo vel de aliqua petia terre seu vinee vel prati vl' oliueti vel silue vel de hereditate aliqua quod vel quā voluerit emere vel aliter sperat eaz hr̄e z fuerit eius interrogatio absoluta quod non dicat de terra vel de domo vel de hereditate talis pone aspice ascendens z dñm eius z lunam qui habent significare interrogantē: z aspice signum quartuz z dñm ei⁹ que sunt significatores rei quesite: si fuerit dñs ascendentis in quarto vel luna vel fuerit dom⁹ quarti in primo vel fuerit vnus eorum iunctus alteri corporaliter vel a trino vel sextili aspectu cuz receptione adipiscet rem quesitā leuiter z sine inuolutione vel impedimento. ¶Si vō fuerit sine receptione vel fuerint iuncti simul a quarto aspectu vel ab oppositione cū receptione perfecta adipiscet rem quesitaz interrogator. ¶Si aūt nō fuerint iuncti simul nec per aspectū nec per corpus sed transtulerit luna vel aliter planeta lumē inter eos adipiscet interrogator rem quesitam per aliquem qui se interponet z ducet rem ad effectuz sua sagacitate atq; sua industria. ¶Si vō fuerit ille planeta qui fuerit leuior z qui iungat alteri effectus retrogradus anteq̄z perficiat eoz cōiunctio gradu p gradū destruet res postq̄z putauerit interrogator eam complere z annullabit. ¶Si autem fuerit res completa per illum qui se intromiserit de re illa perficienda si fuerit luna que transferat lumen: vide in qua domo ipsa sit q: per illaz personā que significat p domū in qua fuerit luna complebit res. ¶Si aūt fuerit alius planeta qui transferat lumen iter dñm ascendētis z dñm significantem rem quesitam vide cuius dom⁹ est dominus quia per illā personaz perficiet res vt si fuerit dñs tertie domus complebit res per fratrē querētis. Q̄d si non habuerit fratrem perficiet per aliquem de suis consanguineis minorem se. Et si hoc non fuerit perficiet per aliquē suum vicinū. ¶Si fuerit dñs gnte perficiet res per filium vel per aliquem de personis que significant per quintam domum. ¶Si fuerit dñs sexte perficiet per seruum vel clienculū vel per aliquē qui significat per sextam domū. ¶Et si fuerit dñs septime perficiet per vxorem vel amasiam vel socium: q̄ si vxorē non habuerit perficiat per aliquē de illis qui significant per septimā domum. ¶Et si fuerit dñs none per aliquē religiosum. ¶Et si fuerit dñs decime perficiet per aliquē magnatez vel rectorē. ¶Et si fuerit dñs. 11. perficiet per aliquē amicum interrogantis. ¶Et si fuerit dñs. 12. perficiet per aliquē qui fingit se amicū querentis cū non sit. ¶Et si fuerit dñs secunde vel octaue perficiet per talem de quo nō sperat z de quo non erit facta mentio in re illa. ¶Si vō non fuerit iunctus dñs quarte dño ascendentis nec dñs ascēdentis dño quarte nec luna: nec fuerit planeta qui trāsferat inter eos lumen: vel fuerit aliquis planeta qui prohibeat per iunctionē eoz nō perficiet res. ¶Si autem volueris scire quis erit qui nō permittat rem perfici vide illum planetā qui prohibet per iunctionem inter dñm ascendentis vel lunā cuius domus sit dñs: q̄ per illum qui significat per illam domum fiet anullatio rei.

¶Capl'm. 2. de specie rei emende z ei⁹ natura.

SI vō quesierit interrogator sicut sepe fit vide cuiusmodi res est ista quā ego intendo emere vel adipisci vtrz sit terra fructuosa vel sterilis vel sit edificiū illius domus solidū vel quassuz vel alias viciosum: vel fuerint eius laboratores boni z fideles aut non aspice hoc fiet ab ascēdente z eius dño: q̄n tunc ascēdens z eius dñs significat laboratores terre seu vinee z siluanos z habitatores domus: z signuz quarte significat terram vel domū vel hereditatez z qualis sit z quid sit in ea: z septima significat illud quod est in terra illa videlicet frumentū ordeū alias bladas vsuales herbas domesticas que cōsueuerūt nasci in ortis vt sunt caules feniculuz petrosilinum borago blete z similia si fuerit in tpe in quo blada z herbe domestice sint in campis vel ortis: posset etiā significare vites vt pguleta z similia. ¶Si fuerit iupiter in septima bene dispositus z boni esse significat q̄ in illa terra sit frumentum z herbe de quibus nascunt vtiliora semina z que magis sunt comede ad vtilitatem hominum. ¶Si fuerit ibi venus aut mercurius aut luna aut sol bene dispositi z boni eē significat q̄ in illa terra sunt herbe in quibus delectantur homines vt rosaria z alia producēcia fructus odoriferos z flores vnde fiunt serta z similia. ¶Si aūt fuerint impediti iupiter aut venus aut alij qui fuerint ibi erunt aliqua de his que dixi iz nō multa.

¶Et si fuerit saturnus erunt in illa terra petre z res ponderose graues z serpētes subterranei impedientes fructus illius terre. ¶Si vero fuerit ibi mars z fuerit bene dispositus z boni esse sine impedimento erunt ibi rosaria siluestria z lambrusce. s. vites siluestres facientes fructus in sepibus: vel forte posset esse q̄ essent ibi vites producentes tale vinum vnde inebrientur homines. ¶Si vero fuerit male dispositus erunt ibi rubi saluince z alia genera spinaruz venenosarum ledentiū hoies. ¶Decima vo ab ascēdente significat arbores que sunt in ea. ¶Si fuerit iupiter in decima liber ab impedimētis bene dispositus significat q̄ erat ibi copia arborum z q̄ ille arbores sint producentes fructus bonos z de qbus sequuntur homines vtilitatem z lucrum vt sunt pira mala olive cerasa ficus z similia. ¶Si autem fuerit ibi venus bene disposita significat fructus odoriferos z delectabiles z qui libenter portant in manibus a iuuenibus z etiaz ab alijs vt sunt mala odorifera cedri arangie z similia: z maxime in regionibus calidis. ¶Si vero fuerit ibi sol liber ab impedimētis z alias bene dispositus significat fructus bonos magnarum arborum vt sunt nuces pinee z etiā mala z cerasa z similia. ¶Si autem fuerit ibi mars liber z bene dispositus significat fructus arborū qui habentur cum labore de suis arboribus: z habent spinas in suis corticib⁹ vel alias testas. ¶Et possent etiam sol z mars significare vineas domesticas vel aliarum fructus vt sunt castanee nespile z corna z similia. ¶Si autem fuerit ibi saturnus liber z bene dispositus significat q̄ non erit ibi magna quātitas arborum z erunt arbores que faciunt fructus habētes sapores stipticos: vt sunt pira z maxime siluestria z etiā aliqñ sorbe glādes nuces z similia. ¶Si autez fuerit ibi mercurius vel luna z talis esse vt dictum est de alijs significant fructus multarum manerierum z diuersorum saporum z diuersorum colorum z significant ꝑm q̄ significant illi quibus applicantur. Si vero fuerit iupiter male dispositus z tunc erunt ibi arbores pauce vtilitatis z ēt paz fructiferē z leuiter pdent suos fruct⁹. ¶Silr z de venere si fuerit male dispositus: poterit tñ esse q̄ erūt arbores ille ex manerieb⁹ supradictis. ¶Si aūt fuerit saturnus male dispositꝰ erūt arbores pauce siluestres z quaz fructꝰ vix aut nunq̄z erūt edibiles ab hoib⁹. ¶Silr z de marte atq; sole est intelligēdum in fructibus illaz arboz quas significauerint mercurius z luna. Significabūt silr id qđ significabūt illi qbus applicabunt. ¶Si aūt fuerit aliqs pdictoz planetarum retrogradus ille qui emit terram vendet fructꝰ illiaz arboz z paz seruabit sibi de ipsis nec affectabit hñe partē de ipsis ꝓter q̄ si venus fuerit significatrix qr tūc reseruabit sibi partē de ipsis fructib⁹: z maxime de magis delectabilibus.

¶Capl'm. 3. de qualitate laboratorum.

SI aūt volueris scire de eē laboratoz terre seu vinee vel de custodibus prati seu silue vel de habitatoribꝰ quales sint aspice ascēdēs z vide si fuerit iupiter directꝰ boni eē erūt laboratores boni z fideles: z erunt hoies mediocris etatis. ¶Et si fuerit orientalis erunt iuuenes boni animi. Et si fuerit occidentalis erunt iam incipientes senescere vel erūt forte seneo: tñ oēs erūt boni animi. ¶Et si fuerit iupiter directꝰ remanebūt laboratores in laboratione illa z erit vtile querēti. Et si fuerit retrogradus exibūt de laboratione z locabit eaz interrogator alijs laboratoribus peioribus illis. ¶Et si fuerit venus in loco iouis erunt laboratores boni z fideles: z quasi in omnibus erunt sicut illi qui significant per iouem: preter q̄ venus significat iuniores z delectabiliores in qualitate supradicta. Et si fuerit saturnus in loco iouis erunt ipsi laboratores seu habitatores mendaces z latrones etiā si essent senes vel decrepiti. ¶Et si fuerit mars in loco eius erunt laboratores latrones z mendaces z manifesti furabunt q̄z illi qui significant per saturnū z erūt scarani z maiores malefactores q̄z sit solūmodo latrocinioz. ¶Et si fuerint mars vel saturnꝰ directi remanebūt in laboratione: si non fuerint recedent ab ea z locabit laboratio melioribus laboratoribus vel demum melioribus cōductoribus.

¶Capl'm. 4. de antiqtate z nouitate rerum.

SI aūt volueris scire de arboribus illis vel de edificio vtrū sint res antique an nouiter plātate vel edificiū nouiter factuz. Vide si planeta aliqs in decima fuerit erit edificiū nō multū antiquū nec nouiter factū: silr de arboribꝰ qr nō erūt multū antique nec multū nouelle. Si vo nō fuerit ibi aliquis planeta vide vbi sit dns decime domus si aspicit domū decimā de loco in quo est: vel si nō aspicit eā sed aspicit planetā qui de loco suo aspicit decimā erunt arbores iuuenes z edificiū nouiter edificatum ita q̄ nō sit antiquū: z specialr si fuerit dns decime orientalis. Si vo fuerit occidētalis erūt arbores antique z edificiū antiquū. ¶Si aūt nō aspexerit decimam nec fuerit iunctꝰ alicui planete qui aspiciat eam nec qui reddat lumē eius ad decimā z fuerit occidētalis erūt ipse arbores vetuste z edificiū vetustum. Deinde aspice similiter si vis scire qd futurum sit de illis arboribus seu edificio a dño decime domus si fuerit directus siue fortuna fuerit siue infortuna remanebunt arbores z edificiuz in suo esse. ¶Si vero retrogradus fuerit euellentur arbores de terra illa z edifi cium similiter. Si vero non aspexerit dominus decime domum decimā z non fuerit in vndecima aut in tertia vel in quinta aut in nona ab ascendēte erit terra absq; arboribus z absq; edificio: z non erit culta: aut si fuerit male culta. ¶Ad hoc vt scias vtrum sint in ea semina frumentum scilicet vel alia blada si fuerit tempus aptum ad hoc aspice tunc dominuz septime domus si aspexerit septimaz erit in ea semē quod sperat dominus terre recolligere ad suam vtilitatem. Si vero non aspexerit non erunt ibi semina vtilia.

¶Capl'm. 5. de situ terre.

SI autem volueris scire qualiter sita sit illa terra aspice quartam domum z vide cuius triplicitatis sit illud signum. Quod si fuerit de triplicitate arietis erit illa terra montuosa vel erūt in ea saxa: z erit male disposita ad colendum: z erit terra macra z erit cultura z letamine indigens atq; multo studio vt possit inde haberi fructus. ¶Si autez fuerit signum quartū de triplicitate tauri est terra illa plana z apta ad suscipiendum culturam z erit fructifera. ¶Et si fuerit signum quartum de triplicitate geminoz erit pars illius terre plana z pars erit montuosa: z non erit multum fructifera nec multum sterilis. ¶Similiter si quarta domus fuerit signum bicorporeum cuiuscunq; triplicitatis sit quoniam habet significare motuositatem z planiciem nec vere hoc nec vere illud. ¶Si fuerit quarta domus de triplicitate cancri erit paludosa vel erit aquesternium vel

nium vel alio modo aquosa vel iuxta loca aquosa posita. Et si volueris quartū z eius socium attende q si ignea fuerint hȝ significare loca arida z petrosa z montuosa. ℂ Et dixit quidam q quarta domus z eius dñs semper significant rem imobilem emendam vt sunt domus z terra z similia. ℂ Et dixit q quinta z eius dñs significant eius lucrū. ℂ Et dixit q si fuerit res mobilis z que velociter mutetur z trā seat de manu vnius in manum alterius q septima z eius dñs significant eam z octaua z eius dominus significant lucrum eius.

ℂ Capitulum. 6. si vtilis sit ꝓductio terre vel domꝰ.

ℂ Et si quesierit aliquis volens conducere terrā vel domum siue sit laborator qui accipiat terram ad modum laboratoris vel ad certum datium pro quolibet anno sicut pluries fit vel domū ad habitandum in ea z voluerit scire si est ei bonum ꝓducere ipsam dabis primam z eius dñm ille qui cōducit rem z septimaz z eius dñm illi qui locat eam. Et decimaz dabis ad vtilitatem que pōt sequi ex re illa z quartam dabis fini eius qui poterit: inde sequi.

ℂ Si dñs ascendentis fuerit in ascendente vel aspexerit a trino vel sextili aspectu: vel fuerit ibi fortuna siue habeat ibi dignitatem siue nō: vel pars fortune non impedita significat q cōductor cōducet rem illā sperans inde bonum: z nō penitebit eum conduxisse z delectabit z gaudebit in conductione illa. ℂ Si vero fuerit malus in ascendente z alterum istoꝝ erit aut si cōduxerit penitebit eū conduxisse: aut non cōducet: aut vult conducere ad hoc vt decipiat locatorem. Deinde aspice septimam pro illo qui locat rez si fuerit in ea dñs septime vel aspexerit a trino vel sextili aspectu: vel fuerit ibi fortuna nō malo modo impedita perficiet locator illud quod ꝓuenit conductori z seruabit ei promissum z erit ei vtilis. ℂ Si autez fuerit ibi malus qui non sit dñs septime non seruabit locator conductori quod sibi promisit z nitet decipere ipsum z fraudulēter se habebit aduersus eū. ℂ Deinde aspice decimam si fuerit in ea fortuna vel aspexerit a trino vel sextili aspectu dirigetꝫ res z perficietur. ℂ Si vero fuerit in malus qui nō sit dñs decime vel aspexerit illam ab oppositiōe vel a quadrato aspectu non perficiet conductio illa z poterit esse: q nasceretur dissentio occasione arborū vel occasiōe edificiorum existentiū in terra illa. ℂ Deinde aspice quartam z dabis illā fini rei: si fuerit ibi fortuna vel fuerit ibi dñs quarte vel aspexerit illam a trino vel sextili aspectu erit finis illius rei bonꝰ z vtilis z laudabilis. ℂ Si vero fuerit ibi malus qui non sit dñs quarte erit finis malus z sequetur ꝓductor inde dānum z incōmodum.

ℂ De quinta domo.

ℂ Capitulum primuz vtrum aliquis sit habiturus filios de vxore sua vel de alia muliere quaz ducit vel similiter querat de filio simili modo.

ℂ Um interrogatus fueris ab aliquo viro vtrū sit habiturus filios de vxorem quaz habet vel de alia muliere: vel interrogauerit mulier vtrum sit habitura filios de illo viro quem hȝ de aliquo alio accipe vmbram incontinenti: z ordina figuram ſm ascendens z reliquas domos z aspice ascendēs z dominum eius z lunaz z si videris dñm ascendentis z lunam vel aliquem eoruz iunctum dño quinte que est domus filiorum dic q sit habiturus filios similiter si dñs. 5. fuerit iunctus dño ascendentis. ℂ Et si non inueneris eos iunctos simul vide si aliquis planeta transfert lumen inter dñm ascendentis z dñm quinte quoniā significat filios licet post dilationez. Quod si hoc nō fuerit ita vide si dñs ascendentis vel luna fuerint in domo quinta: dic q sit habiturus filios. ℂ Similiter si dñs quinte fuerit in ascendente dic q sit habiturus filios: q si hoc non fuerit: vide si dñs ascendentis vel luna z dñs quinte iungant ambo alicui planete qui sit ponderosior eis: qz ille colliget lumen vtriusqꝫ z erit receptor dispositiōis: z erit significator vtrum filij si fuerint debeāt viuere an nō Et vide si ipse est liber ab impedimentis que dixi tibi in tractatu de impedimentis planetarū. s. q nō sit retrogradus vel cōbustus vel cadēs &c. dic q filij illi viuent. ℂ Si vero fuerit ille planeta pōderosior qui est receptor dispositionis impeditus. s. retrogradus vel cōbustus vel cadens siue ab angulis siue ab ascēdente: vel obsessus a malis: vel habuerit aliquod de predictis impedimentis non diu viuent illi filij nec erunt pater z mater eorū beati ex eis. Deinde aspice Jouem qui hȝ naturaliter significare filios si inueneris eū in ascendēte vel in. 3. vel in. 5. vel in. 9. vel in. 11. liberꝫ ab oibꝰ impedimētis supradictis dic q mulier illa aut ꝓcepit aut cōcipiet in breui sorte in primo cōcubitu vel parū post ita q erit illud tanquā res que videtur iam facta vel est in fieri. ℂ Et si fuerit venus in quinta nō impedita fueritqꝫ ibi alia fortuna ꝑter Jouem vel venerem non impedita significat q mulier illa pregnabit in breui. ℂ Si vero fuerit iupiter in locis predictis impeditus dic q cōceptus aut nō sit aut si est non perficiet sed delebit vel abortiet mulier illa. ℂ Similiter si venus fuerit iuncta saturno vel marti vel fuerit sub radijs solis ieiunus ad coniunctionem solis corporaliter nō erit mulier grauida ni si fortuna fuerit in quinta qz tunc poterit esse melior grauida vel erit in breui: sed vix erit eius partus bonus. ℂ Quod si saturnus vel mars fuerit in quinta vel alius malus z precipue cauda draconis que habet significare euacuationē vel aspexerit ipsaz ab oppositione significat q mulier non erit grauida: z etiā a quarto aspectu videnꝫ mali frustrare conceptionē si aspexerint quintam a quadrato aspectu.

ℂ Capitulum. 2. quando interrogatio de filio fuerit absoluta.

ℂ Si vero interrogatio fuerit absoluta q dicat: ita vir aut mulier habebit filios nec dicat verū de hac muliere vel de hoc viro aspice: tunc ascendēs z eius dñm: z vide si fuerit dñs ascendentis in ascendente vel fuerit ibi fortuna bene dispōsita vel in decima vel in vndecima vel in quinta: z iupiter sicut dictum est in tertia vel in quinta vel nona vel vndecima habebit filios: sed erit aliqua dilatio in hoc non tū multum magna. ℂ Si autem dñs ascendētis nō fuerit in quinta que est domus filiorum: sed fuerit in quarta: vel fuerit in septima nec fuerit impeditus a cōbustione vel retrogradatione vel fuerit obsessus a duobus malis vel iunctus corporaliter vni maloꝝ qui eum impediat. s. saturno vel marti: vel fuerit cū cauda z iupiter fuerit in aliquo de locis supradictis tertia vel quinta vel nona vel vndecima habebit filios ille homo vel illa mulier: sed erit dilatio in hoc maior q̄ꝫ supradicta. ℂ Si vero fuerit aliquis malorū saturnus. s. aut mars vel cauda draconis in ascēdēte aut aspexerint illud a quarto aspectu vel ab oppositione z dñs ascendētis fuerit impeditus a retrogradatione vel cōbustione vel casu vel fuerit in secū

da vel sexta vel octaua vel duodecima ⁊ iupiter fuerit in malo loco: ⁊ specialiter in octaua vel fuerit malo modo impeditus a retrogradatione vel cōbustione vel casu significat q̄ querens aut nullos aut paucos filios habebit nec gaudebit de eis q̄ sit inde beatus ⁊ videbit mortem eor̄. Et vide vbi tūc fuerit luna que si fuerit impedita ipsa vel dñs quinte ⁊ fuerit impeditus aliquis eor̄ in sexta tristabit causa infirmitatis eorum: si fuerit in octaua causa mortis eor̄: si fuerit in duodecima causa captionis eorū. Et vide quod signū fuerit in aliqua domor̄ predictar̄ qz cā vnde tristabit causa filiorum erit ex parte membri deputati illi signo: si fuerit aries erit cā capitis: si fuerit taurus erit causa colli: si gemini erit causa brachiorū vel manuū: si cancer causa pectoris: si leo causa stomaci vel spine dorsi: si virgo causa yliar̄ ⁊ parcium adiacentium vmbilico: si libra causa ancar̄: si scorpio causa verendor̄: si sagittarius causa coxar̄: si capricornus causa genuum: si aquarius causa cruriū: si pisces cā pedum. Et semp sit tibi hoc cure qz si tu inuenies Jouem aut venerem aut solē aut lunā aut mercurium aut caput draconis in quinta non impeditos impedimentis malis nō desperes querentē de filijs qm̄ significant hec oia q̄ sit habiturus filios. Et si nō fuerit aliqua fortuna in qnta ⁊ inueneris ibi aliquē malorum qui habeat ibi testimonium nec questio fuerit ex toto mala significat q̄ sit habiturus filios: sed non hereditabūt bona paterna vel materna imo videbitur q̄ debeant videre mortem eor̄. Adhuc etiā prospice Jouem si fuerit in angulo qō habet significare filios licet non multos. Si fuerit occidentalis in angulo significat celeritatē habendi filios. Si fuerit occidentalis in angulo significat tarditatem habendi eos ⁊ q̄ erit aliqua dilatio in hoc.

¶Capitulum tertium vtrum mulier sit grauida.

ITem si quis sollicitetur vtrū aliqua mulier cōceperit ⁊ portet in vtero conceptū an nō: aspice dñm ascendentis atq; lunā vel aliquem eor̄ q̄ habent significare mulierem: ⁊ aspice quintam ⁊ eius dñm qui sunt significatores conceptu: si inueneris lunam in quinta vel inueneris dñm quinte in ascendente liberum a malis ⁊ alijs impedimentis suprādictis significat q̄ mulier illa concepit ⁊ habet cōceptum in vtero: similiter si dñs ascendentis cōmiserit dispositionem sue alicui planete in angulo ⁊ eo securius ⁊ certius: si fuerit ille cui cōmiserit dñs ascendentis dispositionē receptus vel receperit ipse dñm ascendentis qz tunc significat conceptū. Si vero ille cui tactus fuerit dñs ascēdētis ⁊ cui cōmiserit dispositionem fuerit in cadenti significat q̄ mulier illa cōceperit dolorez ⁊ q̄ illud quod vt̄ pregnatio erit potius egritudo q̄ cōceptus ⁊ si est conceptus non veniet ad bonū finem ⁊ maxime si fuerit ascendens aries vel cancer vel libra vel capricornus vel fuerit aliqs malor̄ in aliquo angulorum ⁊ eo fortius si fuerit ibi cauda qm̄ ipsa habet significare abortum pre ceteris malis. Si vero planeta ponderosus cui dñs ascendentis cōmiserit dispositionem fuerit in bono loco ab ascendente nec fuerit in coniunctione malor̄ sed fuerit liber ab impedimentis ⁊ luna similiter fuerit salua significat q̄ conceptus veniet ad bonum finem ⁊ q̄ non frustrabitur ille partus. Similiter si dominus quinte q est significator filior̄ fuerit in ascendente liber ab impedimentis suprādictis. ſ. q̄ non sit retrogradus: neq; cōbustus: neq; iunctus malis: ⁊ specialiter caude corporaliter vel alijs malis ab oppositione vel quarto aspectu significat conceptum. Si vero fuerit impeditus aliquo suprādictorum impedimentorum non erit conceptus: ⁊ si fuerit frustrabitur ⁊ delebitur.

¶Capitulum quartum vtrum mulier sit grauida aut non.

QVonsueuerunt aliquando mulieres dubitare vtrum sint grauide vel nō: ⁊ etiam viri earum affectantes habere filios ignorātes vtrum sit hoc an non: ⁊ consueuerunt querere de hoc vt certificentur: inde ab astrologo. Unde si tibi facta fuerit questio p mulierem de seipsa vtrum cōceperit an non: nec fuerit questio super alio: aspice ascendens ⁊ dñm eius ⁊ vide vbi sit dñs ascendentis qui si fuerit in angulo liber a malis ⁊ ab impedimētis alijs significat q̄ mulier sit grauida. Similiter si fuerit dominus ascendētis in succedenti vel etiam in cadenti dūmodo sit receptus a planeta existēti in angulo. Si vero fuerit in cadenti ab angulo nec fuerit tactus planete qui non recipiat eum: vel si receperit ⁊ fuerit retrogradus vel combustus vel cadens significat q̄ mulier nō sit grauida: similiter si luna fuerit impedita: sed si luna fuerit recepta a planeta qui sit liber ab impedimētis suprādictis erit grauida si vero nō fuerit recepta luna ⁊ dñs ascendentis fuerit impeditus nō erit grauida Et si dñs ascendentis fuerit in bono loco ⁊ aspexerit ascendens aspectu laudabili erit grauida. ¶Si quidem vir interrogauerit de muliere ea volente idem erit iudicium si autē interrogauerit vir proprio motu ⁊ a semetipso tamen muliere ignorante conditionibus premissis considerabis septimam ⁊ eius dominum ⁊ iudicabis per dominū septime sm̄ q̄ iudicasti per dominū ascendentis luna tamen semper non preterm̄isa.

¶Capitulum quintum si mulier que cōceperit portet in vtero vnum vel plures.

QVando si sollicitat⁹ fueris de muliere grauida: vel si sollicitetur aliquis vtrum portet vnuz vel plures: aspice hoc ab ascendente: ⁊ vide si fuerit ascendēs gemini aut virgo vel sagittarius vel pisces: vel si fuerit ascendēs aliqō de alijs signis ⁊ fuerint in eo duo boni planete vel in quinta cōcepit binos. Si autem fuerit ibi cum eis caput draconis dic q̄ portet in vtero plus duobus ⁊ possibile est q̄ portet quatuor. Et si non fuerint planete in ascendente neq; in quinta: vide si aliquis planetarum aspiciat ascendēs vel quantam gradu per gradum: ita q̄ non sit aspectus plus vno gradu ante lineam ascendētis vel qnte vel plus duob⁹ retro: qz quotcūq; planete aspexerint: ita tot erunt concepti in vtero: etiam si omnes planete septē aspicerent illos gradus: ⁊ vide quod fuerint ⁊ aspexerint a trino vel sextili aspectu tot ex conceptis pervenient ad perfectionē quot vero aspexerint a quarto vel oppositione tot ex conceptis patientur detrimentum. Et si inueneris solem ⁊ lunā in vno signo ita tamen q̄ luna vadat ad solem nec sit longe ab eo plus quinq; gradibus retro nec ante plus duobus illud idem iudicabis si sol vel luna in geminis virgine sagitario ⁊ pisce. Quod si ascendēs fuerit aliqō ex signis fixis vel mobilibus ⁊ quinta similiter fuerit de illis signis ⁊ sol ⁊ luna fuerit in signis fixis vel mobilibus nec fuerint plures planeta in ascendente vel in quinta vel eorum aspectus vt dixi scias quoniam mulier portat vnicum ⁊ non plures.

¶Capitulum sextum si mulier portat masculuz vel feminam.

ET si quesierit vtrum portat mulier masculum vel feminam aspice tunc ascendēs z dominuz z quintam z dominum eius z vide si fuerint in arie te vel gemino vel leone vel libra vel sagittario vel aquario signum est q portet masculuz: si vero non videtur q portet feminam. Si vero dominus ascendentis fuerit in signo masculino z dominus quinte in signo femineo vel dns quinte in signo masculino z dominus ascendentis in signo femineo tunc recurre ad lunam que est particeps omnis rei z vide si ipsa fuerit in signo masculino z fuerit iūcta planete qui sit in signo masculino tunc attestabitur illi qui fuerit in signo masculino: vel fuerit in signo femineo attestabitur illi qui fuerit in signo femineo: siue dominus ascendentis fuerit in signo masculino siue dominus quinte vel ecōtrario. Similiter si luna iungatur planete masculino attestabitur illi qui fuerit in signo masculino z si iuncta fuerit planete femineo attestabitur illi q fuerit in signo femineo. Similiter si dns ascendentis vel dominus gnte fuerit planeta masculinus vel femininus attestabitur luna illi cui assimilat situs eius. Et scias q saturn⁹ iupiter z mars z sol semper sunt masculini nisi aliquando quibusdam casibus de quibus iste non est Et venus semper femina nisi aliquādo in casibus de quibus iste non est. ¶Mercurius vero quando est est occidentalis in mundo q oritur in mane ante solez dicitur masculinus qñ fuerit occidentalis in mundo q occidit post solem in sero dicitur femininus. Similiter z quando iungitur masculinis est masculinus z quando iungitur femineis est femininus.

¶De sexta domo.

¶Capitulum primum vtruz liberetur infirmus ab egritudine qua detinetur an non.

SI fuerit tibi facta qō de aliquo infirmo vtruz liberetur ab egritudine qua detinetur an nō: vide primo quis est ille qui querit vtruz scilicet sit ipse idem infirmus vel alius qui querit pro ipso: z si p tinet ad eum querere vel non: z si querit de voluntate infirmi vel suo proprio motu: quoniaz si ipse querit de voluntate infirmi ac de ipsius licētia prima datur ei z infirmo: si autem querat suo proprio motu prima datur ei: sed infirmo datur illa per quā significatur eius persona: vt si querat pro fratre prima datur querenti: tertia infirmo: si pro patre prima datur ei: quarta datur infirmo. Et ita intellige de significatis omnium domorum sm q dictum est superius in tractatu de duodecim domibus. Cōsiderabis etiam cuius cōditionis sit infirmus vtrum. s. sit layeus vel clericus siue alio modo religiosus: z vtrum sit de illis qui preponuntur medico vel quibus preponitur medicus. Fuerunt enim ex hoc plures ac diuerse opiniones: debes etiam aspicere spēm egritudinis ac ipsius esse: nam aliter est aspiciendum egritudine noua: aliter in antiqua: z ego dicam tibi conditiones infirmorum ac infirmitatum: z quibus infirmis sit preponendus medicus z quibus nō: z in quibus casibus: z qui infirmi sint preponēdi medico z qui nō z in quibus casibus z quomodo z quā do sm diuersas opiniones iudicandum de infirmis si Ihesus xps dominus noster prestiterit mihi suaz gratiam in hac parte. ¶Quidā enim dabant ascendens medico decimam infirmo septimam infirmitati quartam vero medicine z in hac opinione fuerūt Zahel z eius sequaces. Et sic sm hoc medicus ponebatur infirmo septima infirmitati decima vo medicine z illi similiter preponebāt medicum infirmo vt si fiat questio de infirmo medicus etiam preponitur infirmo eo z medico ignorantibus tūc medicus preponitur et quoniam datur vel alius pro eo de ipsius voluntate cuiuscūq; cōditionis sit infirmus vel querat a medico ignorante infirmo tunc prima dat infirmo decima medico septima infirmitati quarta medicine z in isto casu preponitur infirmus medico. ¶Si aliquis suo proprio motu querat de rege infirmo eo ignorāte prima datur medico decima infirmo septima infirmitati quarta medicine. Si autem querat eodē modo de papa vel de quocūq; alio clerico prima dat medico nona infirmo septima infirmitati tertia vero medicine. ¶Nunc aut dicam tibi conditiones egritudinū si enim scieueris conditiones egritudinum poteris de ipsis melius z securius iudicare. Et licet medicina dicatur fuisse inuēta pro diuitibus z magnatibus tamen vulgus rusticoz iam irruit in medicamen nec mirum quoniā z ipsi sicuti z magnates infirmantur z affectant liberari. Dicere egritudo annosa seu antiquata ego reputo eā annosam z vetustam ex quo est annua quoniaz egritudines annue de leui nunq; curantur imo difficillime. Egritudinem vero non antiquatā reputo illaz que nō est adhuc annua. Unde si egritudo est antiquata q sit pluscq; annua cuiuscūq; cōditionis sit infirmus debes dare duodecimam egritudini si est egritudo noua que nō sit annua debes ei dare septimam si tu das primam medico quoniā medicus est inimicus egritudinis. Et si tu das decimaz infirmo debes dare quartam medicine quia licet medicina curet infirmum tñ est ei opposita z oppositio significat inimiciciam: vnde medicina dr inimica infirmitati: quia in medicinis reperiuntur ea que sunt ptraria nature z que non nutriunt eam imo exterminant aliquādo. Si tu das nonaz infirmo: tertia datur medicine. Si tu das tertiā infirmo sicut fit aliqñ: nona dat medicine. Et opz te cōsiderare vtrū egritudo sit vniuersalis siue particularis: quia si vniuersalis debes iudicare vniuersaliter de toto corpore: si vero particularis debes iudicare sm illud membruz in quo egritudo viget. ¶Sed si tu quereres qualiter diuerificantur domus significantes domos z medicos z infirmitates z medicinas cū iste domus debeāt esse equales imo quasi cedem: bene credo q posset ibi assignari cā: sed longum esset enarrare: nec possunt vbiq; oia disputari: vnde necesse est nobis tenere dicta philosophorum z scire q ipsi non dixerunt hoc sine causa oportet enim addiscentē credere. ¶Im modo ordinabo tibi modum iudicandi de infirmo vtruz liberetur an non: verūtamē volo q tu scias primo de hoc qō dixit çahel z quod dixerūt sequaces eius qualiter est intelligendum: qz in eo q ipse dixit q ascendens significat medicum dixit hac de causa: quia egritudo significat per septimam z medicus est inimicus egritudinis: vnde cum prima sit inimica septime que significat infirmitatem recte datur prima medico cuz ipse sit inimicus ifirmitatis: z in hoc significatur medicus per primā: qz sm q prima domus fuerit fortunata ita proficiet infirmo cura medici: z sm q fuerit infortunata: ita nocebit ei cura illius medici. Et ob hoc dixit Zahel q prima datur medico hoc q ipse dixit q decima datur infirmo non fecit alia de cāz nisi qz significatur per decimam vtrum infirmus sit

obediens medico: q; si bene obedierit erit ei iuuamẽ aliquod: ⁊ hoc scick per planetã qui fuerit inuentus in decima: q; si fuerit bonus erit infirmus obediens ⁊ illa de cã poterit melius curari. Septimam dedit infirmitati. q; per septimã scick vtrũ egritudo sit breuis vel longa: nam si fuerit ibi fortuna cito liberabitur ⁊ specialiter si ꝫ ibi dignitatẽ. Et si fuerit ibi malus q non sit bene dispositus inualesceret egritudo in infirmum. Quarta medicine: quia per quartam scitur vtrum medicina sit valitura egro an non: ꝑm q ipsa fuerit bene vel male disposita: nam si fuerit ibi fortuna valebit medicina infirmo. Si vero fuerit ibi malus qui non ibi habeat dignitatem. s. domuz vel exaltationem vel duas de aliis dignitatibus minoribus erit medicina potius ad damnũ egri q̃ ad eius vtilitatem. ¶ Sed alio modo ⁊ directa linea vt sciatur vtrum eger liberetur an non: prima datur infirmo ⁊ eius dominus ⁊ luna: ⁊ sexta datur infirmitati si fuerit infirmitas noua que non transcenderit annum. Si vero fuerit egritudo vetusta que habuerit plus vno anno datur ei duodecima vt dictuz est. Debes etiam videre vtruz significator infirmi sit de planetis qui habent amicitatẽ cum significatore medici vel medicine vel infirmitatis per quãcunq; domum significantur medicus vel infirmus vel medicina vel infirmitas: q; si significator medici fuerit de illis planetis qui diligunt significatorez infirmi erit medicus vtilis ifirmo. Si significator medicine fuerit de illis sitr qui diligunt significatorez infirmi erit ei vtilis medicina illius medici. Similiter si fuerit significator infirmitatis de illis minus nocebit ifirmitas. Sed si significator medici fuerit de inimicãbus infirmo nõ proficiet medicus nec eius medicina imo nocebit ⁊ cõtraria erit ei. Et ille qui fuerit de amicis proderit: ⁊ ille qui fuerit de inimicis nocebit ⁊c. Et si omnes fuerint de amicis omnes proficiẽt: ⁊ si oẽs fuerint de inimicis omnes nocebunt. Et si fuerit iũctus significator medici vel luna cuz dño septime inimicabitur egritudo. Et si fuerit iũctus cum dño sexti prolungabit plusq̃ videak debere esse. Et vltimo tamen in casu euadet ⁊ liberabit infirmus. Considerabis etiam vtrum significator egritudinis sit in aliquo de gradib⁹ açemena ⁊ fuerit in duodecima vel vel in octaua ⁊ aspexerit eum aliquis malorum: quoniam significat q; nõ liberabitur eger ab egritudine illa quin remaneat aliqd impedimentum in mẽbro deputato illi signo cuius fuerit gradus açemena. Et est ibi inquirẽdũ ab infirmo vel ab alio qui sciat iudicare tibi tempus egritudinis: quoniaz si egritudo fuerit pluriuz annorum non cito liberabitur eger.

¶ Capitulum secundum de infirmo vtrum euadet.

SI aliqs infirmus a te quesierit vtrũ liberet ab infirmitate an non: aspice ascendens ⁊ dominum eius ⁊ lunam qui sunt significatores interrogantis ⁊ vide si dominus ascendentis fuerit in angulo ascendentis vel in angulo medij celi significat eius liberationem: ⁊ etiam si fuerit in septima vel in quarta ⁊ aspexerit ascendẽs significat eius liberationem: nisi ipse sit impeditus a malis ex quarto aspectu vel ex oppositione vel sit combustus vel sit cũ cauda draconis eodem minuto vel vaden ꝫ ad eam: ⁊ sit inter ipsum ⁊ caudam minus. 15. minutis sine aspectu fortune: quoniã aspectus fortune frangit malicia caude adiuuando dñm ascendentis: etiam si fuerit quadratus siue cũ receptione siue non. Sed si fuerit ex opposito cuz receptione similiter frangit illam malicia nisi ipse sit dominus octaue domus: quia tunc non adiuuat sed nocet siue fortuna sit siue malus ille qui iungitur domino ascendentis vel cui iũgitur dominus ascendentis. Si autẽ dominus ascẽdentis fuerit impeditus: aspice tunc lunam si fuerit libera a malis ⁊ fuerit in angulo ⁊ aspexerit ascẽdẽs nec aspexerit eam dominus octaue nec fuerit ei iunctus corporaliter significat euasionem ab infirmitate. Aspice etiam dominũ ascendentis vel lunam illũ scilicet per quez tu operaris ⁊ qui est fortior in significatione si fuerit supra terrã quia signũ est euasionis ⁊ maxime si aspexerit ascendens vel iungat planete qui aspiciat ascendens ⁊ reddat lumen dñi ascendẽtis lune vel ad ascẽdẽs nec sit dño ascẽdẽtis vel luna iũcti planete existẽti subterra tũc significat liberationẽ nisi mala cura vel mala custodia faciat contrarium: quia ne oũ infirm⁹ sed sanus posset se male tractare si vellet dicens ego faciam ita q; iste astrologus mentiet faciendo contrariuz eius quod facere deberet: verũtamẽ ex quo tu fuist⁹ es officio tuo qui sentit culpa sua damnum sibi imputet. Si autez dominus ascendentis vel luna furit subterra videlicet in secunda vel tertia vel quarta vel quinta vel sexta nec fuerit iunctus aliquis eoruz planete existenti supra terram significat eius mortem. Si autem planeta fortuna cui iungit dominus ascendentis vel luna qui significat euasionez infirmi fuerit retrogradus significat prolongationem egritudinis: ⁊ eo fortiꝰ ⁊ prolixius si fuerit cadens ab angulo tamen postea liberabit. Si vero ille planeta cui iungit dominus ascẽdentis vel luna ⁊ cui ipsi committit dispositionem intrauerit in combustionem significat mortem infirmi. ¶ Preterea si fuerit dominus ascendentis significator. s. q; ipse sit ita fortis q; significatio attribuat ei priusq̃ attribuatur lune ⁊ fuerit iunctus alicui malo planete existenti subterra significat mortem eius. Si autem dominus ascendentis fuerit impeditus vt dictum est ita q; non posset esse significator infirmi: sed deueniat significatio ad lunam vide etiam si ipsa fuerit supra terraz que si fuerit iuncta malo planete existenti sub terra significat mortem illius infirmi. Similiter si luna fuerit iuncta domino ascẽdentis ⁊ ipse fuerit velox cursu ⁊ fuerit descendẽs ab auge sua vsq; ad medium ecentrici vel a lõgitudine lõgioꝛ ad stationem primam quod accidit ei quando argumentũ est. a. 15. gradibus ad duo signa ⁊. 15. gradus tunc significat q; eger ille liberabitur cito ⁊ cito reassumet vires corporis sui. Et si inueneris lunam vel dominum ascendentis iunctum cum saturno significat prolongationem egritudinis etiam si fuerit egritudo noua: si vero fuerit antiqua significat eius longam diuturnitatem. Et si dominus ascendentis fuerit subterra ⁊ luna fuerit iuncta planete in tertia vel sexta vel nona vel duodecima qui iam sit cadens ab angulo significat mortez infirmi. Similiter si dominus ascendentis fuerit iũctus domino octaue domus ⁊ luna fuerit alias impedita vel luna fuerit iũcta domino octaue domus ⁊ dominus ascendentis fuerit impeditus significat mortem illius infirmi. Hoc tamen attendendũ videto q; si dominus ascendẽtis recipiatur a domino octaue domus ⁊ ipse dominus ascendentis non recipiat dominũ octaue: q; non significat mortem: sed significat egritudinem timorosam valde: sed nõ periclitabitur infirmus nisi per errorem. Si autem oẽs ascendentis vel luna receperit dominum octaue domus significat mortem.

Videbis etiam vtruz significator infirmi vel luna in
ueniatur in nona ab ascendente questionis: quoniã
tunc reddit eum dubiũ: ita q̃ leui errore posset peri-
clitari: qñ vt q̃ vadat ad sepulturã. Si aũt inuene
ris in nona a domo per quã ipse significat significat
q̃ reddat cũ itez magis dubiuz. Et si fuerit luna vel
alius planeta q̃ transferat lumen dñi ascendentis ad
dñm octaue significat vltimatuz timorem infirmi z
q̃ paruissimus error comedẽdi siue diete faciet egrũ
periclitari z vix erit q̃ ipe euadet erat tũ possibile q̃
euadat per optimã curam z optimã custodiaz tam
astantiũ q̃z infirmi: z ẽt medici z obedire ipsius infir
mi medico. Si aũt fuerit dñs ascendẽtis in octaua z
fuerit receptus a dño octaue nec ipse receperit euz si-
gnificat ẽt liberationẽ post desperationẽ: sed si recepe
rit eum dñs ascendẽtis significat mortez. Si aũt dñs
octaue fuerit põderosior q̃z dñs ascendẽtis z dñs ascẽ
dentis iungat ei cum receptione: ita q̃ dñs ascenden
tis recipiat dñm octaue significat mortem. Si autez
fuerit ꝓiunctio dñi ascendentis cum dño octaue z il
la coniunctio fuerit a trino vel sextili aspectu signifi
cat ẽt mortem siue recipiat dñs ascendentis dñz octa
ue siue nõ. Si fuerit dñs ascẽdẽtis in aliquo angulo
rum significat mortem sed nõ in cõtinenti sed signi-
ficat eam qñ dñs octaue peruenerit ad graduz ascen-
dentis. Qõ si tunc nõ fuerit erit qñ dñs octaue perue
niet ad gradũ in quo erat dñs ascendentis hora que
stionis: vel si fuerit dñs ascendentis dñs octaue erit
qñ peruenerit ad gradũ in quo erat dñs octaue hora
questionis. Similiter si luna vel aliqs alius planeta
transtulerit virtutẽ seu lumen dñi ascendẽtis ad do-
minũ domus mortis z ipse dñs domus mortis fue
rit fortis vel fuerit in angulo z dñs ascendentis fue
rit cadẽs ab angulo vel fuerit in dispositiõe domus
sue vel exaltationis sue significat mortez: sed qñ non
fuerit cadens ab angulo ꝑz sit in oppositione domus
vel exaltatiõis sue si fuerit receptus nõ significat mor
tẽ. Et si dñs octaue domus fuerit in ascendẽte z dñs
ascendẽtis z luna fuerint impediti significat q̃ egri-
tudo illa augmẽtabit multũ z erit infirmus in peri-
culo mortis tñ euadet ꝑz vix cum bona tñ custodia z
cautela sicut dictũ est. Similiter si dñs ascendentis z
luna fuerint impediti z ille cui dñs ascendẽtis vel lu
na coniunxerit dispositionẽ suam fuerit impeditus signi
ficat mortẽ. Si vero solus receptor dispositionis q̃ est
planeta põderosus cui iungit dñs ascendẽtis vel lu
na fuerit impeditus significat prolongationẽ egritu
dinis: z hoc accidet q̃: recidiuabit infirmus: ppea q̃
non curabit nec bñ seruabit debitaz dictam z q̃ ad
herebit ꝑfitijs stultoꝝ z male ꝑsulentium ei. Simili
ter si dñs ascendẽtis fuerit subterra z fuerit iunctus
dño octaue in quarta vel fuerit supra terraz z fuerit
iunctus dño octaue in octaua vel de octaua significat
mortẽ si dñs ascẽdẽtis recepit dñm octaue: si aũt non
receperit eũ ꝑz dñs octaue recepit dñm ascẽdẽtis gra-
uabit egritudo illa multuz z erit in periculo mortis tñ
liberabit cũ auxilio sibi exhibito. Silr si dñs ascñtis
nõ aspererit dñm octaue nec ipse eũ: sed transtulerit
lumẽ inter eos aliqs pla z dñs ascñtis fuerit cadens
ab ascñte: z dñs octaue fuerit in aliquo angulorum
qñ ei⁹ fortitudo in angul' est pessima significat egrũ
morituꝝ ex egritudine illa. ¶ Et dixit Zael q̃ si dñs
ascñtis fuerit cõbustus z fuerit de supioꝝb⁹ z fuerit
añ solẽ .12. g̃. vel minus vel post solẽ .4. g̃. vel minus
vel fuerit de inferioꝝb⁹ z fuerit añ solẽ .3. g̃. vel min⁹
vel fuerit post solẽ .14. g̃. vel minus significat mortẽ
infirmi nisi forte dñs ascñtis sit receptus q̃ tãc signi
ficat euasionẽ post desperationẽ z forte videbit mor
tuus cũ nõ sit: z possibile est vt credat mortuus z sub
terret viuus. Si aũt planeta põderosus cui dñs ascẽ
dentis cõmittit virtutẽ seu dispositionẽ suam fuerit
liber ab impedimẽtis nec sit cadẽs ab angulis nec ab
ascendente nec cõmiserit dispositionẽ quã cõmisit ei
dñs ascendẽtis alteri planete: z luna silr fuerit libera
ab ipedimentis significat q̃ eger liberabit ẽt sine ma
gnis curis medicoꝝ. ¶ Et dixit qdam ex cretanis
viris q̃ cũ pars infirmitatis fuerit a principio ascen
dentis vsq̃z in finẽ quarte domus significat cãm egri
tudinis de rẽ ꝑterita. Cũ fuerit a principio gnte vsq̃z
in finẽ octaue significat eã de cã presenti. Cuz fuerit a
principio none vsq̃z in finẽ duodecime significat eaz
de cã futura. ¶ Ad esse qdem egritudinis vtrũ sit du
rabilis an nõ aspice domũ sertam que est domus in
firmitatũ: z vide si est signũ fixum figet infirmitas z
manebit in suo esse z non trabit ad aliã. Si vero
fuerit signuz mobile mutabit illa egritudo facile ad
aliam. Si vero fuerit signum cõe alleuiabit illa infir
mitas vna vice z alia aggrauabit. ¶ Ad sciẽdũ vtrũ
egritudo sit antiqua vel nona aspice lunam z vide a
quo planeta ipsa fuerit separata: si qdem fuerit separata
a planeta orientali erit egritudo nouella: si vero fuerit
separata a planeta occidẽtali erit egritudo antiqua: si
tu inueneris q̃ egritudo sit antiqua cõditionibus p̃
missis duodecimã considerabis: z iudica p ipsam de
esse egritudinis sicut iudicasti iuplus de egritudine
nouella per dñm sexte domus. Aspice silr in libera-
tione ab egritudine q̃: si luna iungit planete orienta
li significat q̃ egritudo posset cito curari. Si vero iũc
ta fuerit planete occidẽtali curabit egritudo illa tar-
de z cum grauitate. Qõ si nulli planete fuerit iuncta
muta eaz de signo in quo est ad aliud z vide cui pla
nete primo iunget post exitũ a signo in quo est vtrũ
iungat planete orientali vel occidẽtali z ꝑm illuz cui
iungit iudica de velocitate vel tarditate liberatiõis
egritudinis. Et oia hec fient melius z velocius si ali
qua fortuna asperexerit dñm ascendẽtis z ipse domi-
nus ascendẽtis nõ fuerit cadẽs ab ascendente nec ab
ab angulo. Vide similiter ne aliqs malox iungatur
dño ascendẽtis vel ipse illi corpaliter vel ab oppoſi-
tione vel a quarto aspectu: qñ infortunat euz z vix
aut nunq̃ permittet egrũ euadere: si ille malus rece
perit dñm ascendẽtis euadet infirmus z vix si autez
nõ receperit timeꝰ tunc ne nõ euadat imo nõ libera-
bitur. Cõsidera ẽt lunã que si fuerit iũcta planete ve-
locis cursus z ipsa sit velox cursu significat q̃ eger ci
to liberabit. Si aũt fuerit iũcta planete retrogrado
significat ꝓlõgationẽ egritudinis z eius diuturnita
tem. Si aũt fuerit iuncta planete tardi cursus signi-
ficat prolongationẽ z aggrauationẽ egritudinis: ita
q̃ vix euadet infirmus: z potius videtur q̃ moria-
tur q̃z q̃ euadet.

¶ Capitulum tertiuz de diebus creticis z crisi bona
vel mala in egritudinibus.

PReterea debes videre locũ lune in hora q̃stio
nis siue in principio egritudinis si habueris
principium eius z prospice vbi erit luna in septima
die ab initio egritudinis vel questiõis z vbi sit simi
liter in decimaquarta die z vbi erit in vigesimapri-
ma die: z vbi erit in vigesimaoctaua die: q̃z si fuerit
bene disposita in aliquo illoꝝ dierum alleuiabitur
tũc infirmus z melius videbit esse sibi: z fiet crisis ad
bonum nisi mali impediant corporaliter vel ab op

positiõe vel quarto aspectu sine receptiõe. Et si in ali quo illoꝝ dieruꝫ fuerit impedita ꝛ male disposita si gnificat ꝙ tunc aggrauabit infirmus ꝛ pciꝰ erit ei ꝛ spāliter si fuerit tūc in ꝯiunctiõe dñi sexte domus: qꝛ tūc dubitabit de infirmo. Si vero fuerit ille ma lus qui impedierit dñs. §. morietur tunc infirmus.

¶ Preterea vide in quo die de alijs diebus ꝑter su pradictos luna fuerit iuncta alicui bono planete in illo die alleuiabit infirmus ꝛ gesset ꝛ salubꝛius erit ei. Et ex hoc fit ꝙ aliqñ supꝫuenit crisis infirmo ad bonum in die qua non credit nec vꝫ debere fieri. Et vide in quo de alijs diebus ꝑter ꝓdictos luna iuerit ad ꝯiunctionem coꝛporalē maloꝝ vel eoꝝ oppositio nem vel quartū aspectū: qꝛ in illo die aggrauabitur magis infirmus: ꝛ spāliter si iungat cū dño sexte do mus: ꝛ si venerit crisis erit potius ad nocumentū q̄ ad salutē: ꝛ maxime si accideret ꝙ iungeret cuꝫ dño. 8. domus qꝛ tūc posset esse crisis ad mortē potius q̄ ad vitā. Et in hoc decipiunt qñq; medici: qꝛ cū predi xerint crisim futurā in die cretico ꝫm medicinā eue nit crisis aliter q̄ ipsi dicant: qđ accidit propter cōiū ctione lune cū planetis in illis diebus vñ vilipendū tur medici a laycis qꝛ fallunt in suis pronosticationi bus nec sunt tñ reprehendendi. ¶ Dies aūt supradi ctos oportebit te inuenire: ita qꝛ si tu vis scire diem septimā a die egritudinis vel a die questionibus oꝛ te considerare in quo gradu erat luna hora questio nis seu principij egritudinis: ꝛ addere desup. 90. gra dus alios ꝛ habebis die septimā proijce tūc illos. 90. gradus a gradu lune ꝛ in quo signo fuerit finis numerus ibi erit luna in illo gradu: vel poteris equare ꝫm tabulas ꝛ inuenik idez locus. Tunc vide qđo ꝛ a gbus aspiciat ꝛ ꝫm aspectū bonoꝝ vel maloꝝ planetaruꝫ ad lunā iudica de bono vel de malo infirmi.

¶ Ad inueniendū. 14. die a die questionis vel prin cipij egritudinis addes sup locū lune prius habitū. 180. gradus ꝛ proijce eos a gradu in quo erat ꝛ vbi ceciderit numerus ibi erit locus lune in. 14. die a die questionis seu principij egritudinis: ꝛ tūc iudica de 14. die sicut iudicasti supra de septima. Ad die vero 21. inueniendā adde sup locum lune. 270. gradus ꝛ proijce a loco lune supradicto ꝛ vbi ceciderit nume rus ibi erit locus lune in. 21. die a die questionis vel principij egritudinis. Vide tūc aspectū planetaꝝ ad lunaꝫ ꝛ iudica ꝫm ꝙ iudicasti de die septima. ¶ Ad inueniendum diem. 28. adde super locum lune. 360. gradus ꝛ habebis locū lune hora questiõis vel egri tudinis ꝛ tūc iudica vt supradictū est de. 7. die. Et sci to qꝛ in oibus istis diebus semp q̄ cunq; luna vene rit ad bonos planetas eger tūc alleuiabit ꝛ q̄cunq; venerit ad malos tunc grauabitur.

¶ Capitulum. 4. vtrum aliquis absens infirmabit

Et si sollicitet aliqs de aliquo absente vel quo uis alio vtrū sit infirmus an nō vide cuius cō ditiõis sit ille ꝙ querit ꝛ ille de quo querit ꝛ ꝫm illud iudica. ſ. vtrū ꝙrat de fratre vel de pre vel filio vel ser uo vel vxore vel socio seu inimico vel epo vel alio re ligioso vel rege seu alio suo dño vl amico vel inimi co occulto: quoniā oportebit te dare primā querenti ꝛ quesito illā per quā significat quesitū. Aspice tūc ascendēs ꝛ dñm eius ꝛ da ipsum ꝙrenti ꝛ dominuꝫ domus p quam significat quesitum ꝛ lunā dabis q̄ sito. ¶ Si fuerit dñs domus quesiti vel luna in an gulo nō impeditus a malo significat eū esse sanum. Idem si fuerit aliquis eorum in succedenti angulū liber a malis ꝛ ab alijs impedimentis supradictis. ¶ Si aūt fuerit dñs quesiti in sexta vel fuerit domi no eius ictus coꝛporaliter vel eius oppositione vel quarto aspectu significat eum esse infirmuꝫ siue sit in domo sexta questionis siue sit in do mo sexta a domo sua siue cuꝫ eius domino ictus. ¶ Si ve ro hec impedimenta supradicta nō affuerint dic eum non infirmari. ¶ Et dixit magr ꝙ si dñs ascendentis ꝛ luna fue rint vacui cursus ꝙ debes vi dere quis eorum perambula uerit plures gradus in signo in quo est ꝛ mutare illum ad aliud signum quod illi suc cedit: ꝛ aspice cui ipse primo iūgatur fortune vel malo qui si iūgitur fortune que recipiat eum significat liberationē nisi sit illa fortuna impedita impe dimentis supradictis vel sit cū ipsa dñs. 8. domus quia tunc dubitatur de morte infirmi: ꝛ maxime si dominus ascenden tis vel luna receperit dominū octaue domus sed si non rece perit eum tūc significat euasio nem ab infirmitate quasi post desperationem: videtur tamē ꝙ debeat euadē nisi error me dici vel infirmi vel astantium faciat contrarium sub tali exē plo.



¶Interrogatio cuiuscdã infirmi fuit ascendens virgo.15.gradus ⁊ decima dom⁹ gemini.15.gradus ⁊ mars in geminis.17.gradus ⁊.30.mi.⁊ luna in tauro.16.gradus.25.mi. Iupiter in tauro.9.gradus ⁊ 15.mi Sol in ariete.17.gradus ⁊.30.mi.Saturnus in ariete.10.gradus.15.mi.¶Mercurius in ariete.20. gradus.50. mi. Ven⁹ in pisce.5.gradus.37.mi.¶Et dixit q̃ aspexit ascendens ⁊ dñm eius ⁊ lunã ⁊ ceteros planetas ⁊ angulos ⁊ alias domos:⁊ erat mercurius qui erat dñs ascẽdentis vacuus cursus.ſ.nemini iunct⁹ ⁊ luna silr vacua cursu nemini iuncta. ¶Significant ergo dominus ascendentis ⁊ luna per euacuationem cursus eorum ꝓlongationẽ infirmitatis illius ⁊ eius grauitatẽ:vnde ipse mutauit lunaz a signo in quo erat videlicet de tauro ad'geminos. Et ideo mutauit lunã ⁊ nõ dñm ascẽdentis:q: ipsa pambulauerat plures gradus de signo in quo erat q̃z mercurius dñs.ſ.ascẽdentis de suo:⁊ postq̃z ipsa intrauerat geminos fuit primo iuncta veneri que erat in pisce q̃z alicui alteri planetaꝝ ⁊ cõmisit illi dispositionẽ suaz: ⁊ venus iungebat iouí ⁊ recipiebat eum de domo sua.ſ.de tauro ⁊ iupiter recipiebat venerem de domo sua similiter videlicet de pisce:nec cõmittebat iupiter dispõnem alicui q̃m non iungebat saturno ipse.n.nõ iungit alicui planetaꝝ nisi saturno qui est ponderosior eo:alij vo iungunt ei omnes q: sunt leuiores eo. Et illa ꝓiunctio quam faciebat venus cum ioue mutua receptione significabat q̃ infirmus ille debebat liberari ab egritudine illa: tamen esset infirmitas in augmentatione donec ficeret coniunctio veneris cum ioue gradu p graduz ⁊ ipsa transiret eum p vnuz minutum:⁊ videbat q̃ esset egritudo in augmentatione duob⁹ diebus ⁊.15. horis fere dando vnicuiq; graduí vnum diez ⁊ omnibus.5.minutis duas horas q̃m erat inter eorum pfectã ꝓiunctionem.2.gradus ⁊.38.minuta abinde in antea icipit infirmus alleuiari.¶Et dixit q̃ fuit ille infirm⁹ qui quesiuit de statu suo ⁊ non cessauit eius infirmitas augmẽtari donec fuit completa cõiũctio veneris cũ ioue gradu p gradũ incõtinẽti q̃ fuit venus sepata a ioue p vnum minutũ incepit infirmus alleuiari ⁊ incepit quiescere ⁊ diminutus est dolor eius.¶Et dixit idez phs q̃ si ven⁹ esset iuncta marti ⁊ nõ iouí q̃ moreret infirmus nisi mars qui erat dominus domus quarte reciperet venerem ⁊ ipsa non reciperet eum:quia si ipsa reciperet martem videretur q̃ infirmus ille reciperet mortez ⁊' moreret: quoniaz mars haberẽ significare rem de qua est questio videlicet mortem:quoniam dominus ascendẽtis vel luna semper quãdo iungunt ambo vel vn⁹ eorum dño rei quesite, perficit res illa de qua fit interrogatio:maxime si receptio interueniat:iudiciuz enim mortis non est ex toto sicut iudicium aliaruz rerum, quia si dominus ascẽdentis vel luna iungit dño octaue domus sine receptione significat mortez nisi dñs octaue domus recipiat dominum ascẽdentis vel lunam:⁊ dominus ascendentis non recipiat eum neq; luna. Sed si dñs ascendentis vel luna recipiat dñm octaue significat mortem siue dominus octaue recipiat dominum ascendentis vel lunaz siue non.¶Mors enim non est sicut sunt alie res quia quando significat mors non aspicit vtruz mutetur res postquã euenerit an non:nullus enim significator:um potest mutare vel destruere mortez postquã peruenit in actuz.Sed alie res mutant ⁊ destruunt: aliquãdo etiam postq̃z fuerint pfecte. Nam quãdo dñs ascẽdentis vel luna iungunt dño rei quesite vel dñs rei quesite iungit dño ascẽdẽtis significat effect⁹ rei illius. Sed licet pficiat aliquãdo sicut superius dixi tibi:postea domin⁹ rei q̃site iungit malo impedienti eũ cui ipse cõmittat dispositionẽ destruit res postq̃z fuerit pfecta: sz in morte nõ põt hoc accidere q̃ destruat postq̃z fuerit pfecta: qm̃ ipsa soluit oẽm qõnem:⁊ est ei⁹ inia talis a qua non põt appellari. De sanitate aũt seu liberatione nõ est ita:q: si planeta aliquis significauerit liberationem infirmi ⁊ postea fuerit iunct⁹ malo planete qui impediat eum ⁊ cõmittat dispositionẽ suaz illi destruet res postq̃z videbit directa q̃ debeat pfici.ſ.liberatio infirmi. Vñ ille qui videt debere liberari põt mori postq̃z videbit debere posse euadere sed ille qui est moriturus nõ potest reuiuiscí post mortem quicquid receptor dispõnis videat postea significare. ¶Considerabis etiã dñm domus significãtis infirmum in qua pte figure inueries ipm vtrũ.ſ.in prima quarta seu in secũda seu in tertia siue in quarta ⁊ opare p ipm. Quẽ si inueneris in prima.4.figure significat eũ q̃rere de egritudine que iaz fuit. Si aũt fuerit in secũda q̃rta significat eũ q̃rere de egritudine que nunc est. Si vo fuerit in tertia quarta significat eum q̃rere de egritudine futura vel de recidiuatione:qm̃ significat eũ recidiuaturꝝ. At si fuerit in vltima q̃rta significat eum querere de egritudine cronica.ſ.que iaz fuit ⁊ nunc est ⁊ in antea futura seu duratura est:⁊ eo certius si fuerit iunctus cũ aliquo ex dominis signoꝝ alicuius illaꝝ quartaꝝ in sua quarta.

¶Capitulum.5.vtrum seruus liberetur a seruitute an non.

IN pcedenti capitulo dictũ est de infirmo vtꝝ liberet ab infirmitate an non. Restat nũc dicendum in isto capitulo de seruo vtruz liberet a seruitute an nõ: nec incassum qm̃ seruitus prauissime egritudini cõparat:nõ est enim egritudo que posset dici deterior:illa que semp vbiq; ⁊ idifferẽter atq; cõtinue affligit:nulla egritudo enim est quin aliquali affligat interuallo vel aliquali quiete pter seruitutez in illa enim interuallũ vel quies non iteruenit. Vñ si pro seruo tibi questio aliqua moueat:vt si seruus dicat absolute vide si liberabor a seruitute an'nõ:tũc prima dat seruo ⁊ dominus ascẽdentis ⁊ luna simíliter:decima vero dat domino eius qualiscũq; fuerit domin⁹:etiã si sit alias vilis ꝑsona:aspice tũc dominum ascendentis pro seruo ⁊ vide si ipse sit iunct⁹ domino decime domus ⁊ sit ꝓiunctio pfecta siue sit corporalis siue aspectualis qualiscũq; fuerit aspect⁹ siue cum receptione siue sine receptione: ⁊ sit cõiunctio completa gradu p gradum ⁊ minuto p minutum:dic q̃ liberabit a seruitute illa ⁊ leuiter ⁊ in breui. Si vero fuerit sepat⁹ domin⁹ ascẽdẽtis a dño decime dom⁹ p vnũ minutũ vel p plus significat hoc q̃ iam sit liberat⁹ a seruitute. Si vo non fuerit de dño ascẽdentis qõ dixi tibi aspice tunc significatricẽ videlicet lunã ⁊ iudica ꝑm illud qõ dixi tibi de dño ascẽdentis. ¶Si quidem nõ fuerit de dño ascendentis neq; de luna quod dixi tibi.ſ.q̃ neuter eorum sepet a dño decime dom⁹:aspice iterꝝ eos:⁊ si inueneris eos vel alterꝝ illorum iunctum cũ sole vt dictũ est cũ domino decime vel ab eo separatũ ꝓditionib⁹ ꝑmissis idem iudicabis de ipsis cum sole quod iudicasti cũ domino decime. ¶Si vo interrogatio eius fuit determinata ⁊ nõ absoluta vt si dicat liberabor a seruit

tute domini mei in qua suz siue egrediar de potesta te sua siue nō: aspice tūc dōm ascēdentis z vide si ipse fuerit cadens ab angulo z non aspexerit ascendens: nec fuerit iunct⁹ planete in angulo nec qui aspiciat ascendens: vel fuerit in tertia vel in nona vel fuerit iunctus planete in eis dic q liberabit a seruitute illa z cribit de potestia domini sui: q si nō fuerit ita de domino ascendentis si fuerit de luna illud idem iudicabis. ¶Si vō fuerit dominus ascēdētis vel luna in ascendente vel in decima vel quarta vel septima vel fuerit aliquis eorum iunctus alicui planete in eis nō liberabit si ille cui iungit dōs ascēdētis vel luna fuerit directus. ¶Si vō fuerit retrogradus significat liberationez sed cū tarditate atqz labore maximo z involutione atqz dilatione. ¶Si aūt fuerit dōs ascēdētis impedit⁹ in ascēdēte vel in decima vel septima vel in q̄rta p ꝓiunctionē corporalē alicuius mali planete vel p ei⁹ oppositionē vel q̄dratū aspectum: aut si ingredit in cōbustionē nō liberabit a seruitute illa nisi p mortem que soluit oēm laqueuz solutione prava.

¶Capl'm. 6. vtrū dōs alienet seruū.

SI quid est seru⁹ aliq̄n sperās vel forte timens ne dōs suus vendat vel alio mō alienet eum quesierit dicēs dōs meus apud quē suz est mihi bonus vel alter ad quem sum iturus est mihi melior aspice tūc dōm prime domus qui si fuerit iunctus alicui planete qui recipiat eum de signo in quo est p domū vel exaltationē vel p duas de aliis dignitatibus minoribus: nec dominus septime fuerit receptus ille apud quem est z in cuius potestate seruus est ei melior. ¶Si vō dominus septime fuerit receptus ille ad quez sperat ire est ei melior. ¶Preterea considera dōm ascendentis z lunā: z vide a quo separat aliquis eoz: z vide cui iungit si separat a fortuna z iungit malo ille cuz quo est ei melior. ¶Si vero separet a malo z iungit fortune ille ad quē intendit ire est ei melior. ¶Si autez sepet aliquis eoz dōs. s. ascendentis vel luna a fortuna z iungat fortune vterqz erit ei bonus: sed si fuerit esse vnius fortune melius q̄ esse alterius ꝑm illud iudica. ¶Si vō sepat a malo z iungit malo vterqz erit ei malus ꝑm q̄ vnus q̄qz illorum fuerit dispositus. ¶Et si nō inueneris q̄ dōs ascēdentis vel luna iungat alicui planete si fuerit vterqz vacuus curſu vide signū in quo est ipse. s. dōs ascēdentis vel etiaz luna si habet in eo dignitatē maiorem q̄z in septima vel in secunda domū. s. vel exaltationē vel terminum vel triplicitatem vel faciē dōs cuz quo ipse est erit ei melior. ¶Si vō habuerit maiorē dignitatē in secūda vel in septima q̄z in signo ascendente alter dominus est ei melior q̄z primus.

¶Capl'm. 7. de seruo emēdo vel de quocūqz paruo aiali vel ancilla.

DIctū est de seruo vtrum liberet a seruitute an nō. Restat dicendū in hoc capitulo de seruo emendo: z cum dico de seruo potes idem intelligere de quolibet aiali paruo qđ nō equitat z significat p sextā domū. Unde si aliquis sollicitabit circa seruū z voluerit ipm emere z fecerit tibi questionē vtruz cōpleat ei emptio illius serui quem emere intendit an nō: aspice dōm ascēdentis z significatricez que est luna qui sunt significatores interrogantis: z vide si fuerint iuncti ambo vel vnus eoz dōo sexte domus vel dōm sexte domus dōo ascēdentis: aut si inueneris aliquē planetam qui transferat lumen iter dōm ascendentis z dōm sexte: dic ei q acquiret seruuz de quo ipse querit seu animal de quo ipse interrogat z quod significat p sextam domū. ¶Si vō nō inueneris dōm ascēdētis iunctū dōo sexte vel lunam vel econtra: nec inueneris planetam qui trāsferat lumē inter eos nō acquiret seruū seu aial de quo ipse dicit. Si aūt fuerit interrogatio de ancilla emenda dixit sarcinator q tu debes tunc ponere duodecimā pto ancilla. ¶Arastellus vō dabat sextam tam ancille q̄z seruo. Intentio vō arastelli erat quando fiebat mentio de ancilla simpliciter prout ipsa erat de capitulo seruoꝝ. Intentio vō sarcinatoris erat put ancilla esset vxor serui quez intēderet aliquis emere q̄n si sexta significat seruum eius opposita significat vxorem serui que est duodecima: z sic vtriqz benedixit. Unde si fiat questio de ancilla put ipsa est de genere seruoꝝ ita potes ei dare sextam sicut seruo. Si vō querat de ipsa prout ipsa est vxor serui de quo fit questio tu potes ei dare duodecimā. ¶Potes etiam dare illi duodecimā alia de causa vz q̄n aliqs petit ab aliquo ancillam prima dat queretī septima dat illi a quo petit ancilla: sexta a septima que est duodecima a prima dat ancille illius a quo ipsa petit z etiā p illū eūdē modū posses tu dare. 12. seruo. Un si fiat tibi q̄stio de ancilla z fuerit q̄stio absoluta sicut dixi tibi supius in liberatione serui tūc dabis ei sextam. Si vō fuerit q̄stio de ancilla put ipsa est vxor serui tūc dabis ei. 12. Et si inueneris in p̄ma ꝑditōe dōm ascēdētis vel lunā iungi cū dōo sexte vel dōm sexte cū dōo ascēdētis dic q adipiscet ancillā de qua dicit. Siqdē inueneris in scā ꝑditione dōm ascendentis vel lunā iungi cum dōo. 12. vel dōm. 12. cū eis iudica illud idem. Silr si aliquis planeta transtulerit lumen inter eos significabit adeptionem illius sicut dixi tibi de seruo.

¶Capl'm. 8. vtrum dominus adipiscat bona serui vel ancille.

IN hoc capitulo restat dicere vtrū bona serui puentura sint ad man⁹ dōi eius an non: fuit enim defunctus gdaz seruus cuiusdā viri q̄siuit ille cui⁹ fuit seruus vtrū esset adepturus reliquias illi⁹ serui: vide si fiat tibi talis questio: tu debes tūc aspicere dominū ascēdentis z lunā z videre si ipsi ambo vel alter eoz mī iungat dōo. 7. domus que habet significare substātiā serui q̄n ipsa est scā a sexta que significat seruos z. 7. substantiā eoz dic q acquiret ille dōo substantiam quesitam. s. que fuerit serui sui: z illud idem dic si dōo. 7. fuerit iunctus dōo prime domus. Silr si dominus ascēdentis vel luna fuerit in septima vel si dōs septime fuerit ibi ascēdente vel etiam in secūda: sed illud non est ita tutū: q̄n si esset tunc impedit⁹ dōs secūde vel recipet eum dōs septime nec dōo secūde recepit eum posset dōo patī detrimentuz in sua substantia causa recuperandi substantiam serui. Similiter si aliquis planeta transferat lumen inter dōm ascendentis z dōm septime adipiscetur dōs substantiam serui p man⁹ alicuius qui itro mittet se de illa.

¶De septima domo.

¶Capl'm primū de ꝓiugio vtrum ꝑficiat aut non. Et si fuerit ꝑfectū quo erit: z si nō fuerit ꝑfectuz quid impediet q̄ non ꝑficiat.

SI fuerit ibi facta q̄stio de mrimonio vtrū ꝑficiat an nō: z si dz ꝑfici z volueris scire q̄ez modū ꝑficiet: z si nō debeat ꝑfici z volueris scire cām que impediet illud vt nō ꝑficiat: aspice tūc ascendens

z dñm eius z lunam qui sunt significatores querentis z septimā z dñm eius qui sunt significatores q̄siti quoniam ita bene potest mulier querere de viro sicut vir de muliere z vide qualr z quō se aspiciant. Si q̄dem dñs ascēdentis vel luna fuerit iunct⁹ corporalr dño septime si fuerit vir qui querit adipiscet mulierem: si fuerit mulier que querit adipiscet, virū z pficiet mrimoniū. Si vō aspexerint se a trino⁹ vel sextili aspectu pficiet silr mrimoniū siue cū receptione siue sine receptione sit ille aspect⁹ seu ꝯiunctio corporalis. Si vō fuerit aspectus ex oppositione nō pficiet nisi receptio interueniat: nec erit de eo spes. Si vero fuerit aspect⁹ quartus cum receptione pficiet licet sit in eo aliqua dilatio. Si autem fuerit sine receptione erit spes de ipso vt pficiat z credet firmiter q̄ pficiat: nec tñ pficiet nisi esset forte sicut fit aliqñ q̄ illi qui habent rem in manu q̄ possunt eam facere sint ita amici querentis q̄ faciant vnitionem tunc forte posset res pfici z vir tamen. ¶Eodem modo si dominus septime fuerit iunct⁹ dño ascēdētis predictis ꝯiunctionibus. Similiter etiā si dñs septime fuerit in ascendente complebit matrimoniū cum leuitate atq; sine importunitate z erit magis voluntas mulieris q̄z viri si vir querat. Si vero mulier querat erit magis voluntas viri q̄z mulieris. Si aūt non aspexerint se significatores sed erit aliquis planeta qui transferat lumen inter eos fiet res per manus quorundam qui se intromittent de re illa: z vide cuius domus sit dominus ille planeta qui transferat lumen inter eos quia per illum qui significat per illaz domuz fiet res. Et si fuerit planeta masculinus erit vir: si fuerit femininus erit mulier. Deinde prospice planetam qui transfert lumen seu dispositionez iter dñm ascendentis z dñm septime vel cui ipsi cōmittunt dispositionem dñs. s. ascēdentis vel luna z dominus septime si fuerit liber ab impedimētis q̄ nō sit retrogradus neq; combustus neq; cadens ab angulis vel ab ascendente: nec sit obsessus a malis nec in eorum oppositione vel eorum quarto aspectu sine receptione q̄ si sic fuerit dic q̄ res illa pficiet z durabit: si fuerit fortuna ille receptor dispositionis seu translator luminis z fuerit liber ab impedimentis supradictis durabit matrimonium in bono esse z tranquillo z vtili z benigno. Si vero fuerit malus licet inueniat liber ab impedimentis supradictis z licet significet perfectionem matrimonij z eius durabilitatem tamen erunt inter eos plures contentiones z plures altricationes z plura iurgia licet non semp. Et erunt susurrationes ille magis ex parte illius cui⁹ significator fuerit malus siue viri siue mulieris sit significator ille malus: z forte ad celebrabit diuortium inter eos occasione illarum susurrationum. Si vō fuerit ille receptor dispositionis vel trāslator luminis i fortuna z malus destruet res postq̄ credet z putabit directa: z destruet destructione mala ita q̄ surgent inde maliuolentie z contentiones atq; inimicicie. Si vō fuerit fortuna z fuerit impedita impedimētis supradictis vel aliquo ipsoz itelige in quolibet casu non pficiet res etiaz postq̄ putabit directa sed nō surgent inde inimicitie neq; cōtentiones. Et si surrexerint nō erunt durabiles imo forte discendent ambe partes a ppōsito de plano z cōmuni voluntate.

¶Caplm. 7. qd erit qō impediet matrimonium.

Si vero volueris scire causaz quare fiat illa destructio postq̄ putabit matrimoniū directuz aspice tūc quis est ille malus qui impedit receptionem dispositionis significatorum viri z mulieris. ¶Si fuerit dominus secūde domus erit causa substantie querentis quia forte q̄ diceret alteri parti q̄ sit paup. ¶Si fuerit dominus tertie erit causa fratrum querentis: z si non habuerit fratres erit p aliquod de illis que significant per tertiam domum. ¶Et si fuerit dominus quarte erit causa patruz vel p aliquod de illis que significant p quartaz domū. ¶Et si fuerit dominus quinte erit causa filiorum: quia forte dicit q̄ habebit querens filios z ita remanebit res illa de causa: z si filios non habuerit erit quia nō est aptus ad habendum filios: sicut sunt aliquādo aliqui que non gignunt: z mulieres que nō concipiunt vel que transiuerunt tempus concipiendi: vel causa q̄ mulier habuerit alium virum vel erit per aliquod de his que significant p quintā domū. ¶Et si fuerit dominus sexte erit causa infirmitatis querentis: q̄ si non habuerit infirmitatem erit per aliquod de illis que significant p sextam domum. ¶Et si fuerit dominus octaue erit causa discretiōis dotis mulieris: vel forte quia morietur querēs anteq̄ pficiat matrimoniuz quod poteris ppendere si dñs ascendentis impediat a domino octaue domus vel iungat ei vel ipse illi z recipiant se inuicez sicut dicet in capitulo qñ de morte tractabit vel erit p aliquod de his que significant p octauam domū. ¶Et si fuerit dominus none erit causa alicui⁹ religiosi vel forte q̄ querens aliqñ fuit religiosus vel q̄ assumet sibi aliquem habitū alicui⁹ religionis: vel erit p aliquod de his que significant p nonaz domū. ¶Et si fuerit dñs decime erit cā regis vel potestatis vel alicui⁹ magni nobilis vel alicui⁹ officij laicalis quod euenerit querēti vel p aliqd̄ de illis que significant p decimā domum. ¶Et si fuerit dñs. 11. erit cā alicui⁹ amici qui disturbabit rem illā vel p aliquod de his que significant p vndecimā domū. ¶Et si fuerit dñs. 12. erit cā infirmitatis querēti vel qz sit de vili natione vel p aliqd̄ de his que significant p. 12. domum. ¶Et si fuerit ille planeta qui transfert lumē inter dñm ascēdentis z dñm. 7. nāl̄r malus erit detrimētū z destructio ex pte illoz q̄ se intromittunt de re illa z qui vident velle ipsam pficere.

¶Caplm. 8. qualr se habebūt simul.

Licet tetigerim tibi aliquid superius qualiter se habebunt vir z vxor erga seinuicem si pfectum fuerit matrimonium: dicam tibi tamē adhuc sup illo eodez nec est res que videat mihi diminuenda: z est vt aspicias si dominus ascendentis iungat dño septime vel dño septime domino ascēdētis a trino aspectu z cū receptione semp viuent simul dum durauerint ambo in bono z pacifico esse z ꝯcordia que nō disturbabit aliquo modo: z semp volet vn⁹ quod volet alter. ¶Si vō fuerit coniunctio a trino aspectu sine receptione vel a sextili cū receptione erit quasi illud idem: erunt tamen aliqñ iter eos alique leues contentiones seu altricationes sed neuter curabit de ipsis nec tenebit eas cordi. ¶Si vero fuerit cōiunctio a sextili aspectu sine receptione vel a quadrato cum receptione significat etiam concordiam z bonum esse inter eos: sed erunt pluries inter eos discordie z contentiones sed non erunt diu durabiles. ¶Et si fuerit luna iuncta planete in cuius domo fuerit vel in cuius exaltatione erit illud idem

Si vero fuerit aspect⁹ ex oppositione significat mul
titudinē discordiaꝝ ⁊ pctionem inter eos sepe ⁊ se
pius ⁊ diu durabilliꝰ ⁊ rarissime bñ hēbūt simul. Et
sil'r si fuerint iuncti corporal'r in vno signo ita q; fue
rit inter eos m'n⁹ gradib⁹ q̄ sit quātitas orbis vni⁹
eoꝝ illius. ſ. qui habuerit minorē orbē. ¶ Post hoc
aspice dōm ascēdentis ⁊ dōm septime qs eoꝝ fuerit
ponderosior vel fuerit in angulo: qz ille oñabilē cui⁹
significator fuerit sic hoc est si significator viri fuerit
in angulo vel fuerit magis pōderosus ⁊ significator
mulieris fuerit cadens ab angulo ⁊ magis leuis: qz
oñabilē vir mulieri ⁊ maxime si significator mulieris
iungat significatori viri. Si vō significator viri fue
rit cadēs ⁊ fuerit leuior ⁊ iungat significatori mulie
ris oñabilē mulier viro ⁊ pērit ei. Si vō nō fuerit ali
qs eoꝝ in angulo nec fuerit vn⁹ iunct⁹ alteri predña
bilē ille cuius significator fuerit ponderosior: ⁊ qcūq;
eoꝝ fuerit petens piunctionē alteri⁹ vel fuerit cadēs
⁊ alter in angulo vel in succedēti angulū ille erit sub
iect⁹ alteri siue sit significator viri siue sit significator
mulieris ille debilior nisi aliqs planetaꝝ abscindat
lumen eoꝝ vel phibeat eoꝝ piunctionē sicut dictuꝫ
est in tractatu de phibitione piūctiōis seu luminis.
¶ Sil'r si sol fuerit ipedit⁹ deteriorabit esse viri. Si
vō ven⁹ fuerit ipedita ipediet ⁊ deteriorabit eē mu
lieris. Si aūt luna fuerit impedita significabit ipedi
mentum ⁊ deteriorationē eē viri ⁊ mulieris: etiaꝫ
si cōiter vellent bñ gaudere ⁊ bñ bre simul nō pote
rūt ⁊ vt multū infortunabunt ambo. Sil'r si luna fue
rit ipedita ⁊ aspexerit ascēdens: vel fuerit aliqs malo
rum in ascēdēte erūt iter eos ptentiones ⁊ discordie
que accidēt ex pte querentis. Si vō fuerit malus in
septima accident ex pte q̄siti: ⁊ erit occasio ptentiōis
⁊ discordiaꝝ occasione significatoꝝ illi⁹ dom⁹ cui⁹ fue
rit dōs ille malus qui fuerit in ascēdēte vel in septi
ma vt si fuerit dōs secūde dom⁹ erit cā substantie si
fuerit dōs tertie erit cā fratrū: ⁊ ita intellige de oib⁹
aliis domib⁹ vn⁹ iusculusq; fm substātiam suam.
¶ Capl'm quartum de muliere vtrū sit corrupta vel
virgo vel habeat amasiū vel alium quē ipsa obligat
preter virum si fuerit nupta vel preter amasium si
habuerit illum.

Si aliqs forte volens ptrahere matrimonium
cū aliqua muliere fuerit suspicat⁹ eam nō esse
virginē: qz forte aliq dixerūt ei malum de ipsa sicut
multotiens fieri psueuit q̄nq; cā inuidie: q̄nq; causa
disturbādi mrimoniū vt nō cōpleat: vel forte aliqs
qui petijt ab ea aliqō incestū qō ipsa noluit ei facere
⁊ voluerit de hoc certificari: ⁊ ad te qōnē motur⁹ ad
uenerit vtrū illa mulier sit virgo an nō: cōsiderabis
tūc ascēdēs ⁊ dōm eius ⁊ significatricez que est luna
quā q̄ nō hz in isto casu q̄rens domū que significat
euz nec planetā pro significatore ⁊ vide si ambo fue
rint in angulis ⁊ signis fixis: dic ei q; mulier sit vir
go ita q; nullū vicīū corruptionis est in ea: ⁊ si aliqō
malū dē de ipsa nō credat illis qui dicūt qm̄ omnes
mentiuntur: ⁊ nihil imūdicie posset in ea repiri nec
etiā fuit ab aliquo temptata. ¶ Si vō dōs ascēdētis
⁊ luna fuerint in signis fixis ⁊ anguli fuerint signa
mobilia fuit tēptata sed non acqeuit vbis tēptatoꝝ.
Si aūt luna fuerit iuncta saturno vel ioui vel marti
vel soli corporal'r vel p aspectum ita q; sint inter eos
q̄nq; gradus vel min⁹ tēptat ab aliquo qui gerit ef
figiē illi⁹ planete cui ipsa iungit. ¶ Si vō luna iun
gat veneri vel mercurio temptat ab aliq̄ muliere p
aliquo viro nec tamen curat nec acquiescet verbis
ipsius: sed facit derisionē de illa temptatrice. Si ve
ro luna fuerit separata a planetis supradictis p tria
minuta est mulier cū temptatrice vel alijs temptan
tibus irata ⁊ desiterūt a temptatione illa. Si vō an
guli fuerint signa fixa ⁊ dōs ascendentis ⁊ luna fue
rint in signis mobilib⁹ vel cōmunib⁹: sed cōmunia
min⁹ important q̄ mobilia fuit temptata ⁊ adhuc
temptat: ⁊ aliquando sustinuit q; dicebat ei per mu
lieres temptatrices: nec tamen acqeuit eis: sed perse
uerat in sua virginitate. ¶ Si autem fuerit domi
nus ascendentis vel luna in signis mobilibus vel
fuerint ambo in cōmunibus ⁊ luna fuerit iuncta cū
aliquo predictorum planetarum masculinorū iam
amplexatus est eam ⁊ osculatus quidam qui gerit
effigiem illius planete cui iungitur luna ⁊ tetigit il
le pudibunda mulieris: ⁊ etiam posuit virilia sua
iuxta illa: ⁊ fuit res tantum ante q; credidit ille se co
gnouisse eam: ⁊ ipsa fuit delusa ita q; expirauit eius
virginitas: tamen non credidit se perdidisse eam:
quia non compleuit illud verecunduꝫ ex parte sua:
⁊ sic quod factuꝫ est fuit causa mali exempli. Et hu
iusmodi talia consueuerunt euenire quando homi
nes habent multam domesticitatem cum mulieri
bus vel frequentant eas multum: vel aliquando in
magnis conuiuijs: vel eundo ad viridaria: vel quā
do vadunt mulieres ad festiuitates longinquas vel
remotas a ciuitatibus ⁊ similia. ¶ Si autem fuerit
tunc luna cum capite draconis fuit res in tactu sed
non in perfectione nec perdidit virginitatem illa de
causa. ¶ Si vero fuerit cauda draconis in loco capi
tis ⁊ ante rea ⁊ nunc rea nec in futurum expers cri
minis iudicetur. Et illud idem potest dici de marte
si fuerit in loco capitis preter q; mars non imponit
tantam malicīam in muliere quantaꝫ imponit cau
da. ¶ Si vero fuerit luna iuncta veneri conditioni
bus predictis de signis ⁊ angulis non videt q; com
pleuerit actum: sed non stetit per eam: ⁊ videtur esse
aliud de ipsa: quoniam videtur amare puellas ⁊ fri
care se cum eis ⁊ sodomiçat cum eis ⁊ complet vere
cundiam suam contra naturam. ¶ Et si luna fuerit
impedita in vltima facie geminorum iam corrupit
se mulier propijs manibus ⁊ deuirginauit semet
ipsam. Si autez fuerit impedita in vltimo termino
dicti signi significat q; mulier perseuerat in malicia
illa. Et si fuerit ascendens signum mobile aut com
mune: vel fuerit dominus ascendentis ⁊ luna in si
gnis mobilibus vel communibus iam accepta est
virginitas mulieris serio ⁊ ea volente: ⁊ etiaꝫ si non
esset ea volente: tamen deuirginata est. Et si fuerit
ascendens signum fixum ⁊ dominus ascendētis in
signo fixo: licet sit luna in signo mobili vel cōmuni
vel fuerit luna in signo fixo: licet dominus ascendē
tis fuerit in signo mobili vel fuerit ascendens signū
mobile vel cōmune: tamen nō perdidit mulier suaz
virginitatem: posset esse forte q; aliquis per violen
tiam appropinquit virilia sua iuxta pudibūdamu
lieris ⁊ spermatiçauit ibi nō tamen corrumpit eam.
¶ Et si fuerit dominus ascendentis vel luna com
bustus in signo mobili fuit mulier oppressa ⁊ fuit
accepta virginitas eius per violentiam. Et si fuerit
illa combustio in signo fixo fuit oppressa ⁊ voluit ali
quis eam corrumpere: nec tamen dimisit se corrum
pi. ¶ Et si fuerit luna in ascendente cum saturno ⁊
fuerit ascendens signum fixum vel commune non
est deuirginata de facto sed aliquis abusus est eam
per scelus sodomiticum. Et si inueneris dominum

tius interfici q̃ fugiant vel recedãt retro. Si aũt fuerit tũc mars retrogradus erũt illi bellatores instabiles ⁊ non bene pseuerabunt in bello: nisi vt illi q̃ insurgunt ꝺ alios per modũ latronum ⁊ abscisoꝝ viarum. Et ecõtra si fuerit significator inimici vel auxiliatoꝝ eius significat illud idẽ pro inimico qõ dictũ est pro querẽte. Si vero nõ fuerit significator alicui⁹ eoꝝ significat fortitudinẽ vel debilitatem vtriusq; ꝝ esse suum ⁊ vltimatas fortitudines in bello significat in statione sua. Et retrogradatio saturni significat p longationem belli ⁊ eius reiterationẽ. Retrogradatio vero martis nõ ita ptolẽgat bellũ sicut retrogradatio saturni. Et si fuerit tunc mars in decima. s. hora interrogationis siue inceptionis belli erit bellum nominatus ⁊ durabile tãdiu q̃ diuulgabit̃ per plures regiones ⁊ diuersas ⁊ longinquas. Et si fuerit a decima domo vsq; ad angulũ occidentalẽ erit bellũ durabile ⁊ crescet ⁊ multiplicabit̃ sed nitet vnus capitaneoꝝ exercituũ seu ducum decipere aliũ ⁊ cum ingenio ⁊ calliditate faciet vterq; quicquid fecerit. ¶Considera etiã si mars fuerit in angulo ipse. s. vel planeta q̃ aspicit eum quontã significat fortitudines belli ẽt sine intromissione saturni de bello illo: ꝝ nõ vltimatã. Si aũt fuerit mars in succedenti anguluꝫ ⁊ ille q̃ aspexerit eũ fuerit in angulo vel econtra significat maiorem fortitudinẽ belli q̃ cũ fuerit vterq; ipsoꝝ in angulo. Et si ambo fuerint in succedenti angulum significat iterũ maiorem fortitudines belli q̃ cũ fuerint vt dañ est. Et si vnus fuerit in angulo vel in succedenti angulũ: ⁊ alter fuerit in cadenti significat iterũ maiorem fortitudinẽ belli. Si qdem ambo fuerint in cadenti ab angulo significat bellũ forte terribile atq; multoꝝ conflictuũ preterq̃ in decima: qr tunc debilitat mars bellũ. Et si fuerit vnus maloruꝫ in quarto aspectu alterius ⁊ fuerit vnus ex eis cum cauda significat fortitudinẽ belli. Et mars si fuerit in ariete vel virgine vel scorpiõe ⁊ fuerit bellũ diurnuꝫ seu q̃stio diurna: vel fuerit nocturnũ ⁊ fuerit in cancro vel pisc⁹ significat mediocritatẽ belli. Et si fuerit in tauro vel libra diurnũ siue nocturnum fuerit prelium siue questio erit bellũ leue respectu aliorum belloꝝ ⁊ non durabit diu sed separabit̃ in paruo tẽpore. ¶Preterea debes aspicere lunaꝫ ⁊ videre si ipsa fuerit alicubi iũcta cum marte corporaliter ⁊ maxime in octaua: quoniã significat tunc interfectiones interrogantis seu incipiẽtis prelũ: nisi fortuna tunc aspiciat eam. Mã si fortuna tũc aspexerit eam q̃ius pericula horribilia incũbant querenti: tũ liberat euꝫ a morte licet vix. Silr vide si luna fuerit in prima ⁊ mars fuerit in septima vel ecõtra consule illi q̃ vult ire vel incipere prelũ q̃ nõ vadat nec incipiat prelium: qm̃ significat eius interfectionem. Et si fuerit in quarta vel sexta vel decima capiet ⁊ vulnerabit̃ vulneribus dubijs: nisi forte vt dictũ est aspiciatur tũc a fortuna. Mã si fortune aspexerint mitigabũt malicias martis ⁊ forte q̃ nõ interficietur: tũ semper reddit eũ dubium. Si aũt separata fuerit luna tunc a marte p corpus ⁊ fuerit corporalr iuncta saturno vel per oppositionẽ sine receptione pfecta: ⁊ eo fortius si fuerit in secunda significat interfectionẽ inimici: nisi fortune tunc aspiciãt eam qm̃. s. ipsa iũgitur saturno sicut dictum est qm̃ ipsa iungitur marti: ⁊ eo fortius accident hec si fuerit tũc mars vel saturnus cũ capite vel cauda draconis: ⁊ multofortius accidẽt ista si fuerit ita hora inceptionis ꝑij. Deinde aspice solẽ quẽ silr si inueneris cũ capite vel cauda draconis in hora interrogationis: sed fortius in hora inceptionis prelũ significat interfectionẽ maximam hinc inde: sed erit maior ex parte illoꝝ qui tenuerint dorsum suuꝫ versus meridiem vel versus occidentẽ nec tñ pacificabũtur propter illos ꝑflictus. ¶Qõ si dñs prime fuerit tunc in illa ꝯiunctiõe. s. si sol fuerit cũ capite vel cauda draconis significat q̃ illa interfectio erit ita fortis: ⁊ ita terribilis ⁊ ita magna q̃ quasi oẽs partes interficientur: ita q̃ nõ erit residuũ: quasi quantitas respectu illoꝝ qui interficient erit tñ deterius cum cauda q̃ cum capite ⁊ perdent corpora ipsoꝝ. Et debes scire q̃ sicut mars significat fortitudinẽ vel debilitatem belli ⁊ planeta cui ipse iungit vel qui iũgitur ei: ita ⁊ luna significat multitudinẽ vel paucitatem eius: qm̃ si ipsa fuerit in angulo significat paucitatẽ belli ⁊ maxime si aspexerit eam dñs domus in qua ipsa fuerit ⁊ ille in angulo similiter. Si aũt ipsa fuerit in succedenti significat mediocritatẽ belli: ⁊ maxime si dominus domus in qua fuerit aspexerit eaꝫ vel fuerit in angulo vel succedenti angulũ vel fuerit in tauro vel cancro. Si aũt ipsa fuerit in cadẽti ab angulo ⁊ fuerit iũcta dño dom⁹ in qua fuerit ⁊ ille in cadẽti significat multitudinem preliorũ atq; guerre. Illud idem poteris dicere si ipsa fuerit in scorpione vel capricorno vel in vltima medietate libre. Et semp sit tibi cure ne vnq̃ ponas dñm prime vel lunam vel martez impeditũ illi qui voluerit incipere bellum: neq; planetam a quo separat luna. Qõ si hoc totũ vitare nõ poteris vita illud qõ potes: ad minus vitabis impedimentum dñi prime ne succumbat inceptor. Et caue in inceptione belli vel in itinere ad bellum ne dñs prime iungat vel vadat ad cõiunctionem dñi septime: ⁊ quãto maior fuerit volens exire ad preliandũ tñ magis dubium erit ⁊ eo deterius erit si dominus septime receperit dominum prime.

¶Capitulum vigesimum secũdum que pars habet plures auxiliatores.

Si quidem volueris scire quis ex significatoribus sit magis populatus siue auxiliatoribus fulcitus: aspice quis eoꝝ sit in maiori sua dignitate dñs. s. prime aut dñs septime ⁊ qui aspiciat melius domum suã ⁊ qui aspiciatur a planetis pluribus: ⁊ qui plures planetas habeat ex parte sua. s. vsus ascẽdens vel versus septimam: qm̃ ille qui sic fuerit habebit plures milites seu plures auxiliatores. Et sicut prima significat querentem seu incipientem: ita secũda significat milites seu auxiliatores eius. Et sicut septima significat inimicum: ita octaua significat auxiliatores eius. Et sicut decima significat regem: ita vndecima significat milites seu auxiliatores ei⁹ siue ministros. ¶Et dixit Zael q̃ si fuerint fortune in scõda vel aspexerint illa fueritq; dñs secũde in bono loco significat fortitudinem adiutoꝝ querentis ⁊ eorum fidelitatem ⁊ auxilium: ⁊ per octauam ⁊ dñm eius iudica de auxiliatoribus inimici: sicut iudicasti per secundam ⁊ dñm eius de auxiliatoribus querẽtis. Et si fortune que fuerint in secũda fuerint in signo cõmuni aut fuerint in cancro vel scorpiõe vel piscibus aut ariete vel libra vel capricorno annũcia multitudinem militum seu auxiliatoꝝ querẽtis. Et idez dicas de fortunis que fuerint in octaua pro inimico ⁊ de illis que fuerint in vndecima pro rege ⁊ eius vicario. ¶Et dixit Zael q̃ quinta significat ciuitatem ⁊ oẽs qui habitant in ea. Et dixit q̃ si fuerit planeta orientalis in domo sua: aut dñs secunde fuerit directus ⁊ orientalis milites seu auxiliatores querentis

perunt veritatem: si vero fuerit retrogradus nō obe
dient ei. ¶ Pro militibus vero regis siue auxiliato
ribus vel vicarijs regis aspice vndecimā: z vide si in
ea fuerit aliquis malus planeta nō erit bene obedi
entes. Si qdem fuerit retrogradus ille malus nō so
lum erunt inobedientes milites regis: verū et erunt
proditores. Et eo fortius si mercurius z cauda dra
conis fuerint prope solē per. 13. gradus vel infra: vel
fuerit aliqs malorū in octaua domo a signo in quo
fuerit tūc sol. Si vero fuerit retrogradus ille malus
nō solū auxiliatores regis erūt malefactores seu pro
ditores: verū etiam ipse idē rex seu vicarius eius erit
malus z iniquus. Ita intelligas si nō fuerint pacifi
cati exercitus. Si vero inueneris qd debeāt pacifica
ri: vide tūc planetam cui duces seu produtores exer
cituum cōmittunt dispositionē suam: z qui hz signi
ficatorem illius qui intromittit se de cōponendo seu
pacificando inter eos si vis scire qualis pona sit: vi
de si fuerit in aliqua soz dignitatum. Maz si fuerit
ille receptor dispositionis z q intromittit se de cōpo
positione illa in domo sua erit de illis q sunt in ali
quo ipsoz exercitū. Et si fuerit in exaltatiōe sua ali
quis potens erit qui est cuz cōmuni terre quā habet
ad regendū in exercitu illo. Si vero fuerit in termi
no suo erit de illis qui habent ꝓsanguineos in exer
citu siue in aliquo de illis exercitibus q nollet qd acci
deret eis aliqō finistruz. Et si fuerit in triplicitate sua
erit de illis q habēt suos amicos vel auxiliatores ho
mines q venerunt in exercitū ad eius postulationē.
Et si fuerit in facie sua erit vir q habet operari aliqd
in exercitu causa sui magisterij. Et si nō fuerit in ali
qua suarū dignitatum erit ꝑsona que veniet aliūde
tandē forensis seu viator. Et attentius poteris scire
per eius significatorē: z forte poteris scire ipsius effi
giem per eundez planetam. Nam si fuerit saturnus
vī qd sit ignobilis senex z maxime si ipse fuerit occi
dentalis: si aūt fuerit orientalis erit minus senex. Et
si fuerit iupiter videt qd sit collecte etatis z sit nobilis
z posset esse forte epūs vel iudex vel istis similis. Si
autē fuerit mars erit homo q consueuit vel qui fecit
producere exercitus: z forte qd erit de ducib⁹ eiusdez
exercitus: z erit homo mendax z q aliqñ fuerit absci
sor viaruz vel alias malefactor. Et si fuerit sol erit ho
mo magis nobilis de bis. s. qui apti sunt regno: vel
forte qd erit rex vel multis gētibus prepositus. Et si
fuerit venus erit qdam iuuenis etate atq; sapientia
parum doctus: quicquid tñ fecerit operabitur bona
fide non sub aliq specie fraltrimenti. Et si fuerit mer
curius erit vir sapiens z doctrinatus tā sensu natu
li qz accidētali vel literatus. Et si fuerit luna erit vir
q motu iusto z bona volūtate intromittit se de his.
Et si videris mercurium sub radijs solis z dños pri
me vna cum dño septime impedierint euz significat
qd quelibet pars nitet decipere atq; perdere aliā. Et
si inueneris tunc martē cum mercurio illa proditio
propalabit: ita qd scietur ab oibus manifeste. Et am
bo extremi planete qui sunt saturnus z luna aspexe
rint ambo ascendens vel sint in ascendente vel cum
dño ascendentis significat qd proditio illa perficietur
ab vna partium aduersus aliam. Et si nō fuerit mer
curius in ascendente neq; luna: sed aspexerint illud
vel alter eorū a quarto aspectu vel ab oppositione si
gnificat qd ille q intromittit se pacificando inter eos
non sit fidelis neq; legalis. Et si fuerit tunc significa
tor eius sub radijs solis significat qd inuenientur illi
de exercitu contra eū. Et si fuerit tunc luna corporali
ter iuncta marti vel planete a quo separat mars vel
qui separatur ab eo capietur. Et si mercurius fuerit
cum hoc orientalis ponet in carcerem vltimo: tamē
euadet. Et si fuerit tunc mercurius iunctus corpora
liter alicui malorum z ille malus fuerit septentrio
nalis ab eo affligetur ille in carcere z patietur detri
mentū in eo. Et si fuerit iunctus fortune z fuerit illa
fortuna septētrionalis ab eo euadet ille ab illo detri
mēto. Et si fuerit mars significator illius q impedit
significatorem pacificantis erit ille q affliget eam ali
quis bellicosus miles. Et si fuerit sol erit de ꝓducto
rib⁹ exercitus z specialiter malor z excellētior eo. Et
si fuerit tūc mercurius in geminis vel virgine vel sa
gittario vel piscibus illi q se intromittunt de pacifi
cando inter exercitus erunt plures. Si aūt fuerit tūc
iupiter aspiciens ascendens vel lunaz fient oia cum
legalitate atq; bonitate z nulla deceptio siue proditio
cadet tunc in corpore illo.

¶ Capitulum vigesimumtertiuz de scientia victorie
belli quis vincet.

ASpicies et in scientia victorie belli qs ex pre
liantibus debeat esse victor: videbisq; si sol z
luna fuerint a linea decime domus vsq; ad lineam
quarte domus ex parte ascendētis: vel a linea quar
te domus vsq; ad lineam medij celi ex parte occiden
tis: fuerintq; liberi z mundi fortunati. s. atq; fortes
quoniaz significabūt victoriam belli ex parte in qua
fuerint vt si sint ex parte ascendētis significabunt eaz
interrogāti siue incipienti: si aūt sint ex parte occidētis
significabunt eā aduersario. Si quidez fuerint infor
tunati atq; debiles fuerint significabunt cōtrarium
quoniam ille succumbet ex cuius parte fuerint.

¶ Capitulum vigesimumquartū que fuit causa qua
re surrexit illud bellum z vtrum iusta vel iniusta.

SI quesierit aliquis aliqñ prout pluries fieri cō
sueuit vel alias illud alicui dicē voluerit que
fuit causa quare bellū surrexit: dixit Zahel qd debes
aspicere martem: quoniam ipse est naturaliter signi
ficator bellorum: z oia bella prout alias dicē sunt ei
attributa: z videre a quo planeta ipse separat: vel q
separat ab eo: quoniam ab illo percipies illum q in
cipit bellum: z ab illo cui ipse iungit vel qui iungit
ei percipies inimicū siue aduersarium. Si separat a
fortunis vel fortune separent ab eo z iūgat malo vel
malus iungatur ei significat qd interrogator seu ince
ptor mouerit se iusta de causa ad incipiendum illud
bellum z qd ipse vtat iusticia z veritate z aduersarius
contrarijs his. Si vero fuerit separatus a malis vel
ipsi ab eo z iunctus cū fortunis significat qd mouerit
se contra iusticiā: z qd non vtit veritate: z aduersari
us defendit iusticiam z veritatez. Et si fuerit separa
tus mars a fortunis z iunctus fortunis significat qd
vtraq; pars fouet iustam cām quod raro contingit.
Si quidem sepatus fuerit a malis z iunctus malis
significat qd vteraq; nitit contra iusticiam z contra ve
ritatem. ¶ Deinde aspice si aliquis malorum fuerit
in prima z specialiter si fuerit mars: qz significat qd
bellum surrexerit causa inuidie quaz vnus habebit
aduersus alium: aut forte qd vnus volebat auferre
alteri aliquid de suis victualibus. Et si fuerit mars
in scōa surrexit bellum hac de causa. s. qz vnus vole
bat auferre alteri bona sua z substantiam suam seu
pecuniam. Et si fuerit in tertia videt qd vnus leserit
fratrem alterius z illa de causa surrexit bellū vel for
te qd dicebat eum non esse catholicuz. Et si fuerit in
quarta videt qd sit causa ciuitatis vel castri qō vnus

abstulerat alteri vel volebat auferre alteri: vel forte volebat auferre ei domum vel terram vel campum seu hereditatem vel vineam vel q̄ leserit patrē eius. Et si fuerit in quinta significat q̄ sit causa filij quem leserit aliquis eorū alteri: vel erit causa mulieris vel alicuius rei luxuriande: vel causa bonor̄ paternor̄: z maxime immobilium. Et si videris tunc lunaz iunctaz mercurio a trino vel sextili aspectu videtur q̄ sit bellum causa cuiusdam ciuitatis seu castri quod volebat occupare quilibet eorum p se. Et si fuerit in sexta erit causa serui vel ancille vel causa animaliuz partorum ablatoruz ab vno alteri: vel erit quasi pro nihilo seu pro re pp quam non deberet esse guerra. Et si fuerit in septima erit cā mulieris ablate vel lese siue iniurate z maxime vxoris vel amasie: vel erit causa vindicte alicui⁹ maleficij. Et si fuerit in octaua erit causa rei antiquate pp quā fuit effusus sanguis: vel erit cā hereditatis alicuius mortui q̄ non multū attinebat alicui eorū. Et si fuerit in nona erit cā religionis vel alicuius religiosi: vel q̄ vnus vult cōuertere aliū vt sequat q̄ ipse sequit z reuereat q̄ ipse reueretur. Et si fuerit in decima erit cā regis z eius honoris z cā accrescēdi eius dñium. Et si fuerit tunc luna in decima z fuerit iuncta marti corpaliter vel aspexerit eū a quarto aspectu vel ab oppositiōe magnificabitur bellū z erit intersectio multa hinc inde. Et si fuerit mars in vndecima erit cā amicor̄ vel erit pro defensione substātie regis siue auxiliator̄ eius. Et si fuerit in duodecima erit cā inimicitie antiquate z male volūtatis q̄ est inter ptes siue inter pductores exercituum: sed nō ly sit guerra illa de cā non tū pliabunt ptes simul plio vniuersali: z leuiter componēt si fuerint alig q̄ velint se intermittere de cōponēdo inter eos. ¶Capm. 25. de magnitudie siue pfitate exercituū.

Si forte aliq̄n aliqs ex pductorib⁹ alicuius exercituū dubitauerit de exercitu aduersarij sui: z voluerit a te scire vtruz sit magnus vel puus: z volueris ei aspicere in hoc pspice tūc locū lune de signis z gradib⁹ z mercurij sīl: z minue locū lune de loco mercurij: z vide quot signa tibi remanēt q̄ si fuerint paria erit exercitus magnus: z quāto plura fuerint signa remanētia post subtractionē illaz in tāto maior erit exercit⁹. Et si fuerint disparia erit exercit⁹ puus: z quāto fuerint pauciora tāto erit exercitus minor. Si vō nō fuerit locus mercurij tātus q̄ possis inde exhere locū lune adde illi duodecim signa z postmodū exhe inde locuz lune z fac vt dixī est. Et ēt vide si ex pte occidentis q̄ est ab angulo terre vsq; ad decimam ex pte occidētis fuerit maior quātitas planetarū q̄z ex pte orientis q̄ est ab angulo decime vsq; ad quartā ex pte orientis significat iterū maiorē quātitatē gētis ex pte aduersarij. Si vō fuerit maior quātitas eor̄ ex pte orientis q̄z ex pte occidentis significat diminutionē quātitatis gētiuz ex pte aduersarij ly rōne p dicta significet eius exercit⁹ magn⁹ z ē z pte q̄rentis.

¶Capitulum vigesimum sextum ad sciendum vniuersa instrumenta z alia que spectant ad bellum.

Ad sciendum vero vniuersa instra q̄ spectāt ad bellū dixit Zahel q̄ ascendēs significat incipientem bellū z cāe eius: z q̄d sit q̄d excitauit belluz: z vtrū cū vītate cepisset vel mēdacio. Prima significat incipientē bellū: q̄n prima res q̄ venit in bellū est incipiens. Scda vō ab ascēdēte significat vtrū sit bellū an nō: z vtrū sit pro pfectu aut pro dāno: q̄n fm q̄ venit in bellū post incipiētes est ipse effectus bellandi. Et dixit q̄ tertia a prima significat arma z gbus generib⁹ armor̄ erit victoria vel adeptio: z q̄ gīa armoruū nō erunt necessaria in ipso bello: q̄n tertia est res q̄ venit in bellū sunt arma: q̄z sine ipsis nō posset q̄s bono mō bellare. Et q̄ q̄rta a prima significat locum in quo erit bellū vtrū. s. erit campestris aut mōtanus: z vtrū sit in littore maris vel iuxta flumē: vel sint arbores fructifere aut nemus: q̄n locus est res taliter apta bello q̄ sine ipsa nō posset fieri. Et q̄ quinta significat probitatē atq; audaciaz atq; pigriciā bellator̄: q̄n pbitas est res sine qua bellatores nō bñ bellarent. Et dixit q̄ sexta significat alia alia militū q̄ sint vtruz. s. eq vel asini vel muli vel cameli. q̄n res q̄ magis est vtilis militib⁹ bellatorib⁹ sunt eq seu alia alia q̄ portēt eos. Et dixit q̄ septima significat instra cū quibus proijciunt lapides: z vtrum sit bellū cū calliditate vel nō: q̄n est res valde vtilis bello post alia instra seu arma p̄dicta. Et dixit q̄ octaua significat plagas z captionē z mortez fractiones quoq; victor̄ fugā: q̄n ista sunt ipse actus bellandi: z in quem p̄sueuerunt bella vltimo deuenire. Et dixit q̄ nona significat opus exploratoz̄ z scientiā rez̄ inimici z eius rumores atq; calliditates: q̄n istud est res quas multū dz procurare dux belli. s. vt sciat acta inimici z noua q̄ sunt penes ipm z qualiter ipse sollicitetur circa facta belli: z qualiter ipse sit callid⁹ seu ingeniosus. Et dixit q̄ decima significat p̄suetudinē vel acta ducis maioris ceteroruq; ducum q̄ sunt sub eius imperio: q̄n istud debes tu vel quis alius niti videre vtrū rex siue dux sit sollicitus z pcurans circa illa q̄ spectāt ad bellū vel nō: z vtrū sit cautus vel astutus in his q̄ ad eū ptinēt. Et dixit q̄ vndecia significat acies eor̄ z ear̄ ordinationē qualiter incedunt ꝫ inimicū: q̄n hec est res valde seruanda: vt sciat q̄s ordinare suas acies z suos bellatores z instruere ipsos qualiter se habeāt in re belli: z ex isto solo multi vicerunt iā suos inimicos. Et dixit q̄ duodecima significat ciuitatē z eos q̄ obsident z expugnantur in ea: q̄n hec est res quā dz prehantē scire z ex qua poterit perpendere quid habeat facere z qualiter possit augmentari contra inimicum suum.

¶Capitulum vigesimum septimum qualiter debes aspicere significata duodecim domorum.

Licet dicta sint superius in isto eodez capitulo multa de his q̄ spectant ad factum bellorū seu ꝓtentionum: tñ dicā tibi adhuc quedā vtilia q̄ nō videntur mihi forte omittēda: nec credas me velle ꝫdicere sententijs supradictis: q̄z si bñ inspexeris q̄ dicta sunt z bñ ea intellexeris z q̄ dicent nullā reperies ꝫrium. Tū si recte distinxeris tpa bñ cōcordabunt cōcordanda. Cū ergo bñ prospexeris: vt dictuz est: oēs domos z volueris scire significatū vniuscuiusq; ipsarum: aspice pro interrogāte seu pro incipiente oēs domos ordine infrascripto incipiēdo a prima p̄ inimico vō aspice a septima z fac ipsam primā inimici z octauā fac eius scdam: z nonaz fac eius tertiā: z decimam fac eius quartā: z vndecimā fac eius quintam: duodecimam fac eius sextā: primā fac eius septimā: secundaz fac eius octauam: tertiam fac eius nonam: quartaz fac eius decimā: quintā fac eius vndecimā: sextam fac eius duodecimaz. Deinde aspice si fuerit malus in prima aut asperexit illaz a quarto aspectu vel ab oppositione significat q̄ q̄rens non bñ exercebit q̄ sunt exercēda pro facto belli nec bñ sollicitabit circa illa: z hoc poterit esse cā quare nō bñ cedet ei in bello: nisi fit ille malus dñs ascendētis vel saltim exaltatiōis eius: z significat ēt q̄ nō habeat ius: ly po-

tius ꝯrium ꝙrens vel inciplens bellū. Si aūt fuerit ibi fortuna vel aspexerit a trino aspectu loco ꝓdicti mali significat bonū: malus significat ꝯrium. ¶ Si fuerit malus in scā qui nō sit dñs scē vel exaltatio nis eius vel asperexit illā a quarto vel ab oppositione significat q nō erit bellū: z si fuerit erit in damnū querentis z nō in eius vtilitatē. Si aūt fuerit ibi fortuna vel eius aspectus vt dictū est in prima significat bellū futurū: z si fuerit erit cū vtilitate ꝙrentis. ¶ Si vō fuerit malus in tertia z fuerit mars z fuerit boni esse erūt in ipso bello necessaria arma militaria. Idē dicas si fuerit ibi iupiter: z illis oportebit querētem vti si voluerit obtinere. Et si fuerit mars mali esse significat q vsus armoꝝ q erit ex pte sua erit armorū latronū z abscisoꝝ viarū z hominū instabilium nec erunt sibi vtilia. ¶ Si aūt fuerit malus in quarta vel eius aspectus ꝓdicti significat q locus belli erit incō modus z ineptus pro pte ꝙrentis si fuerit campestris si fuerit mōtanus erūt mōtes asperi z inhabitabiles z silvatici: si vō fuerit iuxta aquas erit paludosus z lutosus z male aptus ad ꝓliandū. ¶ Si autez fuerit in quinta fortuna vel eius aspectus predicti vel fuerit ibi mars z fuerit boni esse significat q milites z auxiliatores ꝙrentis erunt probi z audaces z facilis in cessus z bñ apti ad ꝓliandū. Et si fuerit ibi malus vel eius aspectus ꝓdicti vel mars z ipse mali eē significat q erunt viles z inertes z grauis incessus z tardi z male apti ad ꝓliandū. ¶ Si fuerit in sexta vel fortuna vel eoꝝ aspectus ꝓdicti vel caput draconis aut malia quibus vtenk pro bello illo erunt eq ꝓdictis. Si fuerit ibi mars z ipse boni esse erunt eq illi feroces z rigidi z impatiētes. Et si fuerit ibi malus z ꝑticr saturnus erunt illi eq viles vt sunt roncini z alq eq vetusti atq; pro maiori pte pauci valoris: z erūt ibi asini z cameli. si fuerit regio in qua sūt cameli. Et si fuerit ibi cauda erūt muli z alia vilia animalia pro bellando z non bñ assueta. ¶ Si aūt fuerit fortuna in septima vel eius aspectus ꝓdicti significat q instrā eō quibus proiiciunt lapides erūt vtilia z bñ facientia illud ad qđ erūt deputata z significat ēt bonitatem inimici. Et si fuerit ibi malus vel eius aspectus ꝓdicti significat vtilitatē instroꝝ ꝓdictoꝝ: z q nitet vt multū ꝓliari cū calliditate z deceptiōe atq; ꝓditione: z significat ēt vtilitatem inimici. ¶ Si qdem fuerit fortuna in octaua significat q pauce plage sequuntur ex illo bello z pauca mortalitas: z q illa vulnera non multum erunt periculosa nec sequunk inde multe captiones nec erunt magne rebelliatiōes nec magne fuge. Si aūt fuerit ibi malus z maxime saturnus z ipse retrogradus significat multas plagas z periculosas z intersectionem magnā z captionē z cōfractionem. Si aūt fuerit fortuna in nona siue aspectus eius significat q inimicus sit bñ dispositus z q habeat spez alicuius rumoris quos hz z q sint ei viles rumores illi z q sit hō callidus z q nitak decipere ꝙrentez si poterit. Si aūt fuerit in decima fortuna vel eius aspect? ꝓdicti significat q ꝙrens siue ille q est maior seu capitaneus sui exercitus sit sagax z doctus taliū que spectant ad bellū z alij qbus cōmissum est aliqd de his q̄ spectant ad bellū. Si aūt fuerit ibi malus significat q ꝙrens vel eius dux vel maior sui exercitus z alij ꝓductores exercitus qbus cōmissum est de factis exercitus aliqd oēs vel pro maiori parte hoies sint inepti ad talia exercēda. Si vō fuerit in vndecima fortuna significat q ꝙrēs seu ꝓductores exercitus sint homines discreti z q bñ nouerunt ordinare suas acies atq; ipsas ꝓducere ad bellum: z q scient bñ ire ꝯ inimicos seu aduersarios z bñ facere oia que ad illud spectant. Si aūt fuerit ibi malus vel eius aspectus ꝓdicti significat q ꝓductor exercitus sit inscius z indiscretus nec sciet ordinare suas acies nec producere ipsas ad bellū nec facere ea que ad productionē exercitus spectant: lz alias possit esse bone voluntatis. Si qdem fuerit in duodecima fortuna significat q illi q sunt in ciuitate vel alia terra que obsidet sint bene dispositi z apti ad defensionez z sint vnanimes z q bene consortenk z q nichil videank timere. Si quidē fuerit ibi malus vel eius ꝓdicti aspectus significat q sint male dispositi z q nō sint apti ad defensionem z q non sint vnanimes z q sint timidi expauentes. ¶ Nec obliuiscaris vnū qđ dico tibi nunc: q̄ lz non inuenerim in dictis philosophoꝝ inueni per experimenta probata q semper qñ mars fuerit in duodecima semp timendū est de proditione: z quasi illud idē potest dici de cauda. ¶ Et sicuti aspexisti ex pte ꝙrentis oibus domib⁹ incipiendo a prima z finiendo ad duodecimam: ita prospice pro inimico iudicando ei z pro eo oibus domibus incipiendo a septima z finiendo ad sextam: sicut iudicas de prima querēti siue incipienti: ita iudica de septima inimico. Et sicut de secunda querenti: ita de octaua inimico. Et sicut de tertia querēti: ita de nona inimico. Et sicut de quarta querenti: ita de decima inimico. Et sicut de quinta domo querenti: ita de vndecima inimico. Et sicut de sexta ꝙrēti: ita de duodecima inimico. Et sicut de septima querēti: ita de prima inimico. Et sicut de octaua querenti: ita de secunda inimico. Et sicut de nona querenti: ita de tertia inimico. Et sicut de decima querēti: ita de quarta inimico. Et sicut de vndecima ꝙrenti: ita de quinta inimico. Et sicut de duodecima querenti: ita de sexta inimico. Sed debes hoc scire q̄ si tu inueneris significatores exercituum dñm. s. prime z dñm septime in oibus equaliter fortes z bene dispositos vel eq̄liter debiles z male dispositos: q̄ tunc significat victoriā ex parte illius qui inceperit ꝓliū: nisi predicte hore cōbuste ꝯperētur. Et si vnus fuerit bñ dispositus z alter male: z icepit ille cui⁹ significator fuerit bñ dispos⁹ obtinebit. Si aūt incepit ille cuius significator fuerit male dispositus succūbet: ēt si alias fuerint in omnibus equaliter fortes.

¶ Capitulum vigesimum octauum vtrum futurus sit prelium inter exercitus an non.

SIte interrogauerit aliquis vtrum sit futurus prelium inter exercitus an non: aspice tūc primam z dominum eius z lunam z septimam z eius dominum: z vide si iunganf corporaliter in aliquo angulorum: quoniam illud significat q erit preliuz inter eos. Si aūt non fuerint iuncti corporaliter: vide si iunganf ex oppositiōe vel quarto aspectu: quoniam illud significat similiter preliuz futurum. Et si aliquod istorum nō fuerit: vide tūc si aliquis planeta transfert lumen inter eos ex oppositiōe vel quarto aspectu: quoniā illud significat preliū futurum si fuerit sine receptione. Si autem ponderosior ex eis receperit illum qui transfert lumen eorum inter eos significat q ꝓlium non erit: z si fuerit pacificabuntur aut in ipso exercitu aut in breui post exercitum. Et si aliter fuerit. s. q̄ significatores exercituz dominus. s. prime z dñs septime nō fuerint alicubi iuncti nec obuiauerint sibi inuicem nec fuerit aliquis qui transferat lumen inter eos: vt dictum est significat q ꝓlium non erit.

¶ Cuius rei exemplum fuit hoc. Cum comes Guido nouellus esset potestas florentie: et essemus in exercitu supra districtū lucensiū et lucēses tenerent in pectus eius cū suo exercitu ppe ad vnū miliariū vel minus q̄siuit vtrū esset futurū prelium inter exercitus illos an nō. ¶ Asperi in hac questione cuius ascendens fuit sagittarius. 4. gradus et medium celi virgo. 24. gradus. ♂ Mars in eo. 13. gradus. 30. minuta. ♀ Venus. 17. grad⁹. 6. minuta. ☿ mercurius. 17. gradus. 13. minuta in. 9. in cadēte ab angulo et ☉ sol in eodē. 26. gradus. 4 minuta in angulo decime domus. ♎ Libra. 11. domus. 18. grad⁹. ♃ Cauda in eo. 3. gradus. ♏ Scorpio. 12. domus. 14. gradus. ♑ Capricornus. 2. domus. 9. gradus. ♃ Jupiter in eo. 13. grad⁹. ♒ Aquarius. 3. domus. 13. gradus. ♓ Pisces. 4. domus. 24. gradus. ♈ Aries. 5. domus. 18. gradus. ☊ Caput in eo. 3. gradus. ♄ Saturnus in eo. 13. gradus retrogradus. ☽ Luna in eo. 21. gradus. ♉ Taurus. 6. domus. 14. grad⁹. ♊ Gemini. 7. dom⁹. 4. grad⁹. ⊗ Pars fortune in eo. 29. gradus. ♋ Cancer. 8. domus. 9. gradus. ♌ Leo. 9. dom⁹. 13. gradus. Hec fuit era arabū. 658. anni. 9. menses 16. dies fere. Altitudo solis ante meridiē. 48. grad⁹ fere die lune. 12. mēsis septēbris. ¶ Asperi igitur huius q̄ntis ascendēs et oīm eius q erat iupiter et septimam et oīm eius q erat mercurius quorum vnus erat in sēda in capricorno. ♑ in casu suo q̄d vī significare vtilitatē partis q̄rentis: ita q nō peteret prelium: sed q: ipse erat in sēda significat ei aliquam fortitudinez. Deinde asperi lunā que erat in ariete vacua cursu q̄d significabat similiter debilitatē ex parte q̄rentis et vtilitatē. Deinde asperi mercuriū p̄o aduersarijs q erat in virgine cōbustus et cadens ab angulo q licet esset in domo sua sicuti illi erāt in sua terra significabat eius debilitatē: ita q non peterent prelium. Vñ iudicaui ei q̄nem: et ita deuenit: qz nō posuerūt se ad locum p̄liandi: et ita postea discessit vterq; exercitus sicut in caplo de castro absconso dicēt infra post hec. ¶ Capitulum vigesimumnonum vtrū; ciuitas vel castrum obsessum vel obsidendum capiatur an nō.



Antiqui astrologoz non multū curauerūt de re ista de qua miror: cum sit res que sepissime currat eis p manus: sed pōt esse forte q fecerūt illud eo q̄d posuerunt eā rem leuem: et posuerūt q̄ libet hoc sciret: et ob hoc nō curauerūt de ipsa dicere: ego tū aliq̄d hic tibi subiūgaz. Dixit tū Zodyal inde aliquid cuius intentionē non bñ percepi. Unde si fuerit facta tibi q̄ de aliqua ciuitate vel aliquo castro obsesso vel obsidēdo vtrū capiat an nō: ex obsidiōe illa: aspice primā que est q̄rentis et quartā que hēt significare ciuitatē vel castrū obsessum: aliq̄s forte quidaz ex modernis dixerūt q̄ decima significat ciuitatem: et mouebant hac rōne q̄ quarta significat terrā querentis cadēte rōne decima significat terrā inimica non facientes dō̄iam inter terrā seu hereditatē p̄dioz: et ciuitatem siue castrum. ¶ Mihi aūt visum est q̄ nos debeamus dare quartaz ciuitati seu castro: q̄m quarta significat hereditatē querētis et terras eius et domos et decima significat eius honorē et nullus honor maior q̄ dominari: et nullū dedecus maius q̄ deponi a dñio. Unde si decima significat honorez querentis q significat magis p ciuitatē vel castrū q̄ per alias diuitias oz q̄ quarta significaret honorem aduersarij q est oppositus honori q̄rentis: et sic vī q̄ quarta significat ciuitatē vel castrum inimici. ¶ Nec tū credas hoc ō̄rium eius q̄d dicit ḡahel ipse enim vī velle dicere q̄ duodecima significat ciuitatē vel castrum obsessum: sed eius intentio fuit de ciuitate ō̄ quam fit exercitus absq; castrametali obsessione circa ipsam: sed intrat p inimicos violenter in eius iurisdictionē: et de ipsius ciuitatis seu castri defensoribus. Unde si tu inueneris dñm prime fortem et fortunatā vel inueneris eū iunctū dño quarte in prima vel cū luna vel in decima vl̄ et in vndecima vel alio loco q nō sit infortunatus: vt. 12. vel. 8. vel. 6. ita q dñs prime recipiat dñm quarte vel et recipiat eū luna et si nō recipiatur ab eo significat adeptionē ciuitatis et eius captionē. Similiter si fuerit dñs quarte in locis malignis nō aspiciens domū suā vel nisi dñs septime fuerit in quarta: q̄m tunc significat custodiaz eius. Similiter si fuerit dñs quarte cū infortunis impeditus significat eius captionez: vel si fuerint infortune in quarta sine aliqua fortunaz vel a⁹ laudabili aspectu significat eius captionē. Illud idez dicas si fuerit ibi cauda draconis: q̄m hz significare amissionē et euacuationē. Si aūt nō fuerit aliquid de his que dixi tibi: vide si dñs quarte fuerit in quarta fortis vl̄ fortunatus: ita q nō sit retrogradus nec cōbustus nec obsessus ab infortunis: vel fuerit ibi dñs septime liber a malis et

ab aliqo impedimento: vel fuerit ibi iupiter aut venus aut sol vel caput draconis: nec dominus prime receperit dñm quarte: nec impedierit eū significat q castrū vel ciuitas non capietur ex illo exercitu: maxime si dño prime fuerit impeditus nō habens ibi dignitatem: etiaz si foret aliqua de infortunis in quarta dūmodo sit ibi fortuna que vadat prius ad lineā anguli quarte q̄z infortuna maxime si dño prime fuerit debilis sicut dixi. Si vero fuerit ibi aliqua fortuna z dño prime fuerit fortis z fortunatus z asperexit quartam ipse vel luna significat captionem. Siquidem non asperexit vel fuerit impeditus significat q pars querentis propter vtilitatē z pigritiam desistet ab his faciendis quibus castra obsessa capiuntur: z

¶ Cuius rei exemplum hoc est. Quesiuit dictus comes cū esset in obsessione cuiusdaz castri comitatus Luce si eet occupaturus illud cuius quesitōis ascendens sagittarius. 2. gradus capricornus secunda domus. 7. gradus. iupiter in co. 16. gradus. aquarius tertia domus. 10. gradus. pisces quarta domus. 20. gradus. aries gnta domus. 14 gradus. caput draconis in co. 2. gradus. saturnus. 9. gradus retrogradus. taurus. 6. domus. 11. gradus. luna in co. 11. gradus. gemini. 7. domus. 2. gradus. pars fortuna in co. 18. gradus. cancer. 8 domus. 7. gradus. leo. 9. domus. 10. gradus. virgo. 10. domus. 20. gradus. libra. 11. domus. 14 gradus. mars in co. 2. gradꝰ. cauda in co. 2. gradus. venus in co. 23. gradus combusta. sol in co. 25. gradꝰ. scorpio. 12. domus. 11. gradꝰ. ☿ Mercurius in co. 6. gradus. Significauit itaq; iupiter qui erat in. 16. gradu capricorni aspiciens quartā captionē castri z maxime cū ipse esset dño prime z esset dño quarte: z qz vnus z idem planeta erat dño prime z quarte videbatur q deberet haberi per concordiam. dummodo fierent primo que facienda erant ad capturaz eius. Et luna que erat in tauro in exaltatione sua significat honorez ex parte q̄rentis. Et ☿ Mercurius q erat ppe domū duodecimā non adhuc bñ exiens in de significat debilitatē inimicoꝝ q̄rentis: sed lz iupiter vr significare captionē castri: tñ qz ipse erat in descensiōe sua z aspiciebat quartā z non primā z luna lz esset in exaltatione sua tñ erat in sexta in cadēti ab angulo z ab ascendēte significauit hoc q tāta esset vilitas z pigricia z segnicies z debilitas coꝝ q nō insisterent his ꝯbus castrū debebat z poterat capi: z illa de cā non caperet cum deberet capi: qm̄ lz caput esset in quarta tñ Saturnus erat ppe illud: ita q ponebat ad introitū quarte domus. Tūñ rndi ei sub ista cōditione: dixiq; sibi q videbat mihi tanta eoꝝ vilitas q potius remaneret castrū q̄z caperet. Vltimo tā viliter z taz debiliter se habuerūt q nullo modo sunt operati aliqd de his q̄ faciebāt ad captionez castri: z ita remansit quasi illesum z exercitus leuatus est de



ita ex negligentia z vtilitate impugnantiuz remanebit castrum obsessum cū posset capi. ¶ Zodial vo dixit q ascendens z eius dño est aspiciendum pro querente septima vero z eius dño pro ciuitate vel castro. Et dixit q quicunq; eorum fuerit male dispositus vel retrogradus vel in sua descensione eius significator superabitur. Et si dño ascendentis intrat domuz septimam z dño septime dat ei vim ciuitas seu castrū capietur. Si sunt iuncti anguli planetis fortunis z infortunis venient vtriq; suffragia. s. vrbi z expugnantisperq; est luna cōsideranda vtrum sit fortunata vel infortunata que si est in domo decima ad exordium quarte ex parte orientis suffragium veni et querenti: si in reliquo medio vrbi.

agro z steterāt tñ in exercitu q bñ potuissent impugnasse castruz si voluissent facere ea q̄ sunt facienda talibus. Demū ꝓsuluerunt me de mutatione aeris anteq̄z recederent de campo z inueni q mutabaf a die questionis ad treo dies mutatione magna z fuit ita q beati fuerūt q̄ fuerunt reuersi domū: steterat enim primo quatuor mensibus q nō placrat.

¶ Capitulum. 30. vtrum aliquis habeat inimicos publicos vel occultos.

FOrtune sunt plures q̄z infortune tñ infortunis videnf plura q̄z sint fortunis: nō q sint plura numero: sed qz magis sentiunf: vñ sunt qdaz hoies fortunati: nec scīt nisi forte a pitis q̄re hoc sit. Similr sunt q dā infortunati nescītes q̄re hoc eueniat eis: seruiūt. n. aliis indifferēter lz forte plus vni q̄z alteri ne mini deseruiūt z tñ inimicanf eis aliq z q̄nq; multi nec scīrēt assignare cām q̄re odiant illos nisi q moueni forte inuidia qz vidēt eos bonos z nō maliciosos. Tūñ illi aliq̄ cogitāt sup his z ꝓsuluit astrologū dicētes vtruz hēant inimicos q̄re accidāt eis ꝑria annō. ¶ Tñ si aliqs mouerit tibi qōnem vtrū hēat inimicos an nō: scias si q̄rit de aliquo noiatim vtrū ſi

micek ei an nō: vel dixerit absolute habeo inimicos an nō. Si vō nominauerit tibi aliquē q̄re illū a domo. 7. si domin⁹. 7. aspexerit dominū prime vel lunam a q̄rto aspectu vel ab oppositione scias q̄ ille inimicak ei z maledicit z male facit negocia q̄rentis. Sil'r si fuerit in. 12. ab ascendente vel fuerit in. 12. a domino prime vel a luna vel fuerit iunctus cum alio quo planeta qui sit in oppositione domini p̄me vel lune vel eorū q̄rto aspectu sine receptione si vō non fuerit ita nō erit sibi inimic⁹. ¶ Si aūt q̄fierit absolute vtrū habeat inimicos q̄re hoc a domo. 12. z vide si domin⁹. 12. fuerit in ei⁹ oppositione vel in oppositione lune siue cū receptione siue sine receptione: vel in quarto aspectu sine receptione habet inimicos q̄ cogitāt ei mala z faciunt quādo possunt sine rumore vt nō sciak publice z fingunt se amicos coram eo. Deide aspice in q̄cūq; domo fuerit dōs. 12. ic dispositus. dic q̄ illi qui significantur per illā domū sunt qui inimicātur ei. Et aspice etiā si aliqs ex planetis fuerit in oppositione oīi prime uel lune vel in eorū quarto sine receptione. q̄m illi erūt inimicantes ei q̄ significātur per domū illā cuius fuerit dōs ille planeta. Idem intellige de illis qui significātur per domum in qua fuerit planeta q̄ opponit dōo primi vel lune: z omnes isti mouentur inuidia potius q̄z alia de causa.

¶ Capl'z. 31. de venatiōe terre z aque auiū z ferarū.

MOdi venationū sunt duo: alius est in terra z per terrā: alius in aqua z per aquā. Venatio aūt que fit in terra est dupliciter. nā est ad feras: aut est ad aues. Iterū tam ad feras: q̄z ad aues subdiuidit. nā aut est in montib⁹ aut est in terra plana. ¶ Si fuerit tibi facta questio de venatione terre z fuerit ad feras si fuerit ascēdens signū terreū z determinatio venationis illius: aspice tūc ascendens z dōm eius: z aspice etiā dōm illius hore: q̄m habet multū facere dōs hore in re venationis tam terre q̄z aque. Aspice etiā si fuerit ex signis quadrupedib⁹: q̄m idē operātur quasi q̄ terrea in venatione terre ad feras. Aspice etiam si fuerit venatio tua in montib⁹: q̄ si tūc fuerit ascēdens aliqō ex signis igneis erit bonū. Si fuerit in terra plana z fuerit ascēdens terreū vel quadrupes significat s'r bonum quantū est ex hoc. ¶ In venatione aūt auiū siue sint aues terrestres siue aeree siue paludestres aptanda sunt signa aerea. Deinde aspice septimā que hz significare venationē z dōm ei⁹: z vide vbi sit: z vide si aspexerint se a trino vel sextili aspectu significat adeptionem venationis sine magno labore z sine multa ingistione z eo melius si dōs primi receperit dōm septime: q̄m tunc significat adeptionem cū leuitate atq; suauitate. Et si fuerint iūcti ab oppositione vel q̄rto aspectu significat q̄ q̄cqd adept⁹ fuerit ex venatione adipiscet cū multo labore atq; cū multa fatigatione q̄si post desperationē. Si aūt nō fuerint iuncti ab aliquo aspectu nec per corpus z fuerit aliquis qui transferat dispositionem seu virtutem eor̄ vni⁹. s. ad aliū. s. dōi septime ad dōm p̄me z dōs p̄me non cōmiserit tūc dispositionē alteri significat etiā adeptionē venationis hz nō multam sed modicam. Si vō cōmiserit dōs primi dispōnē alteri vel trāstulerit aliqs dispositionez eius ad dōm septime significat q̄ erit in p̄ncipio capiendi venationē tū nō capiet eaz: letabit tū ex eis que videbit ex venatione vt ex fugatione z similib⁹. Si vō nō fuerint iuncti simul a p̄iunctione vel ab aspectu vel per trāslationez luminis significat q̄ nihil adipiscek de venatione. ¶ Si autē iueneris q̄ q̄ sit adeptus venationem z fuerit signū septimum aries vel taurus vel vltima ps sagittarij vel capricorn⁹ z fuerit questio hora louis z fuerit dōs hore in prima vel. 10. adipiscek venationē ex q̄drupedib⁹ silueſtrib⁹ velociter currētib⁹ vt sunt cerui capreoli lepores z silia. Si aūt fuerit leo erit venatio ei⁹ in quadrupedib⁹ silueſtrib⁹ ledētib⁹ vt sunt vrsi lupi vulpes apri z silia. Si aūt fuerit septima dom⁹ ex domibus malor̄ z significat adeptionē venationis: aspice si fortune fuerint in ea vel aspexerint eam q̄z significat adeptionem cū saluatione venatoris. Si aūt nō fuerint in ea fortune nec aspexerint eam significat fatigationem in venatione illa magnam z in eius inuentione z parum adipiscek ex ea z q̄ timek illi venatori nec accidat ei aliquod finistruz propter venationem vel ab ipsa venatione in psona sua. Et si fuerit saturn⁹ domin⁹ septime vel habuerit tibi aliā dignitatem z significat adeptionē venationis q̄stio illa: vel principiū itineris ad venāduz adipiscek de venatione non multum sed timek ne aliquis in venatione ledat eum credens forte percutere feraz z alio modo: nec tamen erit res multum magne lesionis: sed si ipsemet se percusserit poterit ei esse grauius: q̄m illa effusio sanguinis pertinet ad martem vnde minus impedit quia omnis sanguis qui fundit in venatione pertinet ad martem naturaliter: z ideo mitigak eius malitia in hoc z minus ledit. Sed si iupiter qui est solutor omnium malitiarum naturaliter aspexerit tunc martem non impediek venator z maxime si fuerit iupiter dominus hore: vel fuerit ascendens sagittarius vel piscis venabitur cum saluatione sui corporis z adipiscek venationem multaz z leuiter cum pauco labore z parua fatigatione atq; velociter. Si vero fuerit signū septimū terreū vel aereū z fuerit in eo fortuna licet dominus septime sit i fortuna z dominus hore similiter fuerit in fortuna tamen salbit z non ledet in venatione illa sed omnino adipiscek de venatione quod intendit z credit: z fere z aues quas venare intendit sentient ipsum z suos canes siue leopardos vel alia aialia cum quibus venak aliqs a longe z fugient pterrite ab eo ita q̄ non capiet illas: z inquiret inquisitione forti z laboriosa: nec tamen sequek inde vtilitatem: eo saluo q̄ si iupiter fractor malitie vel mercurius fuerit cuz domino septime vel cum illo malo qui fuerit dōs hore nō resistit quin bene possit venari venator ille: mercurius enim gerit vicem martis tūc in causa venationis in tali casu.

¶ Capl'z. 32. de multitudine vel paucitate venatiōis.

SI aūt volueris scire quātitatē venationis vtr̄ multa vel pauca adipiscak venator: aspice primo horam interrogationis vel exit⁹ ad venationē: z vide. 10. signū illius figure vt si ipsuz fuerit aries vel scorpio vel inueneris tūc martez in eo z aspexerit eū iupiter aut mercurius z fuerit ascēdēs aliqua ex domibus illorum duorum z mars in decima. Et si nō fuerit ascendens aliqua ex domibus eorum sed fuerit aliquis ex duobus dominus hore z aspexerit cum hoc martem significat adeptionem venationis multā z inueniet in quātitate plurima ita q̄ nedū instrumentis verum etiam proprijs manibus z sine magno labore adipiscek eam: nisi saturnus aspexerit tunc martem: nam si aspexerit eum absq; aspectu iouis z fuerit ille aspectus quadratus: vel fuerit ex aliquo angulorum: vel fuerit in decima: vel fuerit

capricornus vel aquarius decima domus non adipiscet forte modicum: quoniam tunc diminuit venationem: & immittit sup venationem laborem & tristitiam & angustiam. Nam si non aspexerit iupiter tunc martem & ipse & fuerit in aliquo locorum significantium venationē & maxime in angulo timet tūc illi venatori seu domino venationis impedimentū psone sue & recessio venationis ab oculis suis & grauabitur in eundo in venatione illa: & si venatus fuerit aliquid erit parum & non gaudebit ex illo: & forte q perdet venationem postq̄ adeptus fuerit eaz & maxime si fuerit venatio terre siue plane siue montuose fuerit.

¶ Capm. 33. de venatione aque.

Et si fuerit intentio tua vel exeuntis ad venandum piscari que venatio maris dicit & ei subalternat: similiter itelligas de omni loco piscationis cuiuscūq; aque fit siue fluminis siue lac⁹ siue paludis vel quicūq; alius locus sit dūmodo sit locus piscationis: qm̄ omnes iste venationes subalternant venationi maris. Aspice si fuerit ascēdens signū aquaticū quoz vtilius est piscio: deinde cancer & scorpio est infra cancrum: nō est mars tūc vtilis quoniā ipse impedit venationē aque. Unde si fuerit tūc luna iūcta marti vel dūs hore non eas adipiscet nisi venus sit tunc in coniunctione lune: venus enim in hoc casu frangit maliciam martis: cum enim luna que habet magnam virtutem in venatione fuerit iuncta marti in venatione aque significat modicam vtilitatem in pīscatione vel quasi nullaz: & illud quod fuerit erit cum difficultate atq; graūtate similiter & impedimento venantium. Secus est in saturno ipse enim non impedit lunam in venatione aque sicut mars non impedit in venatione terre: immo si fuerit luna iuncta saturno in venatione multiplicat venationem nisi mars aspiciat eam. Et si fuerit iuncta a quocūq; aspectu nisi ipsa sit in libra vel capricorno vel aquario dubitat ne venator siue piscator ille patiat naufragiū vel alio modo suffocetur. Si vero fuerit i capricorno vel aquario dubitatur ne cadat in aquam sed non suffocabitur. Si aūt fuerit i libra significat eius madefactionem per pluuiaz vel per arbores seu herbas madefactas per rotem: & hoc accidet quoniam mars & saturnus sunt inimici venerie. ¶ In tractatu electionum ego dicam tibi ex dictis antiquorum alia que dicenda erunt in facto venationum tam aque q̄ montium atq; planicie.

¶ Capitulum. 34. vtrum exul siue expulsus seu bānitus reuertatur ad terram suam an non.

Expelluntur aliquando aliqui de domibus vel ciuitatibus in quibus habitant vel alio modo recedūt ab eis: volunt forsitan scire vtrū sint reuersuri in domū siue in terrā in qua consueuerūt habitare & consulunt astrologum super hoc. Oportet ergo te scire in quo casu sit ille qui te interrogat de predictis qm̄ potest qs esse multis modis & multis de causis extra domum seu terram suam: pōt enim eē expulsus exul: pegrin⁹: fugitiu⁹: bannit⁹: absens: & deportatus. ¶ Si ergo interrogatus fueris de aliquo de supradictis vide quis est qui q̄rit vtrū sit ille idem vel ali⁹ pro eo. Si est ali⁹ qui sollicitet de facto ipsi⁹ vide quid attinet ei & p quē modū sua interest querere vtrum. s. sit pr̄ vel mr̄ vel frater vel filius &c. Da primam querēti quesito dabis illam p quam significat ipse quesitus & iudica ꝑm illud: qm̄ si dominus domus per quaz significat quesitus aspicit primam vel fuerit in prima vel fuerit iunctus planete qui sit in prima vel fuerit iunct⁹ alicui planete qui nō aspiciat primaz si iungat alteri planete qui aspiciat primam & qui reluet virtutez ei⁹ atq; lumē ad primam significat eius reuersionem. Illud idem intelligas de luna vt si fuerit q̄stio de fratre & dūs tertie aspiciat primaz. s. de patre domin⁹ q̄rentis de filio dūs gnte: & ita intellige de significatis omnium domoruz. ¶ Si vo ille qui quesierit querat per semetipsum scilicet q̄ fuerit ipse idem absens qui querit: vide vtrum ipse sit absens qui propria voluntate se absentauerit spe & animo redeundi vt faciunt aliquando mercatores: vel illi qui vadunt in potestarias & alia regimina: vel etiam per alium modum causa lucrandi vel causa delectandi: vel per quemcunq; modum dūmodo sit spontaneus nisi ipse sit peregrinus semper octaua dat querenti pro persona sua: prima vero datur terre a qua ipse recessit: etiam si foret suspicatus ne accidat ei contrariū quare debeat expelli: tamē dicit absens & non expulsus licet post recessum accidat ei aliquid quare non audeat reuerti. Unde si dominus octaue domus aspexerit primam siue luna a quocunq; aspectu significat eius reuersionem: sed si aspexerit ab angulis vel a trino aspectu festinabit reuersio eius: si vo a succedentibus vel a sertili aspectu tardabit eius reuersio aliquid plus. Si autem a cadentibus vel a quarto aspectu tardabit multum. Si autez ab oppositione tardabit iterum plus & postponet reuersio. ¶ Peregrino vo dat duodecima propter iram & tristiciam ac tribulationes que accidunt ei in pegrinatione: & quidam dant ei septimam: tu tamen poteris eligere illam que magis videt apta significare quod intendis. ¶ Si autem fuerit absens ille violenter expulsus de terra vel fugit vel fuerit exul vel timore aliquo se absentauerit vel fuerit bannitus vel deportatus vel fuerit pegrinus: quoniam pegrin⁹ quodam modo compellit ire in pegrinationem suam ita q̄ non potest recedere ab eo quod proposuit ex pegrinatione sua sine offensione dei aspicies el alio modo. Nam si fuerit expulsus ille qui querit vel bannitus vel deportatus vel qui propter timorem potestatis vel inimici vel alicuius alterius se absentauit dat ei septima pro sua psona & eius dominus atq; luna: & prima dat terre sue a qua fuit expulsus. Unde si dominus septime fuerit in p̄ma aut luna significat eius reuersionem. Si autem non fuerit in prima alter eorum & aspexerit ipse vel luna primam: vel fuerit iunctus domino prime si aspexerit primā significat ei⁹ reuersionem. Si aūt non aspexerit dominum prime sed aspexerit aliquez aliū & ille alter aspexerit primā sed iungit alteri qui nō aspicit primā & ille alter iungit alteri qui aspicit primā: etiaz si fieret p̄iunctio a planeta in septem planetas prout melsabale visum est vn⁹ relevat alter & reddit lumē eius ad primuz & pficit rem querentis: licet cū interpositione plurium psonaz: & p illos poterit fieri res que significat p domos illas quaz sunt domini planete qui se interponunt. Si vo nihil supradictoruz inueneris significat q̄ non sit reuersur⁹. ¶ Et si quesierit absens de propijs rebus dat prima psone: ciuitati seu terre sue datur quarta & etiam cuilibet rei sue stabili alijs suis rebus dant proprie domus eis deputate.

¶De octaua domo.

¶Capl'm primū de aliquo absente vel qui pfectus est alio vtrū viuat vel sit mortuus.

¶Consueuerūt aliquando qdaz absentari a domo sua seu a terra: z hoc multis z varijs de causis: quidam enim absentant se causa pegrinationis: quidam causa mercationis: quidam causa delectationis: quidam forte causa alicuius regiminis: quidam causa exercendi arma: z pluribus alijs de causis elōgāt se a filijs seu famulis ita q̄ apud suos non sunt de ipsis noua neq; scitur de ipsis veritas: z forte aliquis sollicitus de aliquo ipsorum voluerit a te scire vtrū viuat ille de quo ipse sollicitat an non z mouerit tibi questionez de ipso z volueris ei sup illa respondere: aspice tunc quis est ille qui interrogat z vide pro quo interrogat vtrum pro patre vel fratre vel filio vel seruo vel vxore vel vxor p viro vel pro religioso vel pro domino vel pro amico vel pro aliquo qui non diligit eum qui fingit se amicū eius aliquando z similia: dabis tunc primam querenti: quesito vero dabis domum que ipsum significat z lunam sil'r: z vide si inueneris eā in quarta vel octaua a domo sua vel etiam questionis: tūc enim significat eius mortem. Sil'r si fuerit in duodecima a domo sua cum aliquo malorum: vel aspexerit euz aliquis malorum a quarto aspectu vel ab oppositione: z si sol fuerit impeditus aut luna sil'r significat eum mortuum. ¶Verūtamen ḡabel dixit q̄ aspiciendi sunt dōs ascendentis z luna si fuerint in quarta ab ascēdēte aut in domo mortis que est octaua ab ascēdente: aut fuerint combusti: aut in descensione sua: aut cū domino domus mortis significat mortez. Et dixit q̄ si non inueneris aliquem eorum ita dispositum vt dictum est: aspice aspectum malorum z fortunarum ad eos: si fuerit dominus ascendentis in quarta retrogradus aut in domo mortis retrogradus: aut separatus a domino domus mortis per retrogradationem aspice si reuertit ad gradum combustionis erit mortuus. Item dixit z si iungit luna planete subterra erit mortuus: z si iungitur planete supra terram viuit. Item dixit si inueneris dominū ascēdentis in duodecima cum malis aut aspexerint eum mali: z aliquod luminariū fuerit impeditum iudicabis illū mortuū. Et dixit si fuerint quoq; mali cum luminarib⁹ que sunt sol z luna in vno signo hoc est corporal'r iuncti absq; aspectu fortunaz̄ significat mortem. Et sil'r si fuerit luna in quarta cū marte z fortune non aspererint eum. Et dixit sil'r si fuerit pars fortune in quarta cum malis aut septima vel octaua ab ascēdente vel duodecima z fortune non aspexerint eam significat idem. Et dixit z scito quia qō est supra terram significat vitaz: z qō est subterra significat mortem. Et dixit cum ergo inueneris euz combustum sub radijs nullaq; fortuna eum aspexerit: z luna fuerit subterra cadens ab ascēdente in tertia aut sexta scito q̄ ille de quo interrogatur sit mortuus maxime si euenerit vt sit in scorpione z in tertio gradu eiusdez impedita a saturno qui nāliter significat mortem verificabis mortem illius de quo fit interrogatio: cui ego satis familiariter assentio preterq̄z in assignatione domoruz: quia ipse videt velle dare primam absenti quicūq; sit ille qui interrogat: mihi videbat q̄ esset ei danda dom⁹ que significat eum: potuit tamen esse q̄ fuerit vitium transferētis seu scriptorum: tu autem tene viam quā vis: q; cuz fueris expertus semel z pluries videbis que istaruz viarum sit rectior: quoniaz non est de mea intentione detrahere alicui probo viro: sed cōmendare atq; approbare quicquid ipsi direrunt: z credere q̄ de bona conscientia direrunt. Si autez fuerit significator absentis in sexta a domo sua vel in sexta ab ascēdente vel alibi iunctus cum domino sexte vel in el⁹ quarto aspectu vel oppositione sine receptione atq; aspectu fortune non impedite significat eū infirmari. Si vō fuerit petens ꝯiunctionem illius ꝯditionib⁹ predictis significat eū infirmanduz. Si autem fuerit euadens a coniunctione malorum per corpus vel p aliquem predictorum aspectuum ita q̄ sit separat⁹ ab eis: vel sit euadens a combustione significat eum euasum ab egritudine vel ab alio impedimēto egritudini simili. Grauitatem aūt egritudinis vel eius leuitatem iudicabis ꝑm q̄ videris ꝯiunctionē transfactam a qua fuerit significator ille euasus. ¶Est tñ tibi considerandum ne iudices eum infirmum nisi primo videas vtrum sit tunc dormiens: nec iudices eum mortuū nisi videas primo vtrum sit tūc ebrius: nec iudices eum vulneratū nisi videas primo vtruz si tunc fleubotomatus de quibus poteris habere talem cognitionem. Considerabis si fuerit significator absentis in sexta nec fuerit iunct⁹ domino sexte nec alicui malo impedienti eum: z fuerit iunctus alicui fortune forti ac libere non impedite vel alicui ex planetis amicantibus ei fortunato z forti non impedito significat eum non infirmum sed potius somnolentum: z non vulneratum sed potius fleubotomatum. Idem intelligas si fuerit in octaua conditionibus predictis quoniam significat eum inebriatum z non mortuum.

¶Capl'm scōm de aduentu alicuius absentis.

Spissime ꝯsueuerūt occurrere qstiones astrologis de absentib⁹ si reuertent an non: z quādo reuertent qō grauis est: licet non credant illi qui interrogant q̄ sit maior labor respondere q̄z interrogare. Unde si fueris interrogatus de aliquo qui sit absens vtrum reuertat an non z quando: aspice dōm dom⁹ per quaz significat absens sicut dixi tibi supra in capitulo precedenti z vide si eius significator sit in ascendente qualecūq; sit iter vel sit in nona si fuerit iter longum: vel in duodecima si fuerit iter longissimuz: vel in quinta si fuerit iter mediocre: vel in tertia si fuerit iter breue. Iter enim breue ponitur vnius diete: mediocre dico ab vna dieta vsq; ad tertiam: longum a tertia vsq; ad. 60. longissimuz a. 60. vsq; dum potest quis ire longe: vel iungat cum planeta aliquo qui sit in eis cui ipse cōmittat dispositionem suam significat q̄ absens ille reuertet. Et si fuerit in septima significat eius aduentū sed non velociter imo differt aduent⁹ eius: z significat q̄ ipse sit in terra ad quam⁹ profect⁹ est nec exiuit adhuc de illa cā reuertendi tamen sollicitat circa suū aduentum. Si aūt fuerit in quarta significat prolongationē sui aduent⁹ maiorem q̄z cū est in septima tñ intendit circa reuersionem quando poterit illam facere z reuertet nisi fit impeditus ab aliquo malorum in domo sua. Et si fuerit in tertia vel nona z fuerit iunctus alicui planete in ascendēte significat q̄ ille absens sit paratus vel paret se in continenti ad reuersionem. Et si inueneris eum in secunda z fuerit iunctus alicui planete in nona domo vel in decima domo significat q̄ parat se ad reuersionez: nec erit in eius aduentu magna dilatio. ¶Si autem inueneris eum cadentem ab ascendente ita q̄ non aspiciat illud etiaz

si non fuerit alias impeditus significat eius tarditatem & duriciam & plongationē in aduentu: & q̄ nō curet de reuersione: & si curat nō potest illā facere. Si vō fuerit cadēs ab ascēdēte & fuerit alias impedit⁹: nec fuerit iunct⁹ alicui planete qui reuelet eū & q̄ aspiciat ascendēs & reddat lumē eius ad ascēdens aufert spēz reuersionis eius: & videt q̄ nō reuertat. Si vō fuerit significator absentis retrogradus vel fuerit ipse vel luna iunctus alicui planete retrogrādo & aspexerit ascēdens significat ei⁹ citam reuersionem. Et si fuerit impeditus ab aliquo planeta vide qs est qui eū impediat. Nam si fuerit dōs q̄rte videt q̄ sit detent⁹: si fuerit dōs sexte videt q̄ sit infirm⁹: si fuerit dōs octaue dubitat de morte: si fuerit dōs duodecime videt q̄ sit reclusus in carcere. Ista vident esse que impediunt ei⁹ reuersionez. Verūtamen si dōs octaue impedierit eū nec ipse recepit eū licet dōs octaue recipiat significatorem absentis nō significat mortez. ¶Et si nō fuerit significator absentis impedit⁹ sicut dixi tūc reuertit iudicū ad significatricem que est luna: que si fuerit iuncta significatori absentis & cōmiserit ei dispositionem suam in ascēdēte vel supra lineam ascēdentis p tres gradus vel infra eam p. 12. gradus significat ei⁹ aduentū citū. Si aūt cōmiserit ei dispositionem vltra lineam ascendentis a tertio gradu vsq; ad gntū vel infra a. 12. vsq; ad complementū toti⁹ illius dom⁹ significat tarditatem reuersionis ei⁹ licet non multū magnam. ¶Si aūt fuerit impedit⁹ significator absentis extra predictas domos nō significat magnū impedimentū licet forte aliqd. Si autē fuerit significator absentis in octaua nec fuerit alias impeditus plongabit ei⁹ aduent⁹ & erit dilatio in eo. Si vō fuerit impedit⁹ reddet eum dubiū & timet ne nō reuertat sicut dictū est supra. Si vō luna fuerit separata a domino q̄rte aut a dōo septime vel a dōo none vel a dōo tertie vel ab aliquo planeta qui fuerit subterra que dicit finistra ascendentis & fuerit iuncta dōo ascendentis vel planete qui fuerit supra terram que dicit dextera ascendentis significat reuersionem absentis: & etiam si luna fuerit cadens ab ascendente & fuerit iuncta dōo ascēdentis: nihilominus tū significat aduētū. Et si iuncta fuerit luna a dextera ascendentis planete existenti in decima significat aduentū licet cum dilatione: quū luna erit tūc in dextra ascendentis: sed si esset in finistra ei⁹ & iungeret planete in decima significaret impedimentū & duritiam & tarditatem in eius aduentu. ¶Zabel tamen sicut dixi tibi in alio capitulo dabat absenti primā. Itez opz te ꝓsiderare aliud de absente: quoniam absentia pōt esse plurib⁹ & diuersis modis sicut dictuz est in capitulo precedenti. Est enīz absens q̄ est exul: est peregrin⁹: est expulsus: est bannitus: est deportatus: est fugitiuus: vnde absens est quasi quoddaz generale: tamen absens proprie dicit ille qui propria & spontanea voluntate se absentauit siue ad certum locum seu determinatū fuerit siue nō dūmodo fuerit de suo ꝓposito atq; intētione redeundi vt alias dicit. ¶Exul dicit ille q̄ recessit a terra sua nesciens causam quare nisi forte aliqua fatuitate ductus: vel forte vadit vacillando vel inquirendo si possit inuenire terrā sibi aptiorem q̄z illa in qua erat: & forte q̄ fuerit premeditat⁹ ad quem locum esset iturus: nec absentauit animo redeundi vel non redeundi: sed vadit sicut errans. ¶Peregrin⁹ dicitur ille qui propria & spontanea voluntate se absentauit vt proficisceret ad aliquē locū p modū regionis siue in seruicio dei ac si vellet transfretare velire ad sanctuz Jacobum vel ad sanctum Petrum & similia. ¶Expulsus dicit ille qui contra suam voluntatez fuit expulsus de terra in qua habitabat ab aliquo suo inimico vel a suo fortiori vel per aliquam partiuz ꝓout fit aliquando inter partes ciuitatum castrorum vel aliarum terrarum quando vna pars expellit aliaz. ¶Bannitus dicit ille qui propter aliquod maleficiuz vel alia quacūq; de causa expellit sicut potestas vel cōmune terre in qua habitabat expulit eum de illa terra & banniuit euz nec audet illuc reuerti licet velit. ¶Deportat⁹ dicit ille qui p cōmune terre sue missus est sub custodia ex aliqua de causa ad aliquē certum locū nec possit inde recedere sine licentia custoduz seu preſidis. ¶Fugitiuus dicit ille qui timore aliquo ne aliquod finistrū acciderat ei fugit a terra in qua habitabat: & timet reuerti ad eam: nec tū ob hoc positus est in banno: sed tamen sunt forte alii qui que studeant ledere ipsuz si reuerterek. Unde omnes tales in quolibet predictorum casuum sunt absentes: & si fiat de aliquo ipsorum questio vtrum reuertat ad terram suam siue per ipsum siue per aliuz semp dat ei qui sponte se absentauit & animo sine intentione redeundi octaua ꝓ persona sua vt dixi & prima dat terre sue nisi pegrino: omnibus aliis absentibus tam expulsis q̄z bannitis atq; fugitiuis & peregrinis dat septima ꝓ psona & prima dat terre sue sicut expulsis vt in alio capitulo dictum est.

¶De tpe aduentus absentis.

Ad sciendum tempus aduentus absentis vide quot gradibus distat eius significator a linea cuspidis dom⁹ in qua fuerit: si fuerit in aliq̄ supradictarum domoz: & si nō fuerit in aliqua earuz vide quot gradib⁹ distet a planeta cui ipse cōmiserit dispositionē suaz in aliqua earz gradu p gradū: q̄si fuerit iter breue significat q̄ infra tot dies veniat: si fuerit mediocre significat q̄ veniet infra tot ebdomadas: si fuerit iter longū significat q̄ sit venturus infra tot menses: si fuerit iter longissimū significat q̄ infra tot annos sit venturus.

¶Capm̄ tertiū de morte interrogantis.

Dubitant aliqui aliquando de aduentu mortis & timent ne supueniat ei ante tempus q̄d naturaliter conueniens videat: & ne non possent bene disponere sua facta consulunt super hoc astrologuz vt possint inde certificari. Unde si fecerit tibi aliquis questionem de morte sua siue absolute siue determinate fecerit eam: aspice horaz interrogationis eius & constitue super eam figuram ad illaz questionem primam scilicet & decimam & ceteras domos & loca planetaz p gradus suos atq; minuta & p directionem eorum atq; retrogradationem & p̄m longitudinem eorū atq; latitudinem. ¶Si qdem interrogauerit determinate dicens: vide si moriar hinc ad vnū vel duos vel tres annos vel plus vel min⁹ p̄m q̄ sibi videbit querendum: aspice dōm prime & lunā & vtere ipsis in hac re & vide vbi sint: vtrū in angulis vel in succedentibus vel sint in cadentibus: vel sint in suis dignitatibus vel sint peregrini vel sint vacui cursus seu aliquibus iuncti. Maz si dominus p̄me iungit cum aliquo ex planetis ex fortunis & cōmiserit dispositionem suam & ille planeta fuerit fortis ita q̄ non cōmittat alteri suam dispositionem aspice tunc si ille planeta bonus & fortuna sit dominus octaue domus: quia si non fuerit dominus octaue & fuerit ita dispos⁹ vt dixi significat q̄ non morietk

infra tempus quesitum. Si vero fuerit dominus octaue domus ille cui dominus prime iungit ⁊ cō/mittat dispositionē siue bonus fuerit siue malus iterficit ⁊ significat q̄ moriet interrogator infra tempus quesitum: ⁊ eo fortius si luna fuerit tunc impedita nisi alius planeta iungit cum domino prime qui recipiat eum vel lunam saltim: quia tunc significat cū nō morituꝝ infra tempus illud siue bonus siue malus fuerit ille qui receperit dñm prime seu lunaꝝ ex quo nō est dominus octaue dom⁹. Aspice etiam si dñs prime iungat alicui malo planete qui eum nō recipiat de domo vel de exaltatione vel de duabus dignitatibus minorib⁹ ⁊ luna fuerit tunc impedita significat eius mortē. ¶Silr dic si fuerit dñs prime iunctus domino octaue nisi dñs octaue receperit eū ita tamen q̄ dñs prime non recipiat dominuꝝ octaue licet ipse recipiat euꝝ: quoniā si dominus octaue receperit dñm prime ⁊ dñs prime dominuꝝ octaue timendū est de morte siue fortuna fuerit dñs octaue siue malus. Sed si dñs octaue receperit dñm prime non impedit siue bon⁹ fuerit siue malus ex quo dñs prime non receperit eum. Si aūt videris q̄ non sit moriturus infra tempus q̄situ aspice quando dñs prime iungit planete qui recepit eum ex cōiunctione completa: quoniam ab illo tempore in anno erit secur⁹ ⁊ reddet semetipm certū de nō moriendo. Si aūt videris ipm morituꝝ aspice quando dñs prime iungat domino octaue vel qñ iungit malo planete suprādicto qui nō recepit eum sed impedit: quoniā quando fuerit eorum coniunctio completa siue per corpus siue per aspectū tunc significat eius mortem. Si autem dominus prime fuerit ita dispositus q̄ non credas te posse iudicare ipm de morte seu euasione a morte aspice tunc lunā p̄m dicta messahale ⁊ iudica p eam sicut debeas iudicare p dominū p̄me conditionibus suprādictis de morte siue de ipius euasione. Si autez vt tetigi tibi supra sint dominus octaue ⁊ domin⁹ p̄me iuncti simul ⁊ vterq; recepit alium: vel saltim dominus p̄me receperit dominū octaue significat eius mortem in terminis suprādictis hoc est quando vnus peruenit ad gradum in quo erat alter tempore aspectus. Idem intelligas si infra tempus quesitum infortunium combustionis senserit.

¶Capl'm quartum de tempore mortis interrogantis absolute de morte.

SI autem fuerit interrogatio absoluta q̄ non determinauerit tibi questionem suam sed dixerit: vide mihi quando moriar: aspice tūc dominū prime ⁊ lunam ⁊ dominum octaue atq; planetam cui iungit dominus p̄me siue luna ⁊ iudica ei mortem p̄m distantiam graduum existentiū inter dñm prime ⁊ dominum octaue vel planetam cui ipse vel luna iungitur: quoniaꝝ infra tot menses morietur. si fuerit in angulo dominus prime infra tot annos moriet: si fuerit in succedenti infra tot menses: si fuerit in cadenti infra tot ebdomadas. Si autem non significauerit mortez significat q̄ tot annis viuet vel tot mensib⁹ vel tot ebdomadis quot fuerint illi gradus illius distantie hoc est quot gradibus distiterit dominus p̄me a dño octaue vel a planeta malo ipediente tot erūt illius anni vel mēses vel ebdomade. ¶Et scias hoc qñ in isto casu opꝫ te magis seruare dñm p̄me q̄ lunaꝫ qꝛ ipse est in hac re fortior luna. Unde magis timēda est ꝯiunctio dñi prime cū dño octaue vel cū aliquo malo impediente q̄ lune: qñ dominus prime significat vitam ⁊ corpus nati per naturam suam non per accidens. Si autem fuerit separatus domin⁹ prime a domino octaue vel ipse ab eo vel a planeta malo qui eum impediebat non interficit euꝝ nec interficiet vsq; ad tot annos si significauerit ei annos: vel menses si significauerit ei menses: vel ebdomadas si significauerit ei ebdomadas prout dictuꝫ est supra quot gradus cadunt inter illam separationem ⁊ aliam coniunctionem quam facient simul. Et nō nocet coniunctio lune cum domino octaue nisi iungat ei dñs p̄me ⁊ fit alias fortis ⁊ liber ab ipedimentis q̄ nō accidit de luna: qꝛ ꝫ luna fit fortis ⁊ libera si dñs prime iunctus fuerit dño octaue vel malo ꝑditionibus suprādictis non valet bonitas lune ad euasionem nati seu querentis licet ipsa habeat maximam significationem in alijs reb⁹ cum domino prime.

¶Capl'm qntū vtrū primo moriat vxor aut vir.

ET si te interrogauerit vir aut mulier q̄ eorū sit primo moriturꝰ aspice dominum prime ⁊ dominum septime ⁊ vide q̄ eoꝝ primo sit in ifortunium combustionis caiurus: vel primo sit senſitur⁹ aliq̄ de impedimentis suprādictis ⁊ predictis ꝑditionib⁹ illum significat primo morituꝝ cui⁹ significator sic fuerit dispositus.

¶Capitulum sextum qua morte moriturus sit interrogator.

ET si dixerit tibi vide qua morte sim moriturus: aspice ascēdens ⁊ eius dominum quez si inueneris in octaua fueritq; octaua dom⁹ leo: eiusq; dominus infortunatus seu impeditus lacerandum ipsum dentibus siue vnguibus alicuius bestie: seu alio modo per bestiam morituꝝ significabit. Et si saturnus cum domino octaue iunct⁹ fuerit ipmq; impedierit ex scorpione vel pisc⁹ aut a morsu serpentis vel alterius animalis venenosi mori debere dubitabit. Qđ si hoc effugerit ip⁹ in aquis verebit suffocatio. Qđ si mars cuꝫ octaue dño in octaua vel sexta vel quarta vel duodecima ab eq; receptione pse ta cum prime dño iunctus fuerit ipsumq; impedierit eum cum gladio vel igne periturum nunciabit: gladio tamen potius: in alijs autem locis non reddet eum securum.

¶Capl'm septimū vtrū faciat vindictā de iniuria sibi illata ille que passus est eam vel non.

SI fuerit alicui facta iniuria prout sepius euenire cōsueuit vt si fuerit interfectus ei pater vel auus vel frater vel filius vel aliquis percussus: vel fuerit ei facta talis aliqua iniuria de qua ipse velit vindictam sumere: fecerit q̄ tibi questionem vtrum sit facturus vindictam illā an non oportet te in hoc casu aspicere primam ⁊ dñm eius ⁊ lunam ⁊ etiam quartam ⁊ vide si prima ⁊ quarta fuerint ambo signa mobilia scilicet aries vel cancer vel libra vel capricornus ⁊ luna fuerit in aliquo istorum quatuor signoruꝫ significat q̄ nō fiet vindicta quesita nisi dominus prime fuerit in prima vel aspexerit illam a trino vel sextili aspectu ⁊ dñs signi in quo fuerit luna similiter aspexerit eam: vel fuerit primum ⁊ quartū signa fixa: quoniā si sic fuerit absq; dubio fiet vindicta quesita nisi steterit per ipsum q̄ nolit eam facere sed non habebit aptitudinē faciendi si voluerit ⁊ in breui post cōnem factam. Et si dñs quarte domus aspexerit domum septimā ex quocunq; aspectu vel eius dñm ex quarto vel oppositione faciet interrogator si voluerit vindictam de manu sua fundendo

sanguinem illius qui cōmisit ꝓtra ipsum ꝛ intulit iniustū ei. ¶Sed si fuerit cum hoc qđ dixi luna iuncta alicui fortunaꝝ significat qꝺ nō poterit vindicta fieri nisi p modū ꝓditionis: ꝛ illud erit qꝛ pacificabunt: ꝛ postea sub illa securitate pacis interrogator interficiet illum qui fecit sibi iniuriā ꝛ eo fortiꝰ si illa fortuna cui iungit luna iungat cuꝫ aliquo malo ab oppōne vel q̄rto aspectu: qm̄ tūc significat ꝓditionē manifeste. Si aūt fuerit aspectꝰ trinꝰ vel sextilis significat qꝺ malefactor ille capiet ꝛ ponet in cōpedibꝰ vel oppo illa de cā. Et si fuerit significator malefactoris vel planeta fortuna cui iungit luna vel malus cui iungit fortuna illa cū qua luna iungit in ariete vel cācro vel libra vel capricorno ꝛ dōs signi in quo fuerit aliqđ supradictoꝝ p modū quē dixi tibi fuerit velocis cursus ꝛ aspexerit significatorē malefactoris. ſ. dōm septime relaxabit a carcere illo in breui. Si aūt fuerit in signo cōi vel fuerit ille malus cui iungit fortuna illa cursus eq̄lis stabit in captione pluſq̄ crediderit. Si aūt fuerit in signo fixo vel fuerit planeta supradictꝰ cursu tardior vel stationarius diutius captiuabit ꝛ tenebit vinculatus. Si vō fuerit illa fortuna cui iungit luna in signo mobili ꝛ dominꝰ illiꝰ signi aspexerit se cū illo a trino vel sextili aspectu liberabit a carcere illo: qm̄ ille qui habuerit fortitudinē sup illa captione siue sup illo carcere relaxabit eum absq; impedimēto: ꝛ si aspexerit se a q̄rto aspectu vel ab oppositione minus fiet.

¶De nona domo.

¶Caplm primū de itinere seu pegrinatione vtrū sit an nō. Et si fuerit si erit utilis an non.

PRoposuerūt aliqui alig facere iter ꝛ firmauerūt iter se facere illud: vel forte fuerit vnus tm̄ qui ꝓposuit itinerare ꝛ voluit ex eis aliqs scire vtrū iter illud sit futuꝝ an nō ꝛ fecerit tibi q̄nez si fiet illud iter aut fīnō fiet: ꝛ si nō fuerit qđ erit qđ impediet illud vide tūc dominū p̄me ꝛ significatricē que est luna qui ambo sunt significatores q̄rentis: ꝛ aspice nonam ꝛ dōm eius qui hꝫ significare iter longum seu pegrinationē: tertia iter breue: qnta mediocre: duodecima longissimū. qm̄ si inueneris dōm p̄me in. 9. aut luna vel fuerit aliqs eoꝝ iunctꝰ cum dōo. 9. ꝛ eo fortius si fuerit in. 3. vel. 5. vel. 7. vel. 11. fiet iter seu pegrinatio ꝛ ipse idez iterrogator erit cā q̄re iter fiat: nec accidet ei aliqđ extrinsecū vel extraneum qđ moueat eū ad iter nisi spontaneus motꝰ ꝛ volūtarius. ¶Deinde aspice dōm. 9. ꝛ vide vbi ipse fuerit qui si fuerit in prima significat qꝺ venient ei noua de loco ad quē intēdebat ire que mouebāt eū ad eundez locum ꝛ velocius q̄ esset iturus. Si aūt cū hoc fuerit dōs p̄me vel significatrix. ſ. luna in. 9. venient ei noua talia qꝺ vix aut nunq̄ fiet qn vadat. Si aūt fuerit cū hoc. ſ. qꝺ dōs. 9. fuerit in prima qꝺ ipse sit iunctus cū dōo p̄me supuenient ei q̄daz talia qꝺ nullo mō poterit facere qn vadat nisi forte iterrogator vellet facere viz nature ex arbitrio suo. Si vō nō fuerit dōs 9. in ꝑma iunctus dōo p̄me vide si aliqs planetaꝝ reddiderit lumē alicuiꝰ eoꝝ ad alterꝝ: sīgt. n. illud qꝺ fiet iter. Si aūt nō fuerit planeta qui trāsferat lumē dōi p̄me vel dōi. 9. ſ. vnius ad alterꝝ vide tūc si dōs p̄me atq; dominꝰ. 9. fuerint ambo iūcti alicui planete qui sit ponderosior eis ꝛ ille pōderosior aspexerit. 9. domū significat silr qꝺ iter fiet. Si aūt nō fuerit iunctꝰ dōs. 9. cū dōo p̄me nec fuerit planeta q trāsferat lumen iter eos nec fuerint iūcti planete pōderosiori eis qui aspiciat domū. 9. iudica q̄rēti qꝺ nō fiet iter illud de quo querit. Item si fuerit dōs p̄me in angulo ꝛ fuerit iunctꝰ alicui planete q sit in. 3. significat qꝺ iter fiet si fuerit liber a malis vt dixerunt quidam ꝗbus çahel videt assentire. Si fuerit iunctꝰ planete qui sit in. 2. qꝺ significat iter sicut si esset in. 3. dūmodo sit liber ab aspectibꝰ seu coniunctione malorum. Si vō dominus p̄me ꝛ luna fuerint iuncti alicui planete in angulo nec fuerint in locis supradictis que significant iter sicut dictū est significat qꝺ iter non fiet. ¶Hoc tū debes ꝑsiderare qꝺ si dōs p̄me fuerit iunctus dōo. 9. ꝛ videat p illā ꝑiunctionē qꝺ iter debeat fieri ꝛ inueneris aliquē malorꝫ in prima qui non habeat in ea dignitatez ꝛ impedierit eos vel aliquem eorꝫ qꝺ annullabit ꝛ nō fiet: ꝛ erit causa destruens illud aliqđ quod accidet queręti impediens iter eius vt non fiat illud ꝛ si inceperit. Si aūt fuerit ille malus in secūda accidet aliqđ in substantia eius quod ꝑturbat iter vel in suo familiari qui non attinet ei. Si fuerit in. 3. accidet causa fratris ꝛ si nō habuerit fratrem accidet causa alicuius de rebꝰ que significant per domum tertiam. Et si fuerit in quarta accidet causa patris qꝺ si patrem nō habuerit accidet causa alicuius de rebus que significant per domum quartam vt causa terre. Et si fuerit in quinta accidet causa filij: qꝺ si filiū non habuerit accidet causa alicuius de rebus que significant per domum quintam. Et si fuerit in sexta accidet cā infirmitatis vel causa serui siue seruientis sue dom̄ vel aliqua de causis que significant per sextam domum. Et si fuerit in septima erit causa rumorum qui venient ei a terra illa ad quam volebat ire vel causa rei quaz intendebat habere: vel causa vxoris vel causa inimicorꝫ seu latronum. Et dixit çahel qꝺ si aspexerit ab ascendente timeꝫ interfectio seu aliqua de rebꝰ que significantur per domum septimam. Et si fuerit in octaua accidet ei causa mortis vel aliqua de causis que significant per domum octauam. Et si fuerit in nona accidet ei causa rumorum quos audiet ex itinere: vel forte qꝺ via non sit tuta vel aliqua de causis que significant per domum nonam. Et si fuerit in decima accidet ei ab aliquo qui ꝓest ei qui non ꝑmittit euꝫ facere iter suum sicut sunt potestas ꝛ familia: vel aliqua de causis que significant p domum decimam. Et si fuerit in vndecima accidet ei causa amici vel alicuiꝰ de causis que significant per domum vndecimam. Et si fuerit in duodecima accidet ei causa alicuius qui finget se amicū cum non sit imo inimicat ei occulte: vel aliqua de causis que significant p domum duodecimam. Si vō fuerit dominus p̄me iunctꝰ domino none: postea iunctus fuerit malo p coniunctionem vel ab oppositione vel quarto aspectu ꝛ ille fuerit pegrinatus significat destructionem que occurret ei postq̄ fuerit pegrinatus. ¶Et dixit çahel qꝺ erit illa destructio ꝑm quātitatem inimicitatis illius mali: hoc est si dominus sexte fuerit erit infirmitas. Si fuerit dominus quarte erit carcer aut aliq̄ tristicia. Et si fuerit dominus octaue erit mors. Et si fuerit dominꝰ septime vel duodecime significat destructionem a latronibus ꝛ inimicis. Et si aspexerit ab ascendente timeꝫ interfectio. Si a secunda significat detrimētum substantie. Similiter quartus aspectus ascendentis significat detrimentum corporis ꝛ alter quartus aspectus secundus. ſ. septime ꝛ decime significat detrimentum substantie. Et dixit qꝺ si inueneris dominū ascendentis in septima aut octaua significat laborem in pegrinatione: ꝛ maxime si

fuerit

fuerit malus. Verūtamen si dñs ascendētis fuerit in octaua nec fuerit malus receperitq; dñm octaue nec fuerit recept⁹ ab eo significat q occupabit viator de bonis alienis in loco ad quē ire intendit. ¶ Deinde aspice si dñs prime fuerit liber ab impedimētis. s. retrogradatione casu cōbustione cōiunctione malorū vel eorū quarto aspectu vel oppositione significat q iter erit tutū z leue nec augustuz nec laboriosum. Si militer dicas si luna fuerit recepta receptiōe perfecta de domo vel exaltatione vel de duabus dignitatib⁹ minoribus q iter erit leue absq; impedimento z labore: z maxime si fuerit recepta a dño none vel exaltationis eius: et si fuerit ille receptor infortuna nec fuerit impeditus impedimēto terribili. Si vo non fuerit luna recepta significat grauitatē itineris z tarditatem z morā z inuolutionē in eo: z q iter nō erit vtile neq; lucrosum: z q ille ad quez vadit vel illi de terra ad quā intendit ire non bñ videbūt vel recipient euz: z erit ēt odiosus sibijpsi. ¶ Et dixit çahel q si in ueneris dñm ascendētis in ascendēte vel sua domo altera iunctuz dño none significat q peregrinabit ēt si fuerit signū firū. Et dixit q signū firū non destruit iter. Jtē dixit z scito q ascēdens significat pegrinationem z medium celi res eius z septima ab ascendēte terrā ad quā vadit quarta vo ab ascendēte significat finē rei illius. Si aūt inueneris fortunam in prima postq̄ videris q iter fiat vel q nō prohibeat signifi cat q iter illius erit bonū z vtile z cū saluatione animi z corporis. Si vo fuerit in. 10. fortuna significat q merces seu res quas portat erunt pspicue si defert secū mercationem. Si aūt fuerit in septima fortuna erit ei bona z vtilis terra illa ad quam ire intendit z gaudebit z letabit in his q̄ inueniet in ea: inueniet. n. in ea qđ inuenire desiderabat. Si vero fuerit in q̄rta fortuna significat q finiet iter illius: ita q sibi placebit z bñ satisfiet voluntati sue ex eo qđ accidet sibi in itinere illo. Si vo inueneris aliquē malorū in locis p̄dictis non hñs in eis dignitatez nec erit iter ad velle suū: sed potius in ꝓrium illius: qm̄ si fuerit in prima accidet ei horribile in via cuz iuerit. Si fuerit in septima accidet ei horribilis infirmitas. s. vel aliqd tale in terra ad quā ire intendit. Si fuerit in decima accidet deterioratio z damnū rerū: quas portat. Si vo in quarta fuerit accidet ei angustia z diminutio rez labor quē sustinuerit erit frustratori⁹ z inutilis.

¶ Capitulum. 2. ad quid proficiscatur itinerans vel qua de causa fiet iter.

QUonsueuerūt aliq̄ quida occultare ab astrologo qd querere intendāt q̄q; causa temptādi: qñq; causa occultandi suā intentionē: qm̄ nolunt patefacere alicui qđ intendunt: z vt pluries de itineribus nec forte aliqui iidient eis vel forte alia de cā prout eis visum fuerit. Si vo post factā questionem videris q iter sit futuz z volueris scire ad quē intendat ire viator. ¶ Aspice significatricez que est luna z vide cui ipsa iungitur: qm̄ ille planeta cui iungit luna significat illum ad quē intēdit ire viator vel qua de causa accidet ei iter. Si fuerit iuncta luna Saturno vadit ad viles psonas z ignobiles vel ad monachos vel alios religiosos induētes nigras vestes vel ad senes seu decrepitos vel ad iudeos. Et si fuerit iuncta ioui vt q sit iter eius ad duces vel ad epos seu religiosos seculares vel iudices seu iurisperitos. Et si fuerit iuncta marti significat q vadat ad guerrarios seu ad milites bellicosos vel piratas seu abscisores viaz. Et si fuerit iuncta soli significat q vadat ad regem vel ad aliquē nobilem magnatez z dilatē z honorabilem. Et si fuerit iuncta veneri significat q vadat ad mulieres vel alios lusores qui gerant officia mulieb̄ria. Et si fuerit iuncta mercurio significat q dat ad phos vel scriptores vel alios sapientes litteratos siue ad mercatores siue magistros operū. Si vo fuerit tūc luna vacua cursu erit iter eius ad hoc vt inueniat quēdā absentē qui est ei notus. ¶ Si vo fuerit cū hoc sepata tūc a saturno. s. q fuerit vacua cursu significat q sit iter eius ex hoc q infestat a creditoribus pp manu leuationē quam fecit pro aliquo vel etiam pp sua propria debita: qz nō est aptus satisfacere creditoribus. Si vo fuerit sepata a ioue significat q sit iter eius cā q sit sepatus vel q velit se separare ab aliquo epo vel alio prelato vel iudice vel ab aliquo nobili ciue. Et si fuerit sepata a marte significat q sit iter eius cā q intendat se separe ab aliquo q cōsueuit producere exercitus q preest tunc alicui exercitui vel ab aliquo bellicoso milite prout tu videris tunc martē in sua dignitate: qz si fuerit tunc mars in exaltatione sua fugit vel intēdit fugere a rege. Si in domo a duce. Si in aliqua suaz dignitatū minorū a milite bellicoso. Si fuerit pegrinus fugit vel vult fugere a latronib⁹ vel absciſionibus viaz. Si vo fuerit sepata a sole significat q separatus sit ab aliquo rege vel valde nobili magnate vel intēdat se separe ab eo forte timens de ipso. Et si fuerit sepata a venere significat q iter illius sit cā q sit sepatus ab aliqua muliere vel intēdat se separe ab ea: vel forte q decepit eā z lesit eā in aliquo. Si aūt a mercurio sepata fuerit significat q sit iter seu fuga cā q fugerit vel fugere intendit siue separe se ab aliquo scriptore vel alio litterato viro vel ab aliquo mercatore. ¶ Jtez aspice cui planetaz iungat primo luna si fuerit vacua cursu: q si fuerit in domo sua ille ad quē vadit viator erit de regione illa: z si fuerit in exaltatione sua erit extra regionem: sed hz ibi dignitatem laycalē vt potestariaz z similia. Et si fuerit i triplicitate sua significat q sit vir de extra regionē: sed morat in ea tanq̄ esset ciuis regionis seu terre illius. Et si fuerit in termino suo erit vir qui moratur in regione illa z hz ibi parentes suos. Et si fuerit in facie sua erit alienigena: sed nunc morat in illa terra seu regione z hr̄ pro ciue. Et si dominus domus in qua fuerit planeta cui luna iungitur aspexerit eū erit ille ad quez tendit viator notus in regione in qua morat. Si vero nō aspexerit eum non est publice notus in illa regiōe seu terra in qua tunc morat. Et si aspexerit vide quo aspectu aspiciat eum vtrū bono vel malo: qm̄ si aspexerit eum trino aspectu erit homo quem oēs vicini eius amāt z honorant z est eis valde placidus. Si aspexerit eū sexti li aspectu erit dilectus z honoratus in terra illa: sz erit infra hoc aliquid. Si fuerit aspectus ille quadratus nō diligit multū nec hr̄ multū odio: z quida; dicūt de ipo bonū: plures tñ sunt maledicentes q̄ illi qui cōmendāt eum. Si qdem fuerit aspectus oppositionis erit homo de quo homines cōiter z vnaniter male dicūt z quasi oēs qui habent cōmunicare secū odiunt eum z hr̄ pro contentioso z susurratore. Si vero fuerit cōiūctio corporalis significat q sit homo verbosus z q intromittit se de multis negocijs suis: alienis z ex illa intromissione nitit subtrahere pecuniam ab hominibus nec prospicit vadum aliquod nisi vñ possit acquirere oibus modis p fas z nefas sollicitat: vt extorqueat pecuniā alioz. ¶ Item aspice si videris q faciat iter qđ facere proposuit interro

gator: ⁊ vide si dñs ascendentis fuerit impeditus vel luna ab aliquo malor: quis est ille malus qui impedit ⁊ prospice in quo signo ipse fuerit: qñ veniet impedimentum ꝑm substantiã signi in quo fuerit malus impediens: ⁊ ꝑm significatuz domus in qua fuerit: significata domor: bñ debes scire: non oz ꝙ reiterem ea mõ. Et si fuerit in geminis vel libra vel aquario vel prima medietate sagittarij veniet ei illud impedimentũ ab hominibus: vñ debes cuz monere ꝙ caueat sibi a latronibus ⁊ scarranis ⁊ robatoribus seu viar: abscisorib⁹. Si aũt fuerit in cancro vel scorpione vel pisce dic ꝙ caueat sibi si fuerit ille malus saturnus de naufragio vel submersiõe vel suffocatiõe aque. Si fuerit mars dic ꝙ caueat a piratis egrantibus mare seu latronib⁹ marinis ⁊ terrenis. Si autẽ fuerit in ariete vel tauro vel virgine medietate sagittarij vel capricorno caueat a casu bestiar: vel eaz calcitratione seu pcussione. Si fuerit in leone dic ꝙ caueat a leonib⁹ vel lupis vel vrsis vel ẽt canib⁹ ⁊ a scorpionib⁹ ⁊ a spinis ⁊ aranеis ⁊ filibus. Et si fuerit in pisce dic ꝙ caueat a serpẽtibus aquaz ⁊ alijs animalibus venenosis degentibus in aquis. Et si fuerit in virgine dic ꝙ caueat ne aliqua arbor cadat supra eũ vel aliqõ lignũ vel alio modo impediat eũ: ⁊ caueat ẽt a ripis vel ꝓcipitatione de loco eleuato ⁊ caueat ẽt a veneno. ¶ Et dixit Zahel ꝙ mars est maiorio ipedimentis in terra ⁊ saturnus in aquis magis ipedit.

¶ Capitulum. 3. qualiter cedet itineranti in ciuitate in quam intrauerit.

SI aliqñ voluerit aliquis viator scire seu peregrinus cum intrauerit in aliquã ciuitatez seu alienã terrã quid accidat ei in illa vel volueris tu ipse pro te scire illud. Aspice primã domum qñ ingreditur in terrã illam vel qñ interrogat viator ille: ⁊ vide si dñs. 1. domus que significat substantiã illius ciuitatis fuerit directus reuertet in nõ magno tempore ⁊ satis cito perficiet qõ intendit. Si vo stationarius in statione sua sẽda erit in eius reuersiõe dilatio: sed tñ perficiet rem suam pro qua fuerit: tñ occurrẽt ei multa ꝓtraria impedientia negocium suum: ita ꝙ nõ credet se posse pficere. Si vero fuerit stationarius in statione sua prima credet se posse pficere quod intendit vltimo tñ non perficiet ⁊ reuertet post aliquã dilationẽ iratus: qz nihil lucratus erit imo expendit plus qz sit lucratus. Si autẽ fuerit retrogradus recedet cito a terra illa ⁊ nõ perficiet rez pro qua fuit nec lucrabitur ibi aligd nec perueniet ad eũ aliquid boni in ea. ¶ Si vero fuerit dñs scẽe in prima vel decima vel vndecima erit iter illud siue introitus in terram illã vtilis ⁊ bonus ⁊ lucrosus gaudebit ⁊ letabitur illa de causa. Si aũt fuerit in septima dñs. s. secũde accident ei multa ꝓtraria ⁊ horribilia ⁊ oportebit eum litigare illa de cã: qz forte illi cuz quibus habuerit facere negabunt ei veritatez ⁊ maxime si fuerint mali significatores eor. s. ꝙ sint dñi septime ⁊ occurrent ei ꝓtentiones ⁊ districtiones ⁊ alia multa qz turbent eũ ⁊ inducant ei merorem ⁊ tristiciã. Si vo fuerit dñs secunde in tertia vel nona ab ascendẽte significat instabilitatẽ querentis ⁊ eius motum in terra in quã intrauerat vel ad quã venerat in aliam ⁊ nõ trahet moram in illa nisi modicaz vel quasi nullam ⁊ si traxerit ibi moraz non erit suo velle: sed cõtra suã voluntatem potius ac si esset coactus stare ibi. Si vero fuerit in quarta ⁊ aspexerit euz aliquis malorum a quarto aspectu vel ab oppositiõe: nisi eũ receperit receptiõe bona nõ itinerabit vlterius de leui. Et si fuerit iunctus ei corporaliter non vr ꝙ reuertat vlteriꝰ ad domũ suam ⁊ vr ꝙ ibi sit moriturus. Si vo fuerit mars ille malus qui impedierit dñm scẽe ⁊ luna fuerit ei iuncta dño. s. secunde vel fuerit iuncta Mercurio ex aspectu quarto vel oppositiõe vel pcorpus ⁊ tunc aspexerit mars lunã accidet ei horribilia ⁊ cadet in contentionẽ cum aligbus malis ⁊ qui vtunt eis que spectãt ad martẽ ⁊ significant per visum: ita ꝙ offendent eũ ⁊ vulnerabunt vulneribus dubijs: ita ꝙ si fuerit tũc luna in quarta ⁊ aspexerit eã mars ex quocunqz aspectu morietur inde querens seu viator ille. Si aũt fuerit in alijs angulis non morietur inde. Sed si fuerit vulneratus apparebũt cicatrices in locis vulnerũ. Et si fuerit tortus remanebunt vestigia torture in locis coartatis a strictura tormẽti. Si vo cũ fuerit luna in aspectu martis ⁊ nõ aspexerit eum iupiter vel sol vel venus aut Mercurius si ipse fuerit tũc boni esse eueniet querenti seu viatori illud horribile a significato illius signi seu domus in qua fuerit mars si vero aliqua supradictaz fortunaz aspexerit tunc lunam forte ꝙ tunc nõ euenient ei illa horribilia que dixi: tñ si euenerint liberabit ab eis querens seu viator ⁊ euadet ⁊ inueniet omnibus his remedium ⁊ euasio ab eis. Si vero aliqua fortunaz supradicta rum non aspexerit lunam timet tunc ꝙ illa horribilia sint: ita praua ⁊ taliter adherentia viatori siue querenti ꝙ moriatur ex eis.

¶ Capitulũ quartuz qualiter cedat viatori de suo itinere vel eius occasiõe siue sit rex siue quevis alia persona.

QUia consueuerunt homines aliqñ querere qñ vadũt in aliqõ iter vel peregrinationem seu aliquod tale qualiter debeat eis credere vel euenire in itinere illo vel eius de cã: vel forte volueris tu scire p temetipsum qualiter ei cedere debeat. Aspice ascendens hora questionis si qz fuerit vel motus eius si nõ qz fuerit ⁊ verifica omnes domos a pma vsqz duodecimam: ⁊ vide dispositionẽ significatoz oium domorũ ⁊ eoz esse ⁊ quẽ eoz inueneris bñ dispositũ de illo iudica bonũ: ⁊ quẽ eoz inueneris male dispositũ de illo iudica malũ. ¶ Preterea iudicabis ei de esse suo ꝑm alitũ modum min⁹ particulariter videlicet ꝙ debes aspicere planetas ꝙ fuerint inter primam ⁊ quartaz ⁊ specialiter illos ꝙ fuerint in secũda. Et si fuerit ibi malus planeta ꝙ non habeat domũ in ea vel exaltationem vel terminũ vel triplicitatem vel faciẽ significat saltim ꝙ accidet ei damnus in his que dimiserit post se. Si fuerit rex vel alius magnus nobilis erit damnũ seu detrimentũ illud in regno suo seu ducatu vel comitatu suo ⁊ in his que ptinent ei ex parentela. Si aũt non habuerit ibi aliquaz de supradictis dignitatib⁹ nec hũerit ibi faciem nec aꝑz significat tã in magnatibus qz in vilibus personis rerũ suarum damnũ: ⁊ specialiter si fuerit vilis ꝑsona que nõ habeat regnũ vel ciuitatem aut castra significat ei damnum que possidet ⁊ in rebus sue domus tam mobilibus qz alijs ⁊ quibuslibet significat detrimentũ in propinquis ⁊ cõsanguineis diligentibus eum. Qñ si fuerit ille malus ꝙ fuerit in sẽda mars accidet ei illud detrimentũ pp guerrã seu aliã ꝓtentionẽ vel p cõbustionem ignis seu sanguinis effusionem vel p abscisiones viarum vel interitu animaliũ minutorum seu seruorum seu ancillaz prout mars fuerit tũc dispositus ad significandũ aliquod predictorum. Si aũt fuerit saturnus erit illud horribile seu detrimentũ causa naufragij vel submersionis vel ruine vel latronũ

vel mortis animaliū magnoꝝ vel infirmitatum. Si vero fuerit ibi cauda erit occasione vtriusq; significatorum alicuius domus: quoniā eueniet damnū ab illa re que significat per domum illam cuius dñs fuerit impeditus. Si aūt fuerit ille malus dignitatē habens in secunda ⁊ fuerit directus vel fuerit receptus tollet eius malicia nec impediet impedimento multum sensibili. Si vero fuerit retrogradus non tollet eius malicia ex toto tamen paꝝ nocebit: ex quo fuerit receptus: sed si fuerit retrogradus nec fuerit receptus nec in sua dignitate augmentabit eius malicia ⁊ plurimuꝝ nocebit. Idem dicas si fuerit in casu vel in descensiōe sua. Si aūt fuerint fortune in loco malorum. ſ. in secunda dic q illud iter non sit ei dubiū propter sua bona que remanēt post eū nec diminuētur illa de causa: sed potius meliorabunt ⁊ crescent. ¶Et dixit çahel q si dñs ascendētis vel luna fuerint impediti significat districtionem ⁊ tristiciam in via. Unde cum videris q iter alicuius seu peregrinatio minet ei damnum debes videre quis planeta sit ille qui impedit qui imittit illuꝝ timorem ⁊ qui est causa detrimenti quod videat debere accidere viatori ⁊ vbi ipse sit. Et si fuerit inter primā ⁊ decimam vt ait çahel accidet illud detrimentū seu damnuꝝ in reuersione sua. Si fuerit inter septimā ⁊ decimā in descensione sua. Et si fuerit inter primā ⁊ quartā sub terra in his que acquisiuit in descensiōe sua. Si vō fuerit inter quartā ⁊ septimam in reuersione sua. ¶Addidit tñ videt q ille qui transtulit nō bene sciuit arabicaꝝ linguā. Unde potuit fallere in transferendo: qñ videretur cōuenientius q impedimentū deberet euenire si esset malus impediēs inter primā ⁊ quartam in descensione sua a terra in qua erat eūdo ad aliā vsq; ad medium itineris. Si esset inter quartā ⁊ septimā debent accidere a medio itineris vsq; ad terram ad quam intendebat ire viator. Et si esset inter. 7. ⁊. 10. accideret ei in reuersione sua vsq; ad medium viē reuersionis ⁊ maxime in his que acquisiuit. Et si esset inter decimā ⁊ primam accideret post mediuꝝ itineris reuersionis ad domū seu terram suā. ¶Nic dñt poni accidentia ꝑm vnūquāq; domū ⁊ ꝑm vnūquēq; planetarum: ⁊ vt particularius scias hoc prospice fortunas iuuantes ⁊ malos impedientes: ⁊ vide in qbus domibus fuerint: qñ in illis proportionibus itineris accident significata eoꝝ tam fortunaꝝ q̄ malorum. Nam si fuerint in prima accident in principio itineris parum extra portam terre a qua recedit vel forte accident inter portam. Si sint in secunda accident infra quintā partem itineris. Si sint in tertia accident infra tertiā partē itineris. Si fuerint in quarta accident infra medietatez itineris. Si fuerint in quinta accident infra tertiā partem residui itineris post primā medietatē. Si fuerint in 6ª accidēt post duas ptes residui itineris post primā medietatē. Si fuerint in 7ª accidēt in loco ad quez tēdit viator. Si fuerint in 8ª accidēt in separatiōe a loco illo vel ꝑpe gntā ptez itineris reuersionis a loco a quo gs reuertit. Si fuerint in nona accidēt in tertia ꝑte itineris reuersionis. Si fuerint in decima accidēt in medietate itineris reuersionis. Si fuerint in vndecima accidēt post scōā partem itineris reuersionis. Si fuerint in. 12. accidēt prope terrā ad quam reuertit viator. Deinde aspice in qua predictaꝝ domoꝝ inueniat fortuna: quoniā ibi gaudebit viator ⁊ accident ei bona vt si fuerit iupiter significabit questū pecunie: si fuerit venus letabitur cum mulieribus ⁊ comestoribus ⁊ similibus. Si aūt inuenianꝫ ibi mali accident ei contraria: vt si fuerit saturnus accident ei damna cā furti ignis claꝝ ⁊ obscure facti vel cā naufragij. Si autē fuerit mars accident causa ignis vel abscisionis viaruꝝ vel causa effusionis sanguinis ⁊ similium.

¶Capitulum. 5. versus quaꝝ partem sit melius ire.

Et dixit Zahel q̄ ascendens significat causam conuiuij. Et dixit q̄ si fuerit ascendens conuiuij aliqua ex domibus veneris q̄ erit causa nuptiarum. Et si fuerit ex domibus mercurij erit propter filium. Et si fuerit ex domibus Jouis erit propter amicum. Et secunda ab ascendēte significat vasa potationis ⁊ suppellectiles domus. Unde si fuerit secūda domus signum cōmune erit vas eorū coloratū. Et si fuerit tunc mare in secunda erit vas illud cum ere. Et si fuerit in eo venus est in illo argentum. Et si fuerit iupiter erit argentum ⁊ aurum. Et si fuerit saturnus erit vas ligneū vel terreum. Et si fuerit fortuna in secunda significabit pulchritudinem ornamentorum domus. Et si habuerit illa fortuna dignitatē in secunda erunt illa ornamenta propria. Si autem fuerit peregrina habebit illa mutuo. Tertia vero significat cōuiuantes: si fuerit ibi fortuna erunt homines boni esse. Si vero fuerit ibi saturnus erūt viles. Si aūt fuerit ibi mars erunt suffurrationes aut erūt homines bellicosi vel abscisores viarum ⁊ similia. Quarta significat locum conuiuij: si fuerit ibi fortuna erit locus pulcher ⁊ aptus ⁊ decēs. Si autem fuerit ibi infortuna erit locus ineptus ⁊ turpis seu fetidus. Et dixit Zahel q̄ si fuerit signum cōmune erit locus cōuiuij in portico. Et si fuerit ibi sol aut iupiter erit eorum cōuiuium in claustro domus vel in meridie. Et quinta significat eorum pocula. Si fuerit quintum signum fixum potabūt de vnico potu. Si fuerit signum cōmune potabunt diuersos potus. Et si fuerit in eo iupiter aut mercurius erunt potus eorū dulces ⁊ sapozosi. Si vero fuerit ibi mars sapit potus de acredine. Et si fuerit mars impeditus a saturno erit potus acetosus. Et si fuerit ibi sol erit acerbū vel aliqualiter amar. Et si fuerit ibi venus erit mulsum vel alias dulcis bene sapiens gustui. Si autem fuerit ibi luna erit potus insipidus. Sexta vo significat seruitores conuiuij: si fuerit ibi fortuna erūt seruitores apti ⁊ decentes. Si vo fuerit ibi malus erūt ineptī ⁊ sordidi nescientes seruire. Septima autem significabit cocos ⁊ caueparios: si fuerit fortuna ibi erunt apti: si infortuna fuerit ibi erunt ineptī. Octaua vero significat senescalcos. Et nona significat ponentes ⁊ portantes fercula in discum. Si fuerint in eis fortune erunt apti ad hoc ⁊ scient bñ facere illud. Si autem fuerint ibi mali nō valebunt ad id. Decima vero significat vniuersalem bonitatem cōuiuij ⁊ alacritatem quam simul habebunt conuiuantes. Et si fuerit fortuna erit conuiuium decens ⁊ laudabile ⁊ gaudebunt ⁊ letabuntur simul conuiuantes. Et si fuerit ibi infortuna erit conuiuium indecens: ita q̄ conuiuantes erunt odiosi conuiuatori ⁊ in seipsis. Undecima vero significat si sunt amici cōuiuato ⁊ cōuiuantes. Duodecima vero significat exhibentem conuiuium vel maiorem illius domus: si fuerit in eo fortuna ostendet gaudium ⁊ leticiam quam habebit ex conuiuio. Si vero fuerit in eo malus tristabitur intra se ⁊ dolebit de illius cōuiuij exhibitione. Et quandocunq; inueneris fortunam in aliquo predictorum locorum ⁊ fuerit fortunata significat augmentationem boni. Et si malus fuerit infortunatus in aliquo predictorum locorum significat augmentum malicie.

¶ Finit tractatus interrogationum seu questionum Guidonis bonati.

¶ Incipit tractatus de electiõib⁹ ſm dicta ſapiẽtuz.
Capitulum primum prohemiale.

Um poſt iudicia pre ceteris aſtronomie partibus electionibus indigeamus z ipſe ſint res q̃ quottidie nobis occurrunt nec ſine ipſis poſſumus perfecte ad cõplementum vtilitatis multorum iudicioruz que quottidie nos explicare oportet peruenire. Videt mihi cõueniens de ipſis tractatũ ſm veſtigia ſapiẽtum noſtroz facere ſpecialem. ¶ Eſt aũt electio pre conſiliati appetitus conſiliũ. Eligere aũt eſt appetitus intellectus reſultans ex actu liberi arbitrij. Et licet inſurrexerint mihi aliq̃ plures fatui atq; ydiote tunicati dicentes electionẽ nihil valere atq; penitus nihil eſſe. Nihilominus tñ electiones z ceteri partes aſtronomie in ſua firmitate remanſerũt nec eſt ob hoc earum veritas diminuta. Per electiones enim apprehẽdere poſſumus multa bona ſimiliter z multa mala poſſumus euitare que ſm ſtellas vẽtura ſunt: nõ tñ dico q; electio faciat rem: ſed remouet prohibens ne res fiat: ſi enim iudicatũ fuerit p aſtrologiã alicui cõtra hoſtes ituro victoria de ipſis ſup aliqua ſibi facta queſtione niſi bonã habuerit querens electionez in mouendo ſuũ exercitum cõtra ſuos hoſtes poterit propter malum itineris ſui principium ſuccũbere: vel etiam ad minus multum de bono q̃ ei ſignificabatur per iudiciũ diminuere. Et ſi bonã electionem habuerit ſub aſcendenti bono z fortiori ei ſignificabat per iudiciũ ad rei finem bonum pueniet atq; ſibi reſiſtentem inimicũ ſuperabit. Impoſſibile enim eſt quin ea que fiunt recto ordine z de iure firmitatez nõ habeant z ad bonũ finem perueniãt. Altiſſimus enim z glorioſus creator omniuz celos fecit z ſtellas incorruptibiles de qnta eſſentia incorruptibili vt inferiora corruptibilia de. 4. corruptibilibus eſſentijs ſcilicet elementis facta regerẽt z gubernarent: z fecit ſtellas propter homines vt a ſtellis hominibus z alijs inferioribus iuuamina prestarẽtur. Quod enim eſt factum pro homine debet ſeruire homini. q; ſi diceret aliqui non eſt: ita non eſt cum illis altricandum cum nihil intelligant z nihil credant: ſed dimittantur tã q̃z magiſtri erroris z heretici veritatis. Ipſi.n. veritatem ignorant: quoniaz pecuniario lucro ſunt intenti: z priuat eos ſcientia: z mentes z corda eoruz cecat. Stelle enim in. 8. celis ſenſibilibus z mobilibus ſunt conſtitute: ille.n. que ſunt in primo mobili que fixe a philoſophis appellant ſunt: quaſi vt materia corruptibilia ſunt forme: planete vo ſunt z operantur z exercent quoddã medium per quod ſuperiora in inferioribus operãtur: nihilominus tñ ipſi formaliter exercent ſuas operationes: z qz materia eſt quoddam infinituz z forme fiunt ex materia: z illud eſt cauſa quare forma nullius rationalis aſſimilatur ſimpliciter forme alterius z ne duz individua: ſed etiam ſpecies ſunt quaſi infinite nobis. Ex quo ergo deus fecit ſtellas propter homines quam vtilitatem ſequerentur ex eis ſi nõ operarent z imprimerent in inferiora diuerſa nunc hoc nũc illud quod videmus eas facere quottidie manifeſte: operant enim in vno loco aliquando bonum: aliq̃ videmus eas in illo eodem loco contrarium eius quod primo fuerant operate quod non contingit niſi ex diuerſitate motuum z ſituum ipſarum: quoniã propter earuz motuum qualitates diuerſas z eorum corporum ſitus diuerſos fiunt diuerſe mutatiões in mundo. Videmus enim planetas diuerſis motibus moueri z ſm illos motus diuerſos imprimunt diuerſimode in inferiora: z ipſa ſm illas diuerſas impreſſiões diuerſimode mutãtur z alterantur calefiunt enim z infrigidant: deſiccantur z humectãtur. Nam cũ mars z ſol fuerint ſimul iuncti ſi fuerit eſtas excedit calor moduz. Si fuerit hyems frigus remittit z reddit ad temperamentũ. Si vero fuerit ſol iunctus cuz ſaturno z fuerit hyems intendit. Si aũt fuerit eſtas remittitur calor. Unde cũ aſtrologus per ſuam inquiſitionem illaz diuerſitates motuũ nouerit: z nouerit illas impreſſiones que imprimunt in inferiora propter illos motus: z illi motus ſint q̃z bone q̃litatis q̃z male poteſt eligere bonum q̃ qualitates illoz motuuz ſunt bone z aſſumere illud. Et poſt eligere malum quod ſignificat per illas qualitates q̃ ſunt male z vitare illud: q̃m ſicut alias dictũ eſt non ſignificat planeta idem q̃ eſt retrogradus quod q̃ eſt directus: non idem q̃ eſt tardus quod q̃ eſt velox: non idem q̃ eſt ſtationarius quod q̃ eſt progreſſiuus: nõ idem q̃ eſt combuſtus quod q̃ eſt euaſus: non idem q̃ eſt vacuus curſu q̃ q̃ eſt alteri iuctus: nõ idem q̃ eſt in alienis dignitatibus q̃ q̃ eſt in ſuis. Non idem quando eſt in angulo quod q̃ eſt in cadenti: non idem q̃ eſt liber quod q̃ eſt impeditus. Unde cum ſciat per expertorem huius ſcientie quãdo planeta eſt bene diſpoſitus põt fieri electio tunc ad bonũ. Et cum ſciat per ipſum q̃ planeta eſt male diſpoſitus põt fieri electio: z euitari ſm q; aſtrologus preceperit ita eſſe. Et põt eligi bona hora a mala ſm q; ipſe dño noſter Jeſus xp̃s eligit dum dixit eamus in iudeã iterum ꝛc. z mala poſſunt euitari que ventura ſunt ſm diſpoſitiones motuũ predictorũ z ſignificata mala. In omnibus initijs eoz que facere intendimus tam in itineribus q̃z in mulierz deſpõſationibus atq; nuptiarũ celebrationibus: tã in edificationibus q̃z in deſtructionibus: tã in plãtationibus q̃z deplãtationibus z in ſingulis que facere volumus vel intendimus euitari. Et ſic p3 q; ſtelle operantur diuerſa in inferioribus ſm diuerſitatẽ ſuorũ diuerſorũ motuum: z q; aſtrologus poſſit p bonas electiones auertere multa mala que ſm motus ſtellarum: niſi quis pcaueret ſibi euenirent. Uñ nõ poſſunt infringere aſtronomiã neq; electiones aliquaz rerum tali via qua leui ſibi aſſumpſerũt: poſſunt tñ quodãmodo cõtraire in his que vident veriſimilia z omnia poſſint defendi videlicet ſi dicerent q; electiones nõ ſorent inuente pro qualibet vili ꝑſona: z illud eſt quodãmodo verũ: ſed non ſimpliciter: quoniã non confidimus bñ q; quilibet vilis ꝑſona poſſit facere ſibi ſemp eligi facta interrogatione: ſed facta q̃ſtione de re qd inde poſſet accidere ei bñ poſſumus ei poſtmodũ eligere accepto ſignificatore electiõis de queſtione ab eo facta: per queſtionẽ enim ſuaz renouatur quod iam deſtructũ exiſtimabat de ſignificatore radicis natiuitatis ſue: q̃m eſt ſup eo de quo queritur. Et quodãmodo vident electiones eſſe cõmunes omnium: q̃m electio non eſt rei ſpõtanee nec certi nihilominus tñ eſt cuiuſlibet qui conſiliatus eſt a ſe vel cui conſuluit alter z eſt res cuius cõſilium fuit preambulum ratio z intellectus preſtitit. ¶ Magnatibus vo z nobilibus illis ſcilicet qui ſunt apti regno poſſunt eligere z ſuper natiuitatibus z ſuper inter-

rogationibus: ꝛ sine ipsis semper: ꝛ indifferenter super omnibus eorum initijs tam itineribus ꝙ̄ alijs. Quando vero tu eligis vilibus sine interrogatione ꝛ maxime si fuerint plures simul sicut fit aliqñ in volentibus ire per terram dūmodo sint plures vt fit in peregrinationibus ꝛ similibus nō potes eis eligere sicut qñ eligis vni soli: qñ differūt fortunia ꝛ ifortunia radicū natiuitatum eor̄: ita ꝙ ille significator q est vtilis vni eor̄ potest esse cōtrarius alteri: ꝛ sic non poteris habere talē electionē que sit vtilis omnibus in hora vna: qñ non est aliquid qō possit exercere simul ꝛ semel duas naturales ꝛ cōtrarias opationes ſm vnam ꝛ eandē rem ꝛ ad vnū ꝛ idem significatū. Et ꝙ res ita se habeat patet p hoc: qñ videmus aliquando aliquos ire simul in vna hora pro aligbus negocijs: ꝛ quibusdā bene cedit quibusdā vero contrarium. Unde si haberent questiones omniū illor̄ quor̄ questiones significarēt bonum esset eligendū: quor̄ significarent cōtrarium nō esset eligendū sicut alijs: verū est tñ ꝙ bona electio aut prodest aut non nocet dūmodo nō sit cōtraria radici natiuitatis: nec tñ sunt electiones abijciende: sed sunt seruāde ſm ordinem quē tibi dixi. Quotꝫ boni planete fuerint significatores illi gaudēt in bonis diebus ꝛ letātur in eis: in malis aliqñ tristant. Quor̄ mali planete fuerint significatores illi gaudēt in diebus in qbus non vident sic debere esse ꝛ in bonis diebus tristantur ꝛ male est eis: ꝛ hoc nō est: nisi ex eo ꝙ mali vicerunt in radice natiuitatis eorū: mali enim suis tantūmodo prosunt: alienis nituntꝫ nocere: boni vero suis semp prosunt ꝛ alienis nituntꝫ prodesse: ꝛ hec est cā quare electiones pñt prodesse potius ꝙ̄ nocere. Non ergo despicias hec que tibi dico: qñ si bene cōsideraueris ꝛ ea bene fueris pspicatus poteris electionū vtilitatem pcipere: ꝛ vnde habeat originem ꝛ qūo ꝛ qñ ꝛ qbus valeant. Uolo. n. te scire ꝙ fortuna dñatur in ore licet quidā ex tunicatis ydiote dicāt ꝙ fortuna nō est: sed solū quod deus vult. Sapientes vero eor̄ in hoc discrepāt in occulto ꝫ in publico videantꝫ eis assentire quod est potius pre timore ne ip̄or̄ ordines vilipendantꝫ ꝙ̄ ꝙ credāt eos dicere veritatē. Si enim fortuna nō est quis esset tante fatuitatis qui nesciret ex arbitrio suo cuncta necessaria sibi habundāter acquirere: sed nos videmus quotidie cōtrarium manifeste: nōne vides quosdā sapientes probos ꝛ intelligentes qui nō habent vt plurimū quod manducēt: ꝛ quosdam fatuos quibus si lupus auferet ex decez pecudibus. 7. nesciret vtrum essent diminute vel nō cunctis sibi necessarijs affluētibus habundāter: ipsi enim imponūt rabiem creatori suo mentientes ipm non esse iustum ꝛ in heresim incidunt abhorrēdam.

¶ Capitulū secundum de his que considerantur in isto tractatu.

IN isto enim tractatu qui electionum dī oportet te scire ista ꝙnꝫ videlicet. Si electiones quas facimus contineant in se aliquam vtilitatem. Et similiter oz te pſiderare principium oīs rei quā facere vel incipe intendit aliqs quare fit. Et vtrū res que incipiunt sint venture ad cōplementū an nō. Et si fuerit cōplementū vtrū finis eius qō incipimus sit bonꝰ vel malus futurus. ¶ Ptholomeo enim qui fuit pre alijs sapientibus huius scientie rectificator visuꝫ est huius artis fructum fore iudicia electionibus nō exclusis imo in huius scientie fructu cōputatis: necesse est enim magnā partem astronomie fructus electionis esse: qñ quando eligimus alicuius rei principium possumus per electionem illam scire principiuꝫ medium atꝙ ipsius rei finem qualis debeat esse. Si enim eligimus alicui etati ad hocapte vt gignat filium: vel etiam si non eligimus ei ꝛ sciamus horā illius concepti siue cōceptus ille sit rationalis siue nō rationalis nos sciemus quid futurū sit de ipso in vtero materno vsꝙ ad diem ꝛ horaꝫ natiuitatis: ꝛ si sciuerimus horam natiuitatis poterimus ei dicere qd de ipso futurum sit post natiuitatem vsꝙ ad finem vite sue ſm ordinez naturalem: ꝛ quid ei accidere debeat: deus enim dat nato quod stelle ministrant. Et licet materia sit eadez in eis tñ operationes sunt plures atꝙ diuerse: sicut accidit in membris quibus prima causa dedit virtutem cuiuslibet iuxta suas operationes nō enim interest sua prohibere alicui rei: licet quidam ignorantes astronomiam nō confiteantur. Similiter quando eligimus alicui volenti seminare seu plantare sciemus quid de illa plantatione vel de illa semination sit futurum ſm stellaꝝ administrationem ꝛ significata. ¶ Sarcinator vero visus est velle ꝙ nō eligemus vilibus vel mediocribus: nisi super natiuitate vel interrogatione eorum: tñ ipse non inhibuit ex toto quin eligeremus eis: sed videbatur ei rutius eligere super natiuitatibus vel super interrogationibus ꝙ̄ aliter: qꝛ bonum est eligere super natiuitatibus vel super interrogationibus. Sed si non possumus aliquādo habere aliquam ex illis: nō tñ est electio prohibēda. Et dixit ꝙ eligeremus ēt sine ipsis: nec ob hoc sunt sibi ꝓtrarij. Sarcinator voluit esse certus: ita ꝙ non posset reprehēdi: qꝛ voluit eligere super natiuitatibus que raro habent: vel super interrogationibus de natura sua. ¶ Haly vero voluit esse liberior in hoc ꝙ oibus voluit pdesse licet electiones que nō fiunt super natiuitatibus vel questionibus nō sint: ita certe sicut ille que fiunt sup eis: tñ confisus est de ipsis ꝙ deberent valere vel ad minus nō possunt nocere. ¶ Mihi aūt videtur ꝙ possumus omnibus singulariter eligere dūmodo non sit pluralitas cui eligimus nec intelligas pluralitatem aliquam cōmunitatem: sed pluralitatem priuatam sicut quando vadunt aliqui simul congregati in peregrinationibus ꝛ similibus: ita enim credo mediocrem seu vilem habere suam radiculam in natiuitate quēadmodum magnatem suam radicem: quoniam quilibet eorum natus est sub ascendēti. Si enim aptauerimus lunam que est particeps omnis rei iā habemus partem itineris seu alterius rei vniuersaliter aptatam que est de rebus radicalibus ꝛ que nō permittet viatorem periclitari de leui etiam si ascendens itineris esset contrarium ascendēti natiuitatis in qua luna fuerit particeps: ꝛ quoniaꝫ ipsa est res fortior in itineribus multum tollit de contrario qō posset significari per alios planetas cōtradicentes itinerāti: qꝛ significatio eius in itineribus est in duplo maior ꝙ̄ significatio alicuius aliorum planetarum. Unde cum ipsa habeat tantaꝫ partem in itineribus ꝛ aliarum rerum omniū ꝛ sit particeps natiuitatis itinerantis ꝛ aptauerimus eam in itinere: videtur ꝙ sit aptata pars radicis natiuitatis itinerantis vel incipientis: ita ꝙ erit sibi prosperitas in itinere licet forte nō cedant ei omnia prospera sicut vellet tamen bona electio multa mala diminuet atꝙ auerteret q̄ ventura essent ſm significata stellaruꝫ. Et aliqua bona apprehendet ille cui eligit que sine electione non apprehendisset. Uitantes enim electiones que non fiunt super natiuitatibus vel super interrogationi-

bus nō videntur mihi ex toto sapientes: q; si nō possunt habere id boni quod volunt nō debent tamen spernere id boni quod habere possunt. Illi enim q hoc faciunt videtur facere sicut fecit quidam hystrio qui iuit ad nuptias in quibus dicebatur q; erāt anseres: ille vadens illuc nō inuenit ibi anseres: sed inuenit perdices ⁊ poterat ex illis comedere quantuz vellet qui exquo nō inuenit anseres noluit comedere perdices imo ductus fatuitate recessit ieiunus.

¶ Trutanus vero dixit q; melius est comedere grillos q̄z nihil licet fuerit abusiue locutus: fuit tamē vera intentio sua ⁊ sic melius est electionibus vti q̄z penitus eam dimittere.

¶ Capitulum tertium de radice electionum.

RAdix enim nostrarum electionum est aptare fundamenta ipsarum ⁊ ex illis est aptatio lune: quoniam sicut alias dicitur ipsa habet participationem ⁊ significatū in omni principio: in omni itinere. in omni loco: in omni tēpore: in omni re: atq; in omni hora. Et est similiter de illis vt alt haly sol qui preest inter alios planetas sicut rex: ⁊ planeta q; significat rem quā volumus incipere: vt si vellemus incipere guerram vel aliquid aliud de his que operantur per ferrum ⁊ ignem debemus aptari martez qui naturaliter habet significare illud. Si vellemus acquirere pecuniam deberemus aptare Jouem qui naturaliter significat eam. Si vellemus celebrare nuptias vel similia delectabilia debemus aptare venerez. Et ita intellige de significato cuiuslibet planete. Preterea debemus aptare signū q̄ō fit de nā rei quā incipe volumus ⁊ q; hēat illaz significare: vt si volumus facere iter p terrā aptem⁹ signū terreū: si p aquā aptemus aquaticū. Et aptatio eius est vt sit liberz ab impedimentis ⁊ ab infortunijs ⁊ eaz aspectib⁹ ⁊ ponas illud ascendens electioni tue: vel ponas dominum ascendentis in eo vel lunā vel ambos si poteris. Ista sunt necessaria in omnibus electionibus cōmunibus tam in electionibus que fiunt super natiuitatibus seu interrogationib⁹ q̄z in aliis si fieri potest: ⁊ quedam sunt alia oportuna licet non ita necessaria scilicet vt aptemus viris signum masculinum: ⁊ mulieribus signum femininum.

¶ Capitulum quartum de aptatione particularium.

POst q̄z aptaueris predicta vniuersalia: oportet te aptare particularia scilicet post q̄z aptauisti luminaria ⁊ dominum ascendentis ⁊ planetā significantem rem quā inceptor intendit facere videlicet: domus que significat rem sup quam est electio tua ⁊ intentio incipientis. Et hoc fit dupliciter: nam in illis quorum natiuitates nouisti ⁊ quorū habes interrogationes debes aptare domū significantez rem illam in natiuitate seu questione. In illis vero quorum non habes natiuitatem vel questionem aptabis domum significantem rem illaz in hora electionis siue inceptionis. Debes etiaz aptare in omni electione primam ⁊ quartam ⁊ dominuz vtriusq; primam ⁊ eius dominuz vt saluetur ⁊ custodiatur persona illius cui eligis: quartam vero ⁊ eius dominū vt res perficiatur ⁊ finis eius sit bonus ⁊ laudabilis.

¶ Et dixit Haly apta domum rem illam significantem hac de causa: quoniam vnum ⁊ idem signum potest facere diuersas domos que habebunt diuersa significata fm diuersitatem regionū: vt si esset aries prima domus toleti in illa eadem hora esset forlinij idem signum duodecima domus: ⁊ eadem hora hoc est tunc temporis esset corynthij vel parum citra vndecima domus: ⁊ ita vsq; ad finē terre habitabilis diuersificando domos fm diuersitatem longitudinum regionum ⁊ distantiam earū adinuicem⁹ dando vnicuiq; 770. miliaria fm q; sapientes antiqui mensurauerunt terram vel forte fm mensurationez prout in eorum libris continet. Unde non facio magnam vim: nisi vt videas modū diuersitatuz domorum vt percipias ipsarum significata fm diuersitatem regionum ex eo q; illud idem signū quod significat in vna terre vnuz potest significare in alia aliud diuersum ab illo: ⁊ sic videtur q; electiones non sint omnimode vitande licet non habeant semper natiuitates seu questiones. ¶ Et si diceret aliqs q; si semper facimus fortunas fortes ⁊ malos debiles in electionibus ⁊ aliquis malorum sit significator natiuitatis illius cui eligimus facimus illi contrariū eius quod facere debemus ⁊ sic efficimur ei contrarij cuz debemus esse sibi vtiles. Ad quod potest responderi q; debemus vestigia nature sequi que semp ad melius est intenta: ⁊ nos ad melius intenti esse debem⁹: melius est enim exquo ignoramus natiuitates nec habemus interrogatiōes q; aptemus fortunas ⁊ debilitemus malos: quoniam debilitatio fortunaruz peior est q̄z debilitatio infortunarum. Nam si debilitamus omnes fortunas potest esse q; nihil boni remaneat in electione. Si autem debilitamus omnes malos non possumus eos debilitare quin aliquid boni remaneat in ea: quia nullus malorum licet aliquis eorum significet bonum in natiuitate significat vniuersaliter semper ⁊ vbiq; bonum: ex bonis enim sunt plures qui naturaliter ⁊ vniuersaliter semper ⁊ vbiq; significant bonuz sicuti venus que semper habet significare de desponsationibus ⁊ nuptiarum celebrationibus: ⁊ aliis factis mulierū in omni hora ⁊ ⁊ in omni terra ⁊ similibus: ⁊ luna que habet significatum in factis matrum ⁊ in omnibus alijs nostris factis vt alias dicitur: similiter ⁊ sol sup factis dignitatum: ⁊ iupiter qui naturaliter semper ⁊ vbiq; in omni hora ⁊ in omni terra est significator: subtātle. Et sic semper cum fortificamus fortunas vel stellas significantes id quod intendimus reseruamus aliquid boni illi cui eligimus quod nō accidit de infortunis. Preterea mali naturaliter sunt tantum duo saturnus scilicet ⁊ mars: boni vero naturaliter sunt quinq; Jupiter scilicet sol venus mercurius ⁊ luna. Unde cum ipsi boni sunt plures numero quā mali oportet q; vincant in fortitudine: ⁊ sic magis debemus considerare de multo bono q̄z timere de non multo malo. Et in hoc errant illi qui dicunt q; non debemus vti electionib⁹: sicut enim alias dicitur electio non potest nocere: sed potest prodesse. Impossibile enim est quin bona hora sit bona ⁊ mala sit mala. Exquo enim possumus discernere bonam a mala quare non debemus assumere bonaz horam: ⁊ vitare malam. ¶ Si quis volens ire ad prelium q; forte fuerit in precinctu eundi quesierit a te consiliuz q; eligas ei bonam horam: vel dixerit q; videas ei si hora illa est bona vel non: ⁊ tu videris significatorē male dispositum in hora illa: ita q; si tunc iuerit ad prelium interficietur: ⁊ videris aliam horam in qua poterit ire sine periculo ⁊ non dixeris ei q; non vadat: tunc ⁊ q; expectet horam in qua poterit ire securus: vel dixeris ei vade: q; nō nocebit tibi hec hora si deus voluerit: nōne tu si ille iuerit tunc ⁊ fuerit interfectus es effectus inde homicida scias q; sic: hoc dico si tu denegasti ei cōsilium tua culpa: hoc est si ipse vole

bat tibi satisfacere alioquin cecus est: non enim tene
ris ei seruire gratis si potest satisfacere: potest enim ele
ctio illa esse sortis q ne dum auertat malum illius
cuius natiuitas ignoratur nec questio habetur: ve-
rum etiam si per natiuitatem vel questionem signi-
ficetur ei malum poterit auerti ab eo per ipsam for-
tem electionem. Similiter si aliquis viator quereret
a te de aliqua triū viarum que esset ei melior z secu-
rior: in vna quarum dicebatur publice q nūq̄ sta-
bant latrones: in alia vero aliquādo erant latrones
aliquādo non: in tertia quidem erant semper latro-
nes z tu diceres ei: vade per istā viam scilicet in qua
semper erant latrones: qz non obuiabis latronibus
si deus voluerit nōne si ipse iuerit per illam viam z
fuerit depredatus tu teneris ei ad restitutionez eius
quod ipse amisit cum potuisses eum docuisse illam
in qua dicebatur nunq̄ fuisse latrones per quam si
fuisset etiam si foret depredatus non teneris ei. Ele-
ctio enim operatur ſm magis z minus: naz si eligé-
remus ei cuius natiuitatez sciremus: vel cuius inter
rogationem habemus z natiuitas vel interrogatio
significaret ei aliquod bonum in radice sua z electio
concordauerit cum aliqua illarum significat bonuz
z perfectum finem illius rei atq̄ ipsius effectū: si au
tem vna discordauerit ab altera minuet illud bonū.
Et si natiuitas vel questio significauerit malum z ele
ctio significauerit bonū minuet electio bona de ma-
lo quod significauerit natiuitas vel questio: aut for-
te dirimet ipsum ex toto: sicut bona tyriaca minuit
vel tollit aliquando totum nocumentū veneni: z vi
demus aliquādo medicos dare medicinas quibus-
dam egrotantibus ad mortem z de quibus non ha
betur spes q possint euadere: tamen possibile est q
tanta sit aliquādo virtus medicine q natura confor
tatur inde necnon z liberatur eger: z si medicina nō
liberauerit egrum ad minus non nocebit ei: z sic bo
na hora semper est eligenda.

¶ Capitulum quintum q electio debeat conuenire
cum natura rei pro qua eligitur.

QVae tamen q electio tua cōueniat cum natu-
ra alicuius rei pro qua tu eligis: quoniā effe-
ctus z impressiones superiorum corporum natura-
liter non adaptantur nisi subiectis aptis posse illos
suscipere nec potest electio dare aliquid vlli subiecto
nisi quod suum est z quod ad ipsum pertinet ſm or
dinem naturalem sue speciei: non enim posset aliqs
homini talem eligere horam que faceret eum volare
nec que faceret eum currere sicut currit lepus vel ca-
priolus: nec etiā que faceret eum ire in die vno. 500.
vel. 1000. miliaria: sed est ei eligēdum solum ad illa
que possunt ei adaptari ſm ordinem naturalem. Al
tissimus enim opifex mundi statuit ordinem cuili-
bet creature ſm suam naturam z ſm q sibi conue-
niens fuit: tantum enim potest vnaquaq̄z creatura z
vnumquodq̄z individuum quantuz sua naturalis
forma permisit: virtus namq̄z debet respondere figu
re: nihil enim potest habere aliquid per suam natu-
nisi qō p ipsam pōt ei dari nisi forte fit mōstruosum:
Non ergo eligas impossibile alicui quoniam layci
z etiam quidam tunicati z quasi omnes indifferen-
ter nituntur deridere astrologos z fingunt ad eorū
derisionem mendacia inaudita. Non eligas mulie
ri octuagenarie vel nonagenarie horam vt concipi-
at: quoniam senectus prohibet. Non eligas puero
decem vel. 12. annorum vt gignat: quoniam etas nō
patitur nec permittit. Non eligas volenti equitare
equulum duoz vel trium mensium: quoniam eius
teneritas non patiet. Juxta illud: qd nā negat nemo
feliciter audet. Non eligas volenti seminare frumen
tū in planicie ytalie in iunio vel iulio: nec volenti se
menare faseolos vel milium in vngaria vel in teuto
nia in mense octobris vel nouembris: quoniam re-
gio vel aeris dispositio non affectat. Nec etiam eli-
gas volenti seminare in littore maris: quia locus nō
est ad hoc aptus. Agens enim non produceret nisi
qd a sua nā procedit. Non eligas nescienti natare vo-
lenti se proijcere in aquam profundam: quoniaz suf-
focabit. Nō eligas volēti se proijcere in fornacem ar
dētem: quoniam cremabit. Nō eligas volēti se proij
cere de turri alta in terram: quoniam franget ei col-
lum. Non eligas in heremo volenti preliari cuz leo
ne: quoniam lacerabit. Non eligas debili volēti pre
liari cū multū se fortiori: vel paucis volēbus prelia
ri cum multis: quoniam succūbent. Fiet enim vio-
lētia vtri: sed eligas equali vel paruz debiliori. Ra
tio enim naturalis non inclinat nisi ad ea ad que p
tinet naturaliter: bene tamen eligitur aliquādo pau
cis contra multos z vincunt pauci: sed tamen quod
aliquando accidit non est assumendum pro regula
generali. Sufficit enim illi cui eligis si eligeris ei cō
tra quartam vel tertiam partem maiorem sua. Si
enim ab inde suffuerit nō erit electio bene tuta: quo
niam vis facit rationem multotiens retrogradari.
Corpora nāq̄z supcelestia non operantur aliud nisi
quod eis prestitum est a nā. Sunt enim octo specie-
rum: naz quilibet planeta est sue proprie speciei: stel
le fixe similr sunt sue proprie speciei. Et posset etiam
dici q quelibet stella fixa esset sue speciei z qr species
sunt diuerse: sic z operationes z significata: licet eqli
ter sint incorruptibilia. Verum est tamen q ego ele
gi quadam vice comiti Guidoni nouello de tuscia
contra florentinos qui expulerūt eum de florētia z
strauerūt ei omnia sua castra que habebat in tuscia
z expoliauerant eum omnibus suis bonis: qui ha-
bebat ex parte sua. 3200. milites z forte. 13000. pedi
tes z. 300. balisterios: z aduersarij habebant. 5300.
milites z forte. 12000. pedites z. 5000. balisterios z
vltra: z tamen debellauimus eos z vicimus ex toto:
z fuit hoc in valle arbie apud montem apertum:
verumtamen ego habebam primo per questionem
q debebamus obtinere z post habuimus electionē
fortissimam in cūdo ad prelium: z sciebam exitum
eorum per priuatos nūcios missos ad illud qui erat
malus imo pessimus. Tu tamen debes considerare
in omnibus tuis electionibus ſz q nā z esse vniuſ-
cuiusq̄ rei videtur posse pati sic fieri z non errabis.
¶ Oportet enim ad hoc vt electio tua proficiat quod
intendis z ille cui eligis perueniat ad bonū finez rei
fac q aptes omnia hec que tibi dico si potes videli-
cet primam z eius dominum: quartam quoq̄z z el⁹
dominum: necnō z ambo luminaria: partez quoq̄
fortune: similiter z dominos domorum in quib⁹
fuerint: z domum significantem rem pro qua eligis
atq̄ ipsius dominum z planetam cui primo iunge
retur luna post electionem siue inceptionem tuaz z
dōm quarti signi a signo in quo fuerit luna: quoni-
am z ipse habet participationem in significatione fi
nis rei: z dominum etiaz quarti signi a signo in quo
fuerit pars pars fortune: z dominū domus in qua
fuerit dominus signi in quo fuerit luna tam in om
nibus supradictis q̄z in vrbium vel castrorum seu
domorum edificationibus z similibus. ¶ Quando

ergo volueris aptare aliquam electionem vputa si velis edificare turrim vel castrū vel quicquid aliud incipere volueris oportet q̄ sis intentus circa rem z circa personam illius cui eligis: quoniā primam primā z eius dominus sunt aptādi pro persona ipsius z debes etiam aptare primaz z eius dominum z lunam z partem fortune ad rem que incipitur vt finis eius sit bonus. Unde si fuerit incepta res aliqua siue fuerit edificiuz siue iter siue aliud z significatores illi fuerint bene dispositi pro te vel pro illo cui eligis erit bonum. Si vero fuerint omnes impediti erit cōtrarium. Et si fuerint impediti dominus primē z luna z pars fortune fuerit salua erit bonū pro re pro qua fit electio: sed non pro illo cuius res fuerit: sed tamē non erit tāta virtus partis fortune licet prosit q̄ possit ita defendere negocium quin participet cum eis in impedimento.

¶De dirimendo aliquod edificium.

Si autem fuerit electio tua vt velis dirimere aliquod edificium domum scilicet aut castrū vel aliquod tale debilitandi sunt eius significatores z specialiter dīs quarti z planeta cui iungit luna: p pterea q; significat q̄ futurū est de re: z pre ceteris significatoribus debilitandus est mars: quoniaz ipse habet significare reiterationem diruptī edificij z maxime in contrarium illius qui dirimit edificium vel fecit illud dirimi. Si autem fuerit intentio dirimentis vt reiteret: vel fuerit eius intētio dirimere cū leuitate atq; velocitate: vel forte nō erit ei cure vtrū reedificet edificium diruptū vel non: sit luna separata a malo z iuncta fortune que sit orientalis directa vel sit iūcta domino domus in qua ipsa fuerit a trino vel sextili aspectu descendens in circulo suo.

¶Capitulum sextum q̄ principium rei non est anteq̄ res incipiatur.

Sito etiam q̄ inceptio vel principium alicuius rei non potest esse anteq̄ res illa incipiat nec est postq̄ fuerit incepta: sed est in ipso principio rei prout tibi dicam: non quando est factum principium: non qñ non est factum: non est etiaz quando est in fieri: sed solūmodo qñ fit sicut qñ edificam⁹ turrim vel domū vel qōlibet aliud edificiuz cum durabilitatez querimus z inicimus primū lapidem z locamus ipsum locatione debita: z illa talis prima locatio potest dici principium edificij seu edificationis.

¶Quod si diceret aliquis q̄ fodere vel metiri foret principium edificij nō videtur mihi rectū: quoniaz omne principiuz cōstituit principiatū seu intrinsecū est rei quā incipere volumus vel intendimus: sed extrinsecum est qd̄ non est de ipsa: qm̄ aliqñ potest qs edificare sine fossione vt qñ edificamus in saxo vel similibus: sed sine primo lapide nūq̄ possumus edificare rem quaz incipere volumus vel intendimus. ¶Manifestū est igitur positionem primi lapidis z ipsum primum lapidē eiusq; debitam locationem esse principium rei intrinsecū atq; edificij qd̄ intendimus facere vel incipere: ipsiusq; actus edificationis: metiri autem z fodere licet preparatoria sint ad edificandū non tñ sunt de edificio: nisi vt congregatio lapidum z consparsio calcine atq; similia: nec tñ blasphemo si tu posses aptare omnia illa. Etsi oportuerit edificiū quod facere volumus fundare super lignis sicut aliqñ accidit in pontibus z similibus vbi aliquādo non potest principium edificij fieri cum lapidibus apta primum lignū quod locatur in illo fundamento est principium illius edificij qm̄ est de edificio.

¶Quando edificatur sine muro faciendo.

Et si fuerit aliud edificiū q̄z muros pono principium locationem prime colūne in fouea facta illa de causa locatione vltimata z debita z fixa. Et quia videtur quasi quoddam impossibile aptare tot significatores quod nominaui tibi si nō poteris eos aptare omnes apta illos quos aptare potes: q; nō aptabis: ita paucos ex eis quin prosint electioni tue licet nō tantum quantum velles. Nam si posses eos aptare omnes esset res vndiq; beata: beabitur tamen fm quantitatem significatorum quos aptaueris. Unde si poteris aptabis primam z eius dominum lunam quoq; ac dominum domus in qua ipsa fuerit z planeta cui luna vel dīs prime iungitur: z partem fortune dominumq; domus in qua ipsam inueneris: z planetam significantem rem quā facere intendis necnon z dominum hore. Et si non poteris aptare istos omnes apta dominum prime z lunam z planetam significantem rem illam z dominum hore. Si autem non poteris aptare ipsos iterum omnes apta lunam z dominum hore. Quod si facere non poteris considera super qua re sit electio tua: nam si fuerit iter vel exitus ad venandum z similia tunc aptabis dominum hore potius q̄ aliquod aliud z fac lunam cadere ab ascendente: vt non sit in eo nec aspiciat illud. Si autez fuerit aliud q̄z iter aut venatio apta lunam prout quiueris z proderit tibi in re quam facere vel incipere intenderis. ¶Si aūt diceret aliquis q; non debemus electiones: ita elongare sicut dixi cum omnes fere videantur velle dicere aliud ab isto: posset ei sic responderi: quoniam sapientes voluerunt: ita beate suas electiones q̄ essent vndiq; perfecte: z considerauerunt electiones quas non posset aliquis semper expectare donec significatores possent omnes: ita vt ipsi dixerunt aptari: sed nos vt plurimum non habemus tempus expectādi: vñ oportet q; eligamus in spacijs que habemus z cōmisere illud boni quod possumus in electione nostra.

¶De fortificando solem.

Si autem tibi cure semper fortificare solem in reb⁹ durabilibus prout melius poteris z maxime nobilium z magnatum quorū mentio fit alias etiam in alijs electionibus in quibus eos aptare potes. Uerūtamen electiones prout alias tibi tetigi sunt diuerse videlicet fm nobilitatez: fm tempus: fm etatem: fm locum: officium seu magistratum: fm naturam z speciem rei eligende. In his autem quorum natiuitates scimus vel quorum habemus interrogationes nō debemus debilitare aliquem ex planetis qui habeat fortitudinez in radice natiuitatis vel interrogationis alicuius eorum. ¶Et dixit Haly q; ista concordant in omni initio preter q; quibusdaz hominibus debemus ponere quedam ex sequentibus que non sunt vniuersaliter ponenda in omnibus alijs: quoniaz sunt eis exceptata z sunt quasi necessaria in eorum factis prout nunc tibi dicetur.

¶Capitulum septimum quomodo diuersis personis aptant diuersi planete.

In electionibus ad reges aptādus est sol z decima z eius dīs: nec sunt ista de illis que exequuntur: sed sunt de necessarijs z radicalibus: qm̄ velis nolis oportet te aptare ista in factis regū potentum z similium hoc est factis spectantibus ad regnū

z alias dignitates laycales: est etiam aptandus sol babilonis z romanis orientalibus. Scribis z mercatoribus aptandus est mercurius: significat enim scripturas z mentes naturaliter z reo tales propter suam conuertibilitatem: z indis quoniam eius fortitudo est in terra illa. Pugilibus; becarijs furnarijs fabris z similibus est aptandus mars quoniam naturaliter significat contentiones z ea que operatur per ferrum z ignem: z romanis occidentalib⁹ quoniaz fortitudo eius est in partibus illis. Religiosis secularibus est aptandus iupiter z mercatorib⁹ iuste mercarij volentibus: quoniam significat substantiam z specialiter bene acquisitam z alirachenibus: quoniam fortitudo eius est in partib⁹ alirach. Mulieribus est aptanda venus quoniaz naturaliter habet significare facta mulierum: z arabibus quoniaz naturaliter habet significare gentem illaz: z fortitudo eius est in partibus illis. Judeis agricolis senibus religiosis induentibus nigras vestes z similib⁹ est aptandus saturnus propter grauitatem sui motus: z ethiopibus quoniam significat gentem illaz. Unde sicut pluries tibi iaz dictū est apta illos significatores quos potes licet non possis aptare omnes quos volueris ad hoc vt electio nostra possit augere aliquid boni z minuere aligd mali qđ possum⁹ licet non possum⁹ facere quicquid volum⁹. Haly vero dixit q⁹ in omnibus nostris electionib⁹ debemus considerare dominum ascendentis: z lunam z facere significatorem rei nostre fortiorez ex eis: z laudauit hoc quoniā significat quid sequatur ex initio illo. Et dixit cum dñs ascēdentis fuerit fortunatus scilicet iunctus cum fortunis z fuerit debilis. s. cadēs ab angulo vel ab ascēdente: z luna fuerit fortis. s. in angulo ascendentis vel in succedenti angulū in vndecima vel in quinta aspiciens ascēdens z fuerit in fortunata. s. iuncta malis q⁹ nō debemus ob hoc iudicare malum: imo debemus iudicare bonum: quia dicit q⁹ tunc luna paucam habet participationez in re illa. Sed si dñs ascēdētis esset tūc fortis z fortunatus non esset facienda magna vis in luna imo dixit q⁹ aliqñ nos oportet eam infortunare hoc est debilitare: z fortunare dominū ascēdētis vt in venatione. Verumtamē çahel z ahomar vident dicere q⁹ luna sit in venatione fortunāda: sed q⁹ haly dixit q⁹ luna sit infortunāda in venatione ideomatice locutus est. Nam ipse intellexit qñ dixit infortunāda hoc est debilitāda qm̄ quilibet planetaz pōt esse fortis z infortunat⁹ debilis z fortunatus put alias dix: z q⁹ dixit q⁹ ponit cū malis: ēt cū malis pōt poni sine infortunio: z sunt qdā mali cū q⁹ opz nos eā ponere in venatione: aliqñ opz nos etiā eam debilitare z infortunare sicut in iuestigatione fugitiui sicut alias dicet. Oō alij dixerūt q⁹ sit fortunanda nō intellexerūt q⁹ sit fortificanda.

¶ Capitulum. 8. qualis finis speratur de re quam incipimus.

Albumasar vero dixit q⁹ ad hoc vt sciam⁹ finem electiōis nr̄e nos cōsiderare. 5. z posuit primū ex eis dominū. 4. nō tanq̄ precedentem sed tanq̄ dignioꝛē qm̄ ipe significat finē z finis dignior est pncipio. Secūdū posuit dñm signi in quo fuerit luna. Et si fuerit tūc luna in cancro cōsiderabit ipsa tūc. s. post dñm. 4. Et posuit tertiū planetā cui primo iūget luna ad primā ꝓiūctionem quā fecerit cuz aliquo planetaz post rem iceptam. Quartū posuit dñz dom⁹ siue signi in quo fuerit ps fortune. Quintū posuit. 4. signum a signo in quo fuerit tūc luna. Et quidam voluit vt dixit haly q⁹ adderet domin⁹. 4. a loco partis fortune. Sed quia non pñt de leui oia hec simul z semel aptari ideo dixi tibi ista. Et licet domin⁹. 4. habeat nāliter significare finem rei quaz aliqs vult icipere siue iter sit siue aliud accidit aliqñ q⁹ ipse nō significat finem vñ opz te querere alium. Verbi gra: dñs pme significat rē tanq̄ pcedēs alios significatores z dñs q̄rte respicit finem ei⁹ sicut dixi pre oibus alijs. s. si aspexerit q̄rtam. Uñ iceptum est aliquod iter vel aliqđ edificiuz z c. dñs. 4. aspicit. 4. modo q̄rte finis rei ab eo. Sed si nō aspiciat. 4. que rit a dño domus in qua fuerit luna: qui si aspexerit lunā significat finē rei: finaūt nō: q̄re tūc finem rei a planeta cui pmo iūget luna post rem iceptaz si ipsa iūgat dico alicui aut petat ꝓiunctionē alicui⁹ quere tūc finē rei a planeta in cui⁹ domo fuerit pars fortune: qui si aspexerit eā erit significator finis rei sin aūt nō remanebit significatio tunc sup luna z sup dominō domus in qua ipsa fuerit: z ipse erit fortior ea in participatione z pticipabūt etiam cuz ipso aliquali participatione oēs p̄dicti significatores z dñs pme cum eis: sed ipse erit autētior oib⁹. s. dñs domus in qua fuerit luna. Et dixit haly q⁹ si darek significatio dño. 4. signi a loco ptis fortune q⁹ eēt oib⁹ alijs post ponēdus. Et dixit q⁹ si luna fuerit iūcta corporaliter gradu p graduz alicui planete in signo in quo est q⁹ ipse erit significator finis rei siue habeat ibi dignitatez siue nō: z preponet dño signi in quo est luna: q̄re si sic inueneris ꝓsidera tunc participationem predictorum significatoꝛ cum planeta cui iungit luna corporaliter in signo in quo est gradu p graduz z reuertet ad dominū pme prout alchindi visuz est quoniam ipse habet significare querētem seu icipientez z quid accidat ei a principio de re illa. Et dñs signi in quo ipse fuerit habet significare qđ accidat ei de ipsa in medio. Et si ipse fuerit in domo sua significabit medium sicut z principium. Et domin⁹ signi in quo fuerit ille in cui⁹ domo fuerit domin⁹ pme habet significare qualis sit finis rei z quid inde accidat incipiēti. Uñ vide quale fuerit esse illorum. 3. z hmil iudica de esse rei in quolibet predictoꝛ temporum. Sapientes aūt nostri voluerūt aptare tot significatores si fuisset possibile illud quod ipi dixerūt q⁹ omnia nostra negocia perficiemus ad nostrū velle. Verumtamē nos nō possumus oia sic aptare sicut possumus dicere ipsa esse aptanda: nec habemus cō modum semper expectādi tāt⁹ z q⁹ possumus ea sic aptare: quia forte toto tempore vite nostre nō possumus facere vnam ita pfectā electionē cui nō deessent aliqua ex predictis. Oportet ergo q⁹ aptemus nostras electiones prout melius possumus: z si nō possumus habere totum quod volumus: habeamus tamen illud melius quod habere possumus vt noster labor nō sit frustratorius: q̄ sicut dixit ille reuerē dus predecessor noster albumasar qui fuit melior in hac arte q̄z vnq̄z latini habuissent qui studuit athenis vbi studium tūc vigebat vt ipse idem fatetur in quodam suo libro impossibile est nobis aptare. 12. domos: qm̄ mali nō possunt remoueri a celo: vnde oportet q⁹ aptemus ea que possumus aptare z facia mus illud boni quod possumus. Et serua modum quē superi⁹ dixi tibi in aptando significatores illos quos aptare potes: z sic faciendo sequeris vtilitatez

quaz quis ex electionib⁹ potest seq. Et dixit haly q̄ aptatio dom⁹ finis rei. s. 4. sit valde necessaria postq̄ aptaueris alias res radicales. s. dñm prime z lunā z dñm. 10. z partē fortune: z dixit q̄ ista sunt corpois incipiētis. Et planeta significās rem quā q̄ incipere intēdit z dom⁹ eiusdem rei z dominus illi⁹ dom⁹ significant vtrum res pficiatur z ob hoc dixit eos esse aptandos.

¶ Cap'lm. 9. qualr aptet signū.

DIxit haly q̄ debem⁹ aptare signū significans rem quam facere vel incipere intendim⁹: z q̄ eius aptatio est vt sit remotum ab eo omne impedimētum hoc est vt sit libe⁹ ab infortunis z earuz aspectib⁹ quadratis vel oppositis: nec sit ob essuz a duobus malis vel ab eorum radijs sed sit mūduz ab eis: z hoc modo significabit signum bonum z mai⁹ bonum significabit si fuerit in eo aliqua fortuna vel ei⁹ radij: z eo meli⁹ si aspexerint illud a trino vel sextili aspectu. Et si plures fortune fuerint in eo vel aspexerint illud quātūcūq; plures fuerint tāto magis augmētabit ei⁹ significatuz in bono. Et dixit q̄ si fuerit signum ita fortunatum sicut dictū est q̄ etiam si fuerit cadēs ab angulo vel fuerit obsessum a malis nō poterit ob hoc impediri: z si fuerit impediū paruū erit illud impedimētum ita q̄ quasi modicum aut nihil nocebit. Sed si aspexerint fortune illud signuz a quarto aspectu vel ab oppositione dixit q̄ nō tm proderit z est verum. Et dixit si aspexerint illud boni z mali vel fuerint in eo simul z semel q̄ est cōmiscēda virt⁹ vtrozūq; atq; sm multitudinem fortitudinuz bonoz vel maloz iudicat de bonitate vel malicia illi⁹ signi. Si aūt aspexerint vel fuerint in eo eq̄liter fortune atq; infortune dicēdum est de ipso ac si nullus esset bon⁹ vel malus in eo: z si planeta q̄ aspexerit vel qui fuerit in eo habuerit ibi aliquaz dignitatem erit bonum: quoniam si fuerit bonus augmētabit bonum si fuerit malus minuet malitiam. Et dixit q̄ est aptandus dominus signi illius ita q̄ habeat ibi duas significationes vnaz sc̄z ex dñio qō hz in eo: aliā ex bono loco in quo fuerit.

¶ Cap'lm. 10. qualr aptet planeta.

DIxit haly q̄ aptatio planete est de quo nihil mali dicit: z a quo removet omne impedimentum sed est vt sit mūdus a malis. s. ab eorum piunctionib⁹ atq; aspectib⁹: z vt sit direct⁹ non retrogradus neq; combust⁹ neq; cadēs: nec in signo cadenti vel alio modo impedito neq; aliquo alio modo debilis: q̄ si fuerit ita dispos⁹ fortificat z fortunat rem quam volum⁹ facere vel incipere. Atq; locum significatē rem illam z eius finem si fuerit ei⁹ significator siue fortuna fuerit siue non: z in quocūq; loco fuerit z in quocūq; signo semper erit principiuz illius rei beatū medium z finis. Et si fuerit mundus a malis z ita dispos⁹ sicut dictuz est z fortis z in bono loco dicit esse in pfectione bonitatis: tamen si aliqua fortunarum iuuerit eum dicit augmētare eius pfectionem. Et si aspect⁹ illius fortune fuerit ante erit iterū meliuz: si vero fuerit a tergo nō tantū augmētat licet augmentet. Si autem aspexerit euz aliqua ex infortunis minuit ei aliqd de ipsius bonitate z plus minuit si aspexerit anteq̄ a tergo. Cūq; aptauerimus signum z planetas qui habent significare rem quaz volumus incipere sicut dictum est erit electio nostra z eius hora bona z perfecta sm q̄ signum vel planeta fuerint aptati. Et etiam conueniens est si fieri potest vt signum z planeta a quib⁹ accipim⁹ significationem conueniant in natura cum re quaz volumus incipere vel saltim vnus eorum: hoc est si volumus eligere rei faciende in aqua vel per aquam vel in ꝓtiguitate aque vt est ire piscatū nauigare naues facere: molēdina edificare: puteos fodere z similia, q̄ debem⁹ aptare signū aquaticum z planetā humidū vel humiditatē significātem. Et si fuerit electio in terra vel per terram q̄ debem⁹ aptare signū terreum z planetā qui magis ꝓueniat ei sicuti est ire venatum per terrā fodere fossata: euellere lapides vel saxa de suis minerijs vel facere muros qui nō velint multū a terra elevari z silia. Et si fuerit electio in rebus que spectent ad aerez vel que fiant in eo sicuti est venari aues cum auib⁹ vt accipitrib⁹ falconib⁹ q̄ri falcis z similib⁹ aut velim⁹ edificare molendina ad ventum vel alia edificia multuz eleuata que ad aerē spectent vel similia debem⁹ aptare signum aereum z planetam qui magis ꝓueniat ei. Et si fuerit electio nostra in rebus que spectent ad ignem vel que operentur per ignem vel cum igne debem⁹ aptare signū igneū z planetaz ꝓuenientem ei sicuti est eligere fabros vel furnarijs z similibus. ¶ Et si fuerit res cui eligimus quam velim⁹ cito pfici erit aptandum signuz quod ꝓueniat velocitati z rei quaz nolumus prolongari sc̄z mobile vt in desponsationibus mulierum quia volumus in breui celebrare nuptias z in operibus que volumus scribere vt cito pficiat opus inceptū z in seminibus z plantationibus vinearum z in venditione vini ad minutum: z in omnibus his quoz velocitatem desideramus z que cito perfici volum⁹. Et si fuerit electio vt velimus agere rem animaliuz quadrupedum oportet q̄ apteur signum quadrupes sm speciem illius animalis z ponam⁹ illud domum significātē animalia illa vt si velim⁹ emere boues vel alia animalia maiora que sint vngulam findētia vel agere rem eorum vt domare vel castrare vel aliqō filē facere qō ad eos pineat facere aptem⁹. 12. z ponam⁹ eam si possum⁹ signū significās animalia predicta vt sunt taur⁹ z vltima medietas sagittarij. Et si velimus agere rem animaliū paruoz debem⁹ aptare sextā z ponam⁹ eā signū q̄drupes significās animalia illa vt sunt canes aues cū quibus venamur z etiā alias aues z silia sicuti aries capricorn⁹ qui hñt significare animalia minora findētia vngulā z maxime in q̄drupedib⁹ minorib⁹ findētib⁹ vngulaz vt sunt porci oues arietes capre atq; hirci. Et possum⁹ etiā ista eadē parua findētia vngulā attribuere. 12. domui cū agimus res eoz preter q̄s in emptione eoz: q: tūc significant per sextā sicut z alia minora: significant etiā p. 12. eg muli z asini put alias dictū est. Et si velles extre venatū animalia findentia vngulā vt sunt cerui capreoli z silia ponēdū esset aliqō ex illis signis findētib⁹ vngulam in domū significantem venationem. Et si esset exitus ad altera animalia vngulibus vel dentibus offendentia vt sunt leones vrsi lupi z similia ponendus esset aliquod ex signis in domū venationis que significat illa animalia si fieri posset. Sz nō ꝑcēt fortificādi domini eoz in venatione sed potius debilitādi put infra suo loco dicet. Dixit etiā haly quoniā debemus aptare arietē z leonē z sagittariū in factis regū z magnatū: qm̄ ꝓueniunt eis z est verum: q: illa triplicitas est nobilior ceteris triplicitatib⁹ rōne actionis sicut ignis est nobilius elementum iter elemēta propter suam actionem z quia leo est fortior inter illa tria animalia est merito preponendus in rebus regū propter eorum excellentiam inter alios hoies aries

est ponēdus secūdo post eum quoniam primus est iter ignea: vltimo vero ponēdus est sagittarius qñ vltimus in triplicitate min⁹ fortis in caliditate propter suam biformitatē. Cūi semp si facere possemus esset ponēdus aliqō illoz signorum ascēdēs in factis reguz vbi zueniret eis ascēdēs vel.10. vbi zueniret eis.10. Similiter debem⁹ ponere si possum⁹ in predictis signis significatores rez eligēdarum dūmodo nō debilitenť ex hoc alia de causa vt est dōs ꝑme z luna z locus significās rem illā z planeta significās eam silr. Et dixit haly q dom⁹ planetaz significant idem qō dōi eaz sicut domus saturni que significāt obscuritatē z pfunditatē sicut saturnus dom⁹ iouis que significāt bonitatez z honestatē sicut iupit. Silr dom⁹ martis q̄ significāt bella z ꝓcōes sicut mars. Dom⁹ venerī q̄ signt ludos z alacritates sicut ven⁹. Silr dom⁹ mercurij que significāt scripturā z pliaz sicut mercuri⁹. Dom⁹ luminariuz q̄ significāt sublimitatē z claritatē sicut luminaria. Ista. n. qñ pñt fieri sunt de augmētatib⁹ bonū z fortunaz. ſ. vt sit dōs domus significātis rez significās idem quod dom⁹ illa vel ad minus sit eiusdem nature planeta cum signo: q si nō poterit esse q planeta sit eiusdem nature cū domo significāte rem sit de natura ascēdētis vel eius dōi vel sit significās idem quod alterum eoruz vel ad min⁹ aspicāt se aspectu laudabili. ¶ Est etiā in omni electiōe z in omni inītio cauēdum sūmope si fieri potest q natura ascēdētis z eius dōi nō sit cōtraria nature domus significātis rem nec eius dōi. Est etiam bonuz vt sit dōs hore de ayz ascēdētis vel saltim eius dōi si esse potest z quotcūq; de significatoribus sit de ayz ascēdentis vel eius domini vel de ayz domus significantis rem vel eius dōi tāto erit melius. Similiter est studēdū q̄ significator rei masculinus sit in signo masculino: z si fuerit femin⁹ sit in signo femino. Et si fuerit res durabilis cuius finis nō expectetur nec velit ꝺcipiens q̄ finiatur dto sit ascēdēs taurus vel leo vel scorpio siue Aquari⁹: z dominus ascēdētis z luna z dominus dom⁹ significātis rem z domin⁹ hore: z pars fortune z dōs domus eius in signis fixis z si nō poterunt esse omnes in signis fixis sint quot ex eis esse poterūt: quia omnia hec faciūt ad bene esse rei. Si aut̄ fuerit res quā nō velit quis diu durare sit ascēdēs aries cācer libra aut capricor. z eius dōs in tali signo z luna z dom⁹ significās rem sit signum mobile vel eius dominus si esse potest in signo mobili. Si vero fuerit res quaz velit quis alterari vel mutari aut reiterari sicut sunt societates z participationes z emptiones rerū quarum desideramus venditionem sicut faciunt negociatores vel simlia sit ascēdens gemini aut virgo vel sagittarius aut piscis. Est etiam bonū si possumus ponere cum alijs aptatiōibus ascēdēs aliquod ex signis directe ascēsionis quoniam iuuant rem z specialiter in iquisitione veritatis quādo eam volum⁹ inuestigare: z si potes ponere lunam vel alios significatores in illis signis que nominaui tibi erit bonum. Et fac simliter q dōs domus in qua fuerit luna vel exaltationis vel aliarum duarum dignitatū minoz aspiciat lunaz vel quēcūq; potes ex significatoribus trino vel sextili aspectu vel saltiz quadrato cum receptione: vel saltim aspiciat eam vel aliquem ex alijs significatoribus dōs terminī: z melius erit si nō aspexerit lunam q̄ aspiciat solem q̄ aliquez ex alijs significatoribus. Et si ille aspexerit lunam vel solem vel alium de significatoribus supradictis fuerit in loco q̄ aspiciatur a dōo domus vel exaltationis in qua fuerit erit melius z magis proderit eius aspectus ad lunam vel ad solem tūc. Et sit pars fortune vel eius dōs in domo significāte rem quam volumus facere: vel sit aliquis coruz in prima vel in.10. vel in.11. z anguli sint fixi: z specialiter in reb⁹ quas volumus diu durare: z non sint remoti quoniam obstant durabilitati eius sed si accideret q̄ essent anguli remoti sit dominus vnius signi aspiciens aliū vt si esset ascēdēs piscis. 28. gradibus z taurus erit se cūda dom⁹. 3. gradib⁹ esset modo iste angulus duorum planetarum iouis. ſ. z martis: iouis per circulum directum. ſ. z per gradus equales z martis per obliquū z per gradus ascēsionum. Cūi si aspexerint se inuicez iupiter z mars nō nocebit remotio angulorum sed erit aspectus ille bonus z perficiens: z eo fortius z melius si aspexerint primam domum vel saltim vnus eoz: z si aspexerint se vel aspexerint primā domū ab angulo significabit si fuerit electio pro aliquo magistratu vel dignitate siue officio de quo expectet fama vel honor exaltatiōem z gloriaz z nomen magnum z sublimitatē. Si aūt nō aspexerint se dōi illorum signoruz ꝑsiderabis tūc virtutes amborum signorum z dices q̄ mars z iupiter sint participes illius electiōis quā feceris. ¶ Cōsiderabis etiā stellas fixas z videbis si poteris ponere aliquam ex eis de illis. ſ. que hñt significare fortunam z bonuz quas notabo tibi in tractatu reuolutionū in gradu prime dom⁹ vel in decime vel vndecime vel in gradu domus significātis rez quam voluerimus eligere augmētabit bonuz ꝓ alijs significatoribus: z eo fortius z melius si fuerit de natura planete significātis rem illam.

¶ Cap'm. 11. iteꝝ de eodem.

TErum elargauit nobis magis habenas albumasar qui cunctis alijs astrologis ꝓter Ptholomeum z hermetez fuit in iudicijs ꝑspicuus z etiam omnibus facundior: dixitq; q̄ cum voluerimus eligere aliquid siue peregrinatio fit siue aliud z inuenimus in signo significāte rem eligēdam dominuz eius vel dōm exaltatiōis eius: fueritq; fortis hoc est liber ab impedimentis nō debemus habere aliquaz suspitionē de re: vel sit ibi aliquod luminarium: z si sit receptus erit melius q̄ aliter esse possit: z qualiscūq; planeta ex fortunis fuerit in eo erit bonum z vtile: nec est curāduz vtrū habeat ibi dignitatem aut nō: similiter si fuerit ibi in fortuna liber ab impedimētis supradictis que habeat in eo dignitatem. Et dixit q̄ sol z luna sint recepti dūmodo non sit ascēdēs signum detrimēti alicuius eorum. ¶ Et dixit alchindi lunam nō esse ponēdam in ascēdente quoniaz ei ctraria sed solē ꝓcedebat poni in eo quoniam nō est ei contrarius quoniam est de ipsius natura z habet detegere res occultas z reuelare illas sicut ascendens detegit z manifestat nobis que fuerūt tecta z occulta sub otiçonte z diuidit sol res contentas z secreta reuelat. Et dixit q̄ in facto lune sententia albumasar est magis cōueniens z magis consona dictis Ptholomei q̄ sententia alchindi z dixit q̄ ꝑm eum luna est calida z fortuna sicut venus. Et albumasar testatur hoc vbi ipse loquitur de peregrinatione. ¶ Et dixit q̄ messahala z eius socij prohibuerunt lunam poni in ascendente in peregrinatione. Et dixit q̄ albumasar non assentiebat in hoc dictis messahale. Et dixit q̄ ipsi iudicabāt lunaz frigidam z humidam z ascēdēs calidū z ob hoc nō ꝓue-

niebant simul. Et dixit z est verꝫ prout alias dictꝫ qꝫ ipsa habet significationem super initiuꝫ z maxime sup initium pegrinationis: ideoꝫ dixerunt qꝫ debet poni in loco sibi ꝓuenicti qꝫ ego credo. 10. vel. 11. vel. 3. vel. 5. licet ipsi nō specificassent locum. ¶ Et dixit qꝫ dicebant illi solem nō esse ponendum in ascēdente eo qꝫ sol sit in fortuna in cōiunctione atꝫ pꝛeuentione. Et dixit qꝫ multi discordabant a sentētia illorum. Et dixit haly cum fuerit in ascēdēte aliqua fortuna nō impedita z pꝛospera erit valde bonum. Et dixit qꝫ illud quod magis cōmēdauit aomar tiberiadis vt si fortuna sit in pꝛima tertia domus ascēdētis quoniam dixit hoc festinare rem. Sibi autem dixit qꝫ visum est qꝫ si esset fortuna in pꝛimo gradu ascēdente vel parum post ipsum gadum ascēdētem qꝫ esset melius z magis fortunat ascēdēs. Uerūtamē qꝫ aomar dixit non dixit alia de causa nisi qꝫ rarissi me accidit qꝫ planeta inueniat in gradu ascendente z ob hoc posuit maiorꝫ eius fortitudinē esse in pꝛima. 3. ascēdentis q̄ꝫ in alijs duabus tertijs nec tamē negauit quin gradus ascēdens esset fortior alijs. ¶ haly dixit de ipso gradu ascēdēte dixit ad maiorem certitudinem z cautelam. Illi qui dicebāt solem nō esse ponēdum in ascēdēte erat eorum intētio quādo ipse esset ifortuna z illud esset semp quādo ipse iungeret alicui corporaliter vel qñ erat in oppositiōe alicuius planete. 5. gradib⁹ ante gradū oppositiōis vel 2. post. Unde ad vitādum omne ipsi⁹ impedimētū locabāt eū poti⁹ alibi q̄ꝫ in ascēdēte. Hoc qꝫ dixit alchindi lunā nō esse ponēda in ascēdēte: z quod dixit similiter messahala fuit eoꝝ intētio in itineribus seu pegrinationib⁹ quoniā luna impedit naturaliter a pleniluniꝫ in antea vsqꝫ ad cōiunctionē: z etiā ante pleniluniꝫ per. 15. gradus: in illis enim. 15. gradib⁹ impedit propter oppositionem: ab oppositione in antea vsqꝫ ad tertiaꝫ dicotomitatē impedit propter siccitatē que tūc viget in ea. Et a tertia dicotomitate vsqꝫ ad ꝫiunctionem solis impedit propter frigiditatē z tūc nō est ponēda in ascēdēte itineris quoniaꝫ affligit corpus itinerantis. Unde ipsi ad hoc vt vitarent omne impedimētum el⁹: z ne forte aliquando electiones deciperent in hoc vitabāt ponere ipsam in ascēdente. Hoc quod dixit haly z albumasar laudasse dictum Ptholomei. s. qꝫ luna esset ponēda in ascēdente quoniā esset calida sicut venus verū est qꝫ ven⁹ licet ipsa iudicet frigida z humida tamē habet quādam caliditatē occultam que apparet in hoc qꝫ venus significat delectatiōes alacritates: z ludos: z ista nō sunt sine admixtiōe caliditatis similiter z luna caliditatem habet occultam z habet etiaꝫ sm qd manifestam: occultā habet sicut venus: manifestam habet qñ quādo ipsa sit in ꝑma dicotomitate in natura humiditatis est: in secūda dicotomitate in natura caliditatis teste ꝓlo z ob hoc cōfiti sunt illi qui ponebāt eaꝫ in ascēdēte ꝓpterātes qꝫ caliditas z humiditas sint nobiliores frigiditate z siccitate z magis ꝓsone operatiōibus nature voluerūt eas plus posse ꝑdesse q̄ꝫ frigiditas z siccitas possent nocere. Unde nō faciebāt vim in illo impedimēto quin ponerent eaꝫ in ascēdēte. Licet alias dixerim tibi tamē adhuc reduco tibi ad memoriam si tu potes aptare omnia que dixerūt tibi sapientes esset vltimatuꝫ bonum in electiōibus tuis quod mihi videt quasi quoddam impossibile sed cum vno non possis aptare omnia que vis apta ea que potes: ad minus tamē apta lunam; z si nō potes eam aptare fac eaꝫ cadere ab ascēdēte z apta saltim dominuꝫ horę: z erit tibi aliquod iuuamētum in re tua. ¶ Sunt etiam quedam alia que augent fortunam z pꝛosperitatem z bonum. s. gradus ꝫiunctiōis z gradus pꝛeuētiōis que fuerit ante iceptionē tuaꝫ siue electionem quam facere voluerīs vt sit fortunatus z mūdus a malis z eorum aspectibus si poteris hoc facere z eius domin⁹. Locus ꝫiūctiōis est gradus in quo fuerūt ꝫiuncti simul sol z luna. Locus vero pꝛeuētiōis est gradus luminaris quod fuerit supra terram in hora pꝛeuētiōis z eius minuti. Et si fuerit vnuꝫ luminare in gradu orientali z alterꝫ in gradu occidētali erit gradus pꝛeuentiōis ille qui fuerit in oriēte. Dixit enim alchindi ꝫiūctionē hȝe significationē sup oibus que fiunt iter ꝫiūctionē z ꝑuētionē: z ꝑuētiōem hȝe significationē sup oib⁹ que fiūt iter ꝑuētionē z ꝫiūctionem: ideoꝝ nece est i oi initio natiuitate z in oi electōe si est pole aptari: z ꝓsiderek locus ꝫiūctiōis vel ꝑuētionis vt sciamus vtrū in angulo fuerit siue in sequēti siue in cadēti ab angulo z qs sit i ipso gradu ꝫiūctionis vel ꝑuētiōis ex planetis vel in ipso signo in quo fuerit ꝫiūctio vel pꝛeuētio ex bonis vel malis vel ex aspectib⁹ z qui sunt qui aspiciūt illum graduꝫ quocūqꝫ aspectu z fiāt oēs gradus ꝫiūctiōis vel pꝛeuētiōis vt si sit sub radijs solis aut sit in lumie suo. Ista sunt que significāt que futura sunt sup his que fiūt iter ꝫiūctiōem z pꝛeuētiōem z iter pꝛeuētionē z ꝫiūctiōem: que si fuerint salua significāt pfectiōem rerū z eaꝝ bonitatē. Si vo fuerint impedita significabāt earum debilitatem atqꝫ istabilitatē. ¶ Est etiā ꝓsiderādum ne luna iūgat ifortunis cum sepata fuerit a gradu ꝫiūctiōis vel pꝛeuētiōis sed sit iūcta fortunis z gradus ꝫiunctiōis vel pꝛeuētiōis sit cum fortunis in aliquo angulo: luna etiaꝫ sit vadēs ad ꝫiūctiōem fortunarum in hora ꝫiūctiōis vel pꝛeuētiōis si fieri potest: qm̄ ista significabūt exaltationē z bonitatem rerum z pfectionem atqꝫ finem laudabilē. Si autē fuerit locus ꝫiūctiōis vel pꝛeuētiōis impeditus z luna fuerit iūcta malis post sepationē ab aliquo illoꝝ duorum locorum significat qꝫ licet initium reꝝ que facte fuerint iter illa tpa sit laudabile tamē finis erit malus: z fortior est ꝫiūctio lune cū planetis q̄ꝫ sit gradus ꝫiūctiōis vel pꝛeuētiōis. Uū si ipsa fuerit iūcta fortunis post sepatiōem ab illis locis licet aliquis illorum locorum sit in angulo cum ifortunis ly initiū illarum rerum esset illaudabile tamē finis eēt laudabilis z bonus. Si autē fuerit locus ꝫiūctiōis vel pꝛeuētiōis cū malis vt dictū est z luna cuꝫ fuerit sepata ab eis fuerit iūcta malis significat ꝓncipium meditū z finē illaꝝ reꝝ illaudabilē z malum nisi fuerit dūs signi in quo fuerit ꝫiūctio vel ꝑuētio oriētalis in angulo z in domo vel exaltatiōe vel triplicitate vel termino suo: vel aspexerit in domuꝫ illā: qz si sic fuerit frāget oēm maliciam aliorꝝ qm̄ ipse habet maiorez virtutem in reb⁹ que fiūt in supradictis temporibus q̄ꝫ aliquis ex supradictis significatorib⁹. Si vero fuerit in succedēti angulā ly forte pꝛincipiū rei esset debile m̄ ostēdet finis eius z erit bonus. Si autē ipse fuerit occidētalis vel extra suas dignitates ꝑdictas vel cadēs ab angulo vel nō aspexerit domum illam augebit malitiā aliorum z fient res deteriores. Et si fuerit locus ꝫiūctiōis cadēs ab angulo erūt res que incepte fuerint in illa cōiunctione vel pꝛeuētiōe male z nullius vtilitatis: omnia hec referūtur ad itentionem alchindi; sed eius intentio nō fuit absoluta sed fuit qꝫ fecerim bonam electionē z illa que ipse dixe-

rint fuerint oia bene dispoita vt ipse dixit q̄ luna bi electio inde ꝛ veniet res incepta ad meliorē ꝛ velociorē finē: ꝛ si nō fuerint bene dispoita q̄ minuent aliqd de bono sed nō poterūt dirimere bonū initiū rei bñ electe. Et si electio fuerit mala ꝛ illa fuerit male dispoita q̄ augmentabit maluz ꝛ citius eueniet. ¶Et dixit haly qō patēter auget bonū est vt aptem⁹ in omni electione locū domini quarte anni sicut dictū est de loco ꝯiunctionis vel pꝛeuentionis. Dixit tamen q̄ aptatio loci ꝯiunctionis vel pꝛeuentionis in hoc ope sit magis pꝛopꝛia q̄z aptatio dñi quarte anni ꝛ aptatio dñi .4. est por q̄z aptatio dñi ānī mūdi: dixit tñ q̄ possem⁹ aptare omnes quod non esset malum. ¶Albumasar vo dixit cū fuerit dñs electionis dñs signi lune in reuolutione anni aut dñs ascēdētis anni fortunat⁹ in hora electionis ꝛ reuolutio significabit augmentū honoris incipientis ꝛ finem rei incepte laudabilē. Et dixit cū non fuerit testatus dñs ascēdētis anni aut alīs locoꝝ luminariū neq̄ loc⁹ medij celi erunt res incepte viles ꝛ modice atq̄ subtiles. Atabari vo dixit put recitat haly cū fuerit locus coniunctionis vel pꝛeuentionis ꝛ eorum dñi in aliquo loco laudabili erit res illa. ſ. que tūc fuerit incepta durabilis ꝛ firma. Et silr si nat⁹ fuerit aliqs in eadē hora vel ordinat⁹ siue alicui pꝛepositure pꝛepos⁹ siue officio vel dignitati erit res firma ꝛ durabilis. Et dixit q̄ loca illa erant laudabilia in hora inceptionis rerum. ¶Et accipiebant antiqui testimonium in aptatione rei faciende a dominis triplicitatis signi in quo erat luna in hora coniunctionis vel pꝛuentiōis dicētes ipsos eē custodes rerū tam incipientis vel facientis rem q̄ rei faciende seu incipiende: tam itinez q̄z aliaz rez: qui si fuerint recepti in hora inceptionis seu electionis significabūt bonum: si aūt fuerint econtrario significabunt malum. Et dixerunt quod auget bonum est vt sit ascēdens electionis signum fortunatum in reuolutione anni: sitq̄ fortuna que fortunat illud signum in pꝛima vel decima aut sit in vndecima vel quinta vel saltim in secūda: aut sit in domo que significat rem cui eligimus vt bene cedat inde eam volenti facere ꝛ significatores rei quam incipimus sint in locis concordantibus cum predictis significatoribus scilicet dom⁹ triplicitatis predicte: ꝛ sint fortes scilicet significatores in hora electionis seu inceptionis. ¶Et dixit haly q̄ ex fortitudinibus planetarū vt sint ascendentes in septentrionem: ꝛ est aliquando necesse vt sit planeta ascēdēs in meridiē ꝛ est ei fortitudo vt luna cū fuerit augēs lumen ꝛ numerū est fortior ascendens in meridiem q̄z si esset tunc ascēdens in septentrionem: sitq̄ luna in angulis aucta lumine ꝛ numero in reb⁹ quas augmētari volum⁹ in reb⁹ ꝯrarijs sit ecōtrario. Et dixit q̄ sint significatores eūtes sub fortunis sup malos luna vero ꝛ significator rei que fite siue incipiende vel faciende in omni re quam volum⁹ pꝛopalari sint super terram: ꝛ in omni re quā volumus occultari sint luna ꝛ significatores subterra: ꝛ dñs ascēdentis ꝛ alij significatores quos poterimus sint orientales: ꝛ planeta ad cui⁹ ꝯiunctionē vadit luna sit fortuna ille certū significat finez rei icepte ꝛ qd fit de ipsa futuꝝ. ¶Et dixit alchindi cum aspexerint se inuicem sol ꝛ luna aspectu amicicie significat fortitudinē ꝛ bonitatem cuiuslibet rei incepte: ꝛ eo fortius si fuerit luna in tertio gradu tauri: quoniam tunc significat vltimatam bonitatem rei quam incipere vel facere volumus etiam si alij significatores nō eēnt bene dispoiti dūmodo nō sint obsessi a duobus malis sine receptione. ¶Et dixit messahali q̄ planete dicunt esse fortes cum fuerint occidētales a luna sicut sunt cū fuerint orientales a sole: qm̄ luna dñat in nocte sicut sol dñat in die. ¶Atabari autem dixit cum nō potuerim⁹ aptare lunam ꝛ ascēdens aptem⁹ alteꝝ eoꝝ: si enim fuerit electio diurna aptemus ascendens ꝛ maxime si luna fuerit subterra: si aūt fuerit electio nocturna aptem⁹ lunaz ꝛ maxime si ipsa fuerit sup terram. Et dixit q̄ si potuerim⁹ dif ferre nostram electionem a die in noctez vel a nocte in diem ꝯsiderandū est qō eoꝝ fit melius aptare. ſ. lunam aut ascēdens ꝛ facere ex eis qō melius nobis vi debit. ¶Et dixit haly esse lune in die subterra ꝛ in nocte supra terram est bonū ꝛ augens fortitudinem ascēdētis. Et si necesse fuerit nobis eligere alicui nec poterimus aptare lunam ponamus iouem aut venerem in pꝛima vel in decima: isti. n. aptabunt rem aptatione magna. Et dixit qdam q̄ facient euz diu durare. ¶Haly tamē dixit q̄ aptatio lune pꝛeferenda est in omnib⁹ rebus quas diu durare volumus vt sunt edificationes tam vrbiū q̄z domoꝝ ꝛ celebratio nuptiaꝝ ꝛ filia. Cūq̄ fuerit luna debilis remouēda est ab angulis ꝛ si nō poterim⁹ eaz remouere ab angulis nō aspiciat ascēdens nec eius dominus nec domū rei eligēde nec el⁹ dñs nec etiaz planetā qui significat rem eligēdaz. Et si nō poterit remoueri ab oibus aspectib⁹ supradictis: remoueat saltz ab illis a quib⁹ remoueri poterit. ¶Et dixit alchindi si nō poterim⁹ aptare oēs significatores ꝛ poterim⁹ aptare lunā erit bonuz. Verūtamen nō pꝛomittit nobis quin res illa destruat⁹. Unde si potest aptari dominus domus significātis rem quam volumus facere vel incipere est melius pꝛopter rem vt duret vel veniat ad finem quē volum⁹: ꝛ reputabit min⁹ onus astrologo q̄z si aptauerat lunam ꝛ dñm pꝛime que habent significare personam querētis vel icipientis: sed ad ꝓseruationem persone querētis vel icipientis aptandi sunt dominus pꝛime ꝛ luna: tamen homines nō considerant quid accidat nisi de re ꝛ eius euētum pꝛospiciunt de statu persone non curantes. Si autem fuerit luna tarda cursu scilicet cursui saturni similis hoc est q̄ vadat minus .12. gradibus in die vno significat difficultatem ꝛ tarditatem: imo si fuerit edificium illud quod facere itendimus vel quod debeat icipere vel itendat icipiens eleuare supra terraz ꝛ fuerit luna tarda cursu ꝛ alij significatores fuerint subterra nūq̄ euleuabit illud edificiū: ꝛ si eleuatū fuerit eueniet tardissime: sed nō eleuabit in tota illa etate in qua iceptū fuerit. Et si nō poteris fortuna re lunā sicut volueris in re tua ꝛ fuerit aliqs q̄ fortunet eam nec poteris illud impedimētuz euitare pone illū qui impedit eam dñm pꝛime quia pꝛima nō impedit semetipsam nec lunam in detrimētum sui: ꝛ si poteris eū ponere in pꝛima erit melius ꝛ sit ipse liber ab impedimentis que alias dicunt. Et si non poteris euz ponere in pꝛima pone ipsum in aliquo alio loco laudabili vt in decima vel vndecima vel quīta: ꝛ si esset possibile q̄ ipse reciperet lunam frāgeret tota sua malitia penit⁹: esse enim lune laudabile ꝛ aliorum significatorum augent bonum ꝛ diminuunt malū: ꝛ esse eoꝝ malum augēt malū ꝛ diminuunt bonum. Et caue a coniunctione malorum cum luna vel cum alijs significatoribus vel eorum quarto aspectu vel oppositione sine receptione ꝛ ipsi non sint impediti: a trino enim vel sextili aspectu

non ita nocent dūmodo sint alias liberi imo quando recipiunt a trino vel sextili aspectu z ipsi liberi efficiunt fortune. Et semp pone significatores q̄ sortiores potes z caue eos z lunā ab impedimētis maxīe put melius sciueris: z vt nō sint mali in locis a q̄b⁹ significant res quas facere vel capere intēdim⁹ nec aspiciant illa a q̄rto aspectu vel ab oppositione. ¶ Et dixit haly caue ab eclypsi z maxime si fuerit eclypsis in signo in quo fuerat luminare in hora natiuitatis illius cui eligimus. Et dixit nec sit luna sub radijs z oīno remouenda est ab omni impedimēto: nec sit significator iunct⁹ soli nec ipse illi: z cēt cauendum a q̄rto aspectu solis z eius oppositione: sed tñ si fuerit iter eos receptio erit leuius modicum. Et dixit q̄ semp oppositio dat iurgia z ptrarietates: z nō sint mali in angulis z proprie in ascēdente vel in decima: z maxime si fuerint mali dñi domoruz significantiū malum z est sexta z octaua atq; duodecima: q̄n tūc significabūt illud q̄ significabūt dom⁹ eoz. Et dixit q̄ nō sit ascēdens signū in quo dñs eius sit ingressurus combustionez in anno illo: nec sit ascendens signū q̄ fuerit impeditū in reuolutione eiusdez anni: nec sit luna cursu tarda in aliq̄ re quā volumus cito fieri q̄n postponit eā z tardat nisi sint significatores plures. ¶ Et dixit q̄ remoueant signa mobilia in omni re cui⁹ stabilitatē z durabilitatem volumus: z eodem mō signa fixa in omni re quā volumus cito trāsire. Cōmunia vō ab omni q̄ō volueris fieri sicut ipsa res expetit: hec enim reddūt quicquid in eis est difficile. Et dixit caue ne sit aliqua ex stellis fixis que sunt ex natura malorum in ipso gradu ascēdente vel medij celi aut domus rei eligende: z in hoc inueni ꝓcordare oēs sapientes qui fecerūt mentionem de ipsis: quoniam sunt malicioſe quarum vna est in. 14. gradu arietis z altera i. 15 gradu eiusdez: vna est in. 10. tauri z altera in. 20. vna est in. 18. gradu geminoz: vna ex eis est in. 8. gradu cancri altera in. 18. vna est in. 26. gradu leonis: vna est in. 8. gradu virginis altera in. 16. vna est in. 16. gradu libre: vna est in. 7. gradu scorpionis: in. 9. gradu eiusdem sunt due: vna est in sagittario in. 20. gradu altera est in. 21. vna est in capricorno in. 28. gradu altera in altero: vna est in. 10. gradu aquarij: vna est in 5. gradu piscū. Ego bene laudo q̄ tu facias omnia que ipse dixit tibi fore facienda: z q̄ tu vites omnia que ipse dixit tibi fore vitanda si fieri potest: mihi tamen videt q̄ vix aut nunq̄ possent sic fieri. Tu tamen sicut alias tibi dixi facito illud boni quod facere potes: z vita illud mali quod vitare potes: q̄n nō erit ita pax quin ꝓsit licet nō tm̄ quātū suscipiens velit. ¶ Et dixit alchindi q̄ malus est vt anguli sint remoti. Haly vō laudauit q̄ anguli sint remoti: sed intentio alchindi fuit cuz illa remotio fuerit recedēdo ab angulis: hoc est vt si vnuz signū esset nona domus vel esset duodecima domus vel esset decima dom⁹: vel q̄ō esset duodecima dom⁹ esset prima: vel q̄ō esset tertia dom⁹ esset quarta: vel quod esset sexta domus esset septima illa remotio esset mala quoniā remoueret versus cadentia. ¶ Alij vō intellexerunt de illa remotione que fit ad angulos: hoc est si vnuz signum esset decima domus z illud idem esset vndecima: vel esset prima domus z esset secunda vel esset quarta z esset quinta: vel esset septima z esset octaua illa remotio non esset mala: quoniam fit versus angulos eundo ad ipsos: z istam remotionem laudauit haly in rebus quarum durabilitatem desideramus. ¶ Et dixit haly cauendum esse ne dūs ascēdentis vel dūs domus significantis rem quā eligimus vel etiā planeta significās ipsam rez vel dūs signi in quo fuerit luna: vel planeta cui ipsa iungit si alicui iungit sit in sēda a sole. i. vt cum fuerint occidentales nō sint ita ꝓpe eum q̄ cadant in sēda domo ab ipso nisi fuerit venus vel mercurius q̄n illi non habent talem prerogatiuā q̄ possint multū elongari ab eo: q̄n illud significat vilitatē z tarditatē z iudiciam rei. Tres vō superiores cum fuerint longe a sole per duo signa integra z ipsi occidētales vsq; ad cōplemētum tertij signi dicunt esse in sensu q̄ō est eis q̄daz impedimētum in electionibus: z maxime in rebus quas intendim⁹ cito pficere: q̄n tardant rez: sed nō prohibent eam quin fiat: licet nō ita velociter. ¶ Et dixit haly q̄ si fuerit nobis necesse eligere aliquid z habuerimus aliquam ex horis laudabilib⁹ q̄ non nocet nocumēto magno: si luna sit tunc iuncta marti vel saturno dūmodo res illa quam volumus eligere sit de rebus que significant p fortunas vt si fuerit dignitas layealis vel magistratus vel similia que significant a sole: vel fuerit ꝓ substantia vel accumulatiōe pecunie que significant a ioue vel fuerint facta muliebria z ludi vel alia que significant a venere vel scripture vel mercationes vel merces que significant a mercurio z similia: quoniā non possunt illi mali impedire rem quin fiat z pficiatur licet immisceant aliquid de suis malicijs quas habent naturaliter significare: z maxime impedient modicuz cum fuerint recepti aut nihil: quoniaz tūc efficiunt parū malicioſi quantū est ex hoc. Cum vero fuerint siluestres z horribiles nō recepti impedient plus: tñ non poterunt auertere rem quin fiat. ¶ Si autem fuerit res quam eligere volum⁹ de rebus quas volumus occultari z sol aspexerit ascendens vel eius dominuz z fuerit sol boni esse z luna asperexit mercurium z aspexerint se inuicez cum sole aspectu laudabili non celabit res illa nec occultabit sed propalabit. Et si inceperit tūc fugam aliquis capiet. Et si fuerit aspectus solis ad ascendens vel eius dominū vel lunam malus quart⁹. i. vel oppos⁹ deteget res illa detectione vili z reprehensibili. Et si fuerint significatores rei super terram detegetur etiam res: z fortius si fuerint in medio celi. Cum fuerit dom⁹ ascendēs vel luna sub radijs solis: aut fuerint sol z luna cadentes ab ascendente z non aspicientia se inuicem: aut fuerint luna z significatores rei quam eligimus subterra z maxime in quarta significat q̄ res illa celabit z nō deteget. Et si fuerit dominus ascendentis mars vel saturn⁹ vel aliquis alius infortunatus planeta sequet occultās ex illa occultatione malum z ptrariuz sibi: z eo fortius si luminaria fuerint impedita: si vero fuerint lumina libera non nocebit ei illud maluz. ¶ Et dixit etiam haly q̄ omnia que dicta sunt ex laudabilibus z illaudabilibus nō sunt consideranda nisi post aptationem radicum superius nominatarum. Et dixit cuz fortune dominantur in predictis radicibus non est considerandus de his que sunt pretexata etiam si fuerint mala. Et dixit cum fortune fuerint fortes z fuerint dominātes in electione non debemus aspicere nisi ea que viderimus fore laudanda. Et dixit cuz fuerint laudabilia multiplicabit fortunium z bonum. Si vero radices fuerint male ea que sequunt licet sint laudabilia nō mutant nec auferunt malitiam illam sed augent

gent malã propter sui malignitatẽ. Et dixit q̃ si fuerit nobis necesse incipe aliquid ꝛ mali ꝓsuerint illi inceptioni aptanda sunt subsequentia: qñ minuũt ex malo aliquid licet non tollãt illud ex toto. Et dixit q̃ cauendũ est ne sequentia sint mala: vt si aliqs quereret ab astrologo vt eligeret sibi bonaz horam ad aliquid faciendum: vel fuerit res quam nõ vult patefacere astrologo nũc est astrologus in dubio de hoc quod ille vult incipe ex quo nõ patefecit sibi suam intentionẽ: nec est ob hoc certꝰ astrologus quis planeta vel quod signũ significet rem de qua ille intendit. Unde debet aptare tũc ascendens ꝛ eiꝰ dominũ ambo luminaria ꝛ quartam ꝛ eiꝰ dõm vt custodiat corpꝰ ꝛ anima incipiẽtis ꝛ finis rei siue compleat res illa quam ille itẽdit facere siue nõ. Et dixit q̃ in omnibꝰ talibꝰ est incipiẽdũ in horis in quibꝰ dominatur iupiter aut venꝰ aut sol: qñ seruãdo istud aptabit omnis res qualiscũq; ipsa fuerit. Et dixit q̃ si scuerimꝰ natiuitatem queretis seu incipientis vel habuerimus eiꝰ interrogationem ꝛ oportuit nos debilitare aliquem ex significatoribꝰ debilitemus septimã natiuitatis vel questionis vel eius dõm sicut fit quando volumus exire bellare seu venari in qbus debilitat domus septima ꝛ similia. Si aũt nescuerimus natiuitatem nec habuerimus interrogationem aptabimus que dicta sunt aptãda. s. ascendens electionis ꝛ eius dõm ꝛ lunam ꝛc. ꝛ debilitabimꝰ septimam electionis ꝛ eiꝰ dõm ꝛc. vt dictũ est aliàs. Et aptare nos oportet planetam ꝛ signũ ꝛ horam significantem sexum eiꝰ psone cui eligimꝰ sicut mulieribꝰ venerez vt dictuz est iupius in earũdem factis ꝛ debemꝰ aptare eiꝰ signum femininũ si possumꝰ ꝛ facere saꝝ facta in horis femininis ꝛ nocturnis. In factis viroꝝ debemus aptare signa masculina ꝛ facere ipsoꝝ facta similiter si possumꝰ in horis masculinis ꝛ diurnis: ꝛ etiaz est aptandũ signũ significans gẽtem: ꝛ planeta similiter significans gẽtem est aptãdus vt tibi dixi. Et est aptãdus planeta qui significat regionez seu prouinciam siue ciuitatem illam cui eligis quod est res valde grauis ad sciẽduz quis planeta dominet illi ciuitati seu terre: nec poteris hoc scire nisi ꝑ ꝓiectura tionem nisi forte tu habes horam cõstructiõis terre illius quod rarissime posset contingere: p q̃stionem autem posses leuiꝰ habere significationem eiꝰ. Sed si nõ habueris horam ꝓstructiõis vel qõnem ꝓsidera mores hominum illiꝰ terre ꝛ eoꝝ vitam ꝛ ꝓsidera qd accidere ꝓsueuerit eis in magnis ꝛ arduis negocijs de victoriis atq; contrariis: ꝛ ꝑm q̃ videris planetas dominari in illis accidẽtibꝰ siue bona fuerint siue mala ꝑm illud poteris ꝓpendere significatorem eiꝰ ex planetis. Considerabis etiam mores illoꝝ ciuium q̃les sint: qui si fuerint boni ꝛ honesti ꝛ fuerint homines boni vitus ꝛ libẽter lucrantes ex honestis lucris vel saltim ex nõ turpibꝰ: ꝛ qui libẽter expẽdãt ꝛ honorifice viuãt ꝛz forte supabundauerit in eis luxuria: tamẽ signum est q̃ iupiter sit eoꝝ significator: vnde potes eum aptare in eorum electionibꝰ ex quo qõnem non habueris. Questio tamẽ res leuis est ꝛ leuiter habes per eam significatorem ciuitatis ꝛ ciuiuz eiꝰ oũmodo fit facta per illã culꝰiter sit sicut per rectorem vel procuratorez ad hoc constitutũ ꝛ similia. Si aũt fuerint auari fures miseri eorum mores dissimiles ab alijs vndecũq; lucrari studiosi nõ ꝓsiderantes vtrũ ex licito vel illicito signuz est q̃ saturnus sit eoꝝ significator. Si autem fuerit hoies pompoſi dominari affectãtes ꝛ desiderãtes laudari bonetũ vite atq; laudabilis ꝛ conuenientium expẽsaꝝ signũ est q̃ sol sit eorum significator. Si aũt fuerint homines bellicosi predones cõtẽtiosi ꝛ animati malefactores furiosi supbi vndecunq; lucrantes ꝛ per phas ꝛ nephas surripientes: ꝛ tenaces expendere vitantes: ꝛ moribus ꝛ vicijs turpibꝰ vtẽtes signum est q̃ mars sit eorũ significator. Si vo fuerint homines ingeniosi sapientes litterati in scientijs profundi: bonaruz expensarum: bonorum morum: non iuidi: nõ auari: mercatores mediocrũ mercationũ: pecuniam spnẽtes: non itenti lucro signũ est q̃ mercurius sit eoruz significator. Si autem fuerint homines solacij ludi ꝛ tripudij comestionis potationis musicorum istrumẽtoꝝ vtentibꝰ: ꝛ quolibet genere solacij auariciaz spnentes signum est q̃ venus sit eorum significatrix. Si autem fuerint infideles mutabiles vagi istabiles modo hoc modo illud volẽtes ꝛ minutis mercationibus vtentes signum est q̃ luna sit eorum significatrix. ℂ Possumꝰ etiam planetam quemlibet aptare ad res diuersas: nam possumꝰ aptare saturnuz ad predicta: ꝛ possumꝰ etiam eum aptare volẽtibꝰ tingere in colore nigro: quoniam nãliter ipse significat nigredinem ꝛ est ponẽdus vt aspiciat primam ꝛ eius dominũ aspectu laudabili: ꝛ etiaz luna sit in aspectu amicitie cum eo vel saltim dominꝰ domꝰ in qua ipa fuerit: vel sit ipsa in domo saturni nõ cadẽs ab ascẽdente vel a decima: melius tamen est q̃ ipsa aspiciat saturnum bono aspectu. Similiter possumus aptare iouem ad predicta ꝛ plura alia ꝛ specialiter volẽtibus tingere in colore citrino: quoniam ipse naturaliter significat illum ꝛ est ponendus vt dictum est de saturno. Possumꝰ etiam aptare martem ad predicta ꝛ ad plura alia ꝛ specialiter volentibus tingere in colore rubeo: quoniam ipse naturaliter habet significare illum colorem: ꝛ est aptandus vt dictum est de ioue. Potest etiaz mars aptari seruis propter suam salsitatem: quoniam serui vt multũ vtunt ea. Possumus adhuc aptare solez ad supradicta ꝛ ad quedam alia ꝛ specialiter tinctoribus volentibꝰ tingere in colore cõmixto qui participet cõmixtionem multorum ꝛ diuersorum colorum. Possumus similiter aptare venerem ad omnia predicta ꝛ ad plura alia ꝛ specialiter volentibꝰ aliquid dealbare: quoniam ipsa naturaliter habet significare albedinem. Possumus equidem aptare mercurium ad omnia superius nominata ꝛ ad quedaz alia similiter ꝛ specialiter volentibus tingere colore qui est quasi indicus siue purpureꝰ siue semipurpureus ꝛ ad omnes alios colores cõmixtos ꝛ variatos componendum. Possumus similiter aptare lunam ad omnia iam superius dicta ꝛ quedam alia plurima: ꝛ specialiter ad volentes tingere in colore glauco siue çallo: similiter ad omnes colores pauce durabilitatis. Et sicut vnus planeta potest adaptari ad plura ꝛ diuersa: sic ꝛ vna domꝰ potest aptari ad plura ꝛ diuersa: ꝛ plures domꝰ quandoq; possunt aptari ad vnam ꝛ eandem rem sicut secunda domus aptari ad substantiã ꝛ sexta similiter aptatur ad substantiam: quoniam significat seruos qui sunt de substantia: ꝛ animalia minora que sunt de substantia: ꝛ duodecima significat similiter animalia maiora que sunt de substantia: ꝛ ita intellige de omnibus domibus sicut dictũ est in tractatu duodecim domorum. Et etiam plures planete possunt aptari ad vnam rem vt velimꝰ eligere seruo vel sclauoni empto: quoniaz ꝛ ipse inter seruos computatur possumꝰ cuilibet eoꝝ apta-

tē mārtem aut saturnū q; vterq; illoz falsidicus est. Similiter possum⁹ aptare venerez ad omnia z etiaz ad aptationem indumentorum z aliorum ornamē torum muliebriū. Si autem fuerit vexillū vel aliud indumentuz quod pertineat ad bellum vt est cupa gaisera vel similia erit aptandus mars domin⁹ prime z luna z eius dominus. Et si fuerit aliud indumentū aptabimus primaz z el⁹ dōm lunam quoq; z quot ex illis planetis poterimus: z ponemus solem in decima prout in suo speciali capitulo dicetur eū de idutione nouaz vestiū tractabitur.

¶Capm duodecimum de debilitatione planetaz.

SIcuti enim aptandi sunt aliquādo planete: ita sunt aliquando aliqui eorum debilitandi sicut superi⁹ memini me tetigisse prout in re quam facere volum⁹ est necessarium debilitare. Nam si voluerim⁹ exire contra hostes oportet debilitare septimam z el⁹ dominum prout plus possumus z fortificare dominuz prime zē. Si autem valuerim⁹ exire venatum oportet nos debilitare septimam z el⁹ dominum: z oportet nos debilitare lunam: sed non infortunare nisi forte infortunaret eam domin⁹ prime vel dominus sexte: q; habet significare in supradicta seu animalia cum qbus venamur: bene tamen sunt quidam qui dicunt q; est infortunanda. Siquidem volum⁹ sequi latronem seu alium fugitiuū oportet nos debilitare lunam z etiam infortunare: z maxime si poterimus facere q; dominus prime sit ille qui infortunet eam: quoniam tunc significat q; nō euadet a manibus persequentis eum. ¶Debilitat aliquando luna sed non est tūc infortunāda quando damus farmaca: quoniaz est ponēda tūc in scorpione vt humores discurrāt per omnes partes in quibus farmacia est apta exercere vires suas z quod ad eam pertinet: z oportet q; caueamus tūc ab infortunis a marte scilicet z saturno: saturnus enim posset constipare medicinam: mars posset in tantum acuere q; duceret vsq; emissionem sanguinis: z forte q; vulneraret intestina z posset ex inde dissinteria generari que posset esse causa necis illius qui farmaciam assumpsit: z sic nō debet infortunari luna in his sed solum debilitari: z dōs prime fortunari z fortificari: z in hoc vident ꝓsentire nri sapientes antiqui. ¶Capitulum tredecimuz de particularibus ad electiones spectantibus.

POstq; facta est in his que precesserint vniuersalis mētio de factis ad electiones vniuersales spectātibus conueniēs videt fore ad particulares descēdendum vt que vniuersaliter dicta sunt particularia melius innotescunt: nec etiam est nobis necesse in particularibus reducere ad memoriam tam que dicūtur in vniuersalibus: prolōgaret enim opus nimium z tedium legētibus generaret: sed solum que de facto fiue cuiuslibet capitulo subiungere. Nec tñ poterit ita fieco pede trāsiri quin aliquando aliquid de predictis tāgatur: tamē ego iceda; q; leuiori via potero: nec implicabo me dicere omnia que possent a sapientibus in electiōibus inueri: licet quidam dicāt q; idi semper vitabāt in omni re horas combustas: ego tamē laudo si quis omnia cōtigēria posset aptare: sed sicut tibi alias memini me dixisse quoddam impossibile videtur omnia posse aptare z si velim⁹ oia sic ad vnguem ispicere tot fierent hore timide q; rarissimas z paucas faceremus electiōes tu tamē require ea que tibi dixi.

¶De horis diminutionis.

ET vitabāt egyptij quasdam horas quoz̄idaz diez̄ cuiuslibet mēsis que appellātur dies hore diminutiōis quas si quis posset seruare bonum esset: sed si nō possent seruari nō est res ita periculosa sicut aliqui aliquādo crediderūt: z ego faciam tibi ex eis tabulā vt possis scire que sint si eas volueris euitare: nec mireris si nō fit hic mētio de multis q; vt denk ꝓuenire huic opi. s. electionū. s. de seru figura z de ipsoz ordinatiōe de ipsorū ascēsu vel occasu z similiaus: quoniam omnia hec si bene meministi dicta sunt alias. hic enim non dicūtur nisi solum excepte vtilitates sicut in antidotarijs philosophorum dicūtur excepte vtilitates suorum libroꝝ.

¶Capitulum decimum quartum quc sunt consideranda in principijs electionum illorum quorum scimus natiuitates.

IN electionibus supradictis dicta sunt ea que debēt vniuersaliter ꝓsiderari: videduz est deceptos ea que in particularibus primo z principalius sunt videda. Et dixerūt antiqui q; principal⁹ sunt tria in electionib⁹ quoruz primum esse dixerūt vt cōsideret quis planetarum sit fortior in radice natiuitatis vel questionis z q; ipse sit ponēdus in angulis vel in eorum succedēnb⁹ si fieri potest: z q; sit liber a malis z ab alijs impedimētis z sit fortis z fortunatus z sit sup terram tūc⁹ fortunis: z si fuerit ipse fortuna erit melius: sed si fuerit malus remoueatur ab angulo quoniam exasperaret in suis operationib⁹ ita q; posset impedire rem vt non fieret z videret q; idem citius esset destructionis causa: nec ponat in cadēti quoniam non foret el⁹ virtus ita fortis q; posset eam perficere z sic erit ponēdus in succedēti z sic erit eius virtus z potentia conueniens rei nostre. Et est aptandus dominus signi in quo fuit pars fortune in hora natiuitatis vel questiōis: similiter etiam dominus reuolutiōis natiuitatis vel qōnis si fieri potest: z pars fortune anni reuolutiōis z eius dōs z dōs secūdi signi ab ascēdente ipsius reuolutionis z dōs hore electionis qui a quibusdam dicit dominꝰ orbis. ¶Secūdū est vt sit ascendens electionis z el⁹ decima liberū ab infortunis z eoz prohibitis aspectibus: z laudat vt sit in eo aliqua fortuna vel aspiciat illud a trino vel sextili aspectu: z laudatur etiam vt sit ascendens electionis primum radicis natiuitatis vel questionis vel eius decima vel saltem eius, vnde cima si fuerit liberum tūc z fuerit liberum in natiuitate vel questione: z maius impedimentū est si non fuerit liberum in electione q; in natiuitate. Quod si non potest sic fieri ponēdum erit ascendens electionis signū in quo erat pars fortune in natiuitate vel questione vel secūdum ab ascendēte natiuitatis vel questionis dūmodo sit liberum. Quod si aliquod istoz non poterit fieri sicut pluries accidit apta ascēdens electionis prout melius queris z alia que tibi dixi. Et si non potes aptare que vis apta que potes ad hoc vt electio tua valeat illi cui eligis. Posses eligere etiam alio modo qui non esset reprobandus. s. q; poneres ascendens electionis signum quod significauit rem pro qua eligis in natiuitate vel questiōe dūmodo esset liberum a malis z eorum aspectibus nisi ille malus impediens esset dōs signi ascēdentis natiuitatis vel questionis quoniā tūc non impedit semetipsum. Et cauendū est pre omnib⁹ alijs vitabilibus ne sit ascendens electionis sexta vel octaua vel duodecima natiuitatis vel questionis. Et si potes

ponere ascendens electionis aliquando ex bonis lo
cis qui fuerūt in natiuitate vel questione erit bonū:
z si potes apta etiam locum partis fortune natiuita
tis vel questionis in electione tua z ei⁹ dñm: z signū
professionis z ei⁹ dñm que si aptare cūcta non pote
ris esto memor ei⁹ quod tibi iam pluries dixi apta
ea que potes: z qcquid de alijs fiat apta ascendens z
ei⁹ dñm z lunaz z dñm ascendentis electionis z pla
netam significantem rem pro qua eligis z fac eos for
tes prout plus poteris z pone eos in aspectu fortu
naz. Et si non poteris ponere omnes in aspectu for
tunaz pone saltim dñm ascendentis z lunam z pla
netam significantem rem quoniam ista remouebūt
omnez malitiam ab electione tua. Et si poteris po
nere planetam significantem rem cui eligis in ascen
dente natiuitatis fiet res tua leuiter z cū magno la
bore. Et si fuerint fortune que aspexerint predictos
significatores fortes z libere a malis z ab alijs impe
dimentis perueniet res pro qua eligis ad omnez fi
nem quez tu volueris. Si aūt fuerit dñs natiuitatis
vel electionis vel qōnis in domo significante rez cui
eligis z sit liber vel aspexerit domū illam a trino vel
sextili aspectu fiet res sed cū difficultate atq; istantia
z labore. Si aūt fuerit impedit⁹ impediet rem z vix
aut nūq; pmittet eam perfici. Et si aspexerint se dñs
rei cui eligit cū dño ascendentis electiōis vel natiui
tatis vel questionis vel reuolutionis aspectu trino
vel sextili z ipsi liberi nec impediti significat q; res p
ueniat ad finem laudabilem. ¶ Tertiū vō est vt vi
deat vtrū aliqs cui⁹ natiuitas patet vel cui⁹ habem⁹
questionem velit incipere aliquid vnde speret bonū
vt sunt magna itinera: magne negociatiões: vel etiā
magna edificia vel aliqd tale op⁹ quod reputet ma
gnū: est enim tūc videndū per natiuitatem suaz seu
questionem vniuersalem vel que ad temp⁹ facta fue
rit significet in illo anno in quo ipse vult facere rem
illam aliquod finistruz vel aliquod horribile quod
timendū sit tūc enim est prohibendū sibi vt nō incipi
at opus illud donec transeat disposito illi⁹ planete
qui videt ei tūc minari malum. Quod si differri nō
poterit ponat dñs ascendentis electionis fortunat⁹ z
fortis z luna z dñs dom⁹ significantis rem illam: z
ponat planeta qui minatur horribile illud debilis:
nec aspiciat ascendens nec domū significantem rem
nec eoz dñs nec lunam. Et si hec oia vitare nequive
ris vita saltim q; non aspiciat ascendens nec ei⁹ dñz
nec partē fortune vel saltim ei⁹ dñm z fac si vnq; po
teris q; aliqua fortuna vel ei⁹ radij ex trino vel sextili
aspectu cadant in locum in quo erat ille impediens
in hora natiuitatis seu questiōis. Et si hoc facere ne
quiueris remouere tūc illum malum qui minat il
lud horribile ab ascendente z a loco rei sicut dictum
est. Remoue etiam ex alijs malis tot quot poteris z
semp quandocūq; tu vides in tua lectione aliquem
planetam qui significat impedimentū rei cui eligis
in natiuitate illi⁹ pro quo eligis debilitabis eū prout
plus poteris z nitaris in omnib⁹ modis fortificare
planetam significātem rem illam z signū in quo ipe
erat in natiuitate seu questione: z si non poteris for
tificare vtrūq; saltim fortificare signum: z nitaris for
tificare omnia que tibi dixi: z si non potes facere qđ
vis adhuc dico tibi fac quod potes in remedium su
pradictorum. s. q; te oportet cauere a planeta signifi
cante timorem in natiuitate si in natiuitate significa
tur q; res quam vis tu vel ali⁹ incipere sit vtilis vix
vnq; poteris facere ita debilem electionez quin effe
ctus ei⁹ sit bonus nihilominus tamen est aptanda
electio tua sicut potes vt melius tibi cedat ex ea. Est
etiam tibi cauendum vt nullam electionez facias su
per aliqua re in hora eclypsis alicuius luminarium
nisi esset forte aliquando in aliqua re occultanda: z
eo magis est vitanda tūc electio si fieret eclypsis in si
gno quod fuit ascendens hora natiuitatis vel que
stionis z bonuz esset si posses vitare totam illam tri
plicitatem tamen non est ita curandum vt de ascen
denti. Esset etiam tibi cauendū si posses vt si ven⁹ eēt
impedita in natiuitate q; non poneres lunam in se
xtili aspectu martis vel saturni siue receperint eam si
ne non. Et si fuerit impedit⁹ iupiter nō ponas eam
in trino aspectu eorum. Et si fuerit impeditus mars
non ponas eam in quarto aspectu saturni. Et si fue
rit impeditus saturnus non ponas eam in opposi
tione martis. Et si fuerit impeditus mercurius non
ponas eam prope aliquem illorum min⁹. 31. gradi
bus si facere potes.

¶ Capitulum. 15. si res de qua fuerit proposita que
stio ab aliquo debeat perfici an non cum eligim⁹ ei.

SIcut alias dictum est q; plures sapientes cuz
vellent eligere alicui nec habebant ei⁹ natiui
tatem ad hoc vt possent scire si res de qua fiebat que
stio posset perfici an non accipiebant questionez cu
iuslibet rei icipiende z si viderunt q; deberet perfici
videbat vtrum esset vtilis an nō: z pm illam questio
nem eligebant sicuti eligerent super natiuitate quo
rum vn⁹ fuit alchalat: nec aliter eligebāt alicui: z vi
debat q; eorum opinio esset sana ad hoc vt eoruz ele
ctiones essent perfecte atq; secure: sed non videbatur
ita vtilis sicut eligere cuilibet volenti habere electio
nem super re quam icipere volebat: bonum tamen
erat eligere super natiuitatem vel questiōem: sed oc
currunt aliquando electiones festiue super quibus
non possumus iudicare questiones nec videre ipsa
rum finez pm iudicia: z tamen oportet astrologum
eligere illi qui consulit eum. z iam dixi tibi superi⁹
q; tu potes eligere cuilibet aliquid incipere volenti z
erit electio tua sibi vtilis prout tibi ostēdi alias si be
ne meministi. Verum est etiam q; per natiuitatem seu
questionem possumus scire finem rei icepte seu inci
piende quod nō accidit per quamlibet electionem
tamen semper debemus sperare ipsas esse vtiles ex
quo eligim⁹ quod meli⁹ nobis videtur: quoniam si
cut iam dixi tibi bona electio potest prodesse nocere
vero minime: nec inueni vnq; Ptholomeum qui
fuit optim⁹ astrologus prohibuisse astrologum eli
gere sine predictis natiuitatib⁹ seu questionib⁹: z fuit
intentio philosophorum q; mala que significantur
per natiuitatem vel per questiōem possent tolli per
bonam electionem z si non tollātur ex toto possunt
multum diminui z alleuiari. ¶ Fuerunt similiter
quidam alij qui volebant q; non eligeremus nisi il
lis quorum natiuitates scīremus: z illi sunt pauci z
paucis prodessent electiones si ita esset. Dicebāt enim
q; natiuitas est res naturalis interrogatio vero non
sic immo est res non naturalis. Sed tamen licet iter
rogatio non sit res naturalis ipsa tamen est ei valde
propinqua sicut causa appellationis iudicatorum est
ita propinqua cause principali q; qui obtinet post
modum in causa appellationis efficit potior in iu
dicio rei iudicate. ¶ Est z alius modus eligendi z
potest sciri per ipsum vtrum perficiatur res post in
terrogationem factam vt si fuerit⁹ fortunatum ascen
dens questionis vel ascendens coniunctionis seu pre

uentionis que fuerit ante interrogationem signum
est q̄ res perficiatur. Si vero fuerit infortunatus si-
gnificat impedimentū q̄ non perficiatur res. Si au
tem habeatur natiuitas vel interrogatio ponendū
est ascendens electionis ascendens siue .10. natiuita-
tis seu questionis vel signum significans rem quaz
volumus incipere si fuerit fortunatum. Si vero nō
fuerit aliquod illorum fortunatum considerādum
est q̄ ascendens fuit in anno illo in hora introitus
solis in arietem vel in eius introitu aliarum quar-
tarum anni quādo annus reuoluetur ſm quartas
si fuerit fortunatum vel eius .10. vel signum signifi-
cans rem illam in hora illa z quod illorum inueneris magis fortunatum illud facere ascendens electio
nis rei cui eligitur z hoc tam in illis quorum natiui
tates sciunt vel quorum interrogationes habentur
q̄z in alijs: z hoc silr significabit effectum rei. ¶Po
test etiam z alio modo eligi illis quorum natiuita-
tes ignorātur z quorum questiones non habētur:
sed est difficilis ille modus quoniam nescimus om
nia que accidunt alicui sed si esset tibi manifestuz ali
quod magnum accidens alicuius posses scire quali
ter deberes eligere illi in inceptionibus suarum re-
rum: z eo fortius z melius z securius si fuerit illud
accidens primum quod euenit ei siue bonum fuerit
illud accidens siue malum: bonum vt sunt dignita-
tes vel aliquis magistratus magnus vel similis de
his que non consueuerunt ei euenire: z quanto ma
ior fuerit illa dignitas tāto magis erit eius ascendēs
consimile ascendenti natiuitatis illius cui volueris
eligere: z ita quanto malus fuerit illud malum simi
liter z erit eius ascendens eius ascendenti consonū.
¶Sed si fuerit illud accidens malum erit vitandus
illud ascendens in electionibus illius sicuti erit assu-
mendum si accidens fuerit bonum: z erit tollendus
eius contrarium scilicet septimum z per septimum
ab ascendente illius mali accidentis poteris ei elige
re si non habueris natiuitatem seu questionem ipsi
us. ¶Malum vero accidens dicitur cum euenit ei ali
quod magnum incomodū sicut aduersitas que nō
consueuit ei euenire sicut est amissio suarum rerum
maxima vel magna vt infirmitas vel naufragium
vel dura captio z similia. Unde sciendum est ascen-
dens illorum accidentium z seruandum sicut ascen
dens natiuitatis seu questionis si sciri potest: q̄ si fie
ri non potest fac vt dicat tibi alias apta illud q̄ apta
re potes vt electio tua prosit illi cui eligis. Et ſm istū
eundem modum possumus considerare q̄ quādo
aliquis planeta est fortunatus z fortis vel aliquod
signum est fortunatum accidunt alicui sibi placibi-
lia z utilia q̄ habeat virtutem in radice natiuitatis
eius: z quando est infortunatū aliquod signū vel est
infortunatus aliquis planeta z cedit ei aduersa tūc
q̄ illud signū vel ille planeta habeat vtutem in radi
ce natiuitatis sue. Similr si accidat alicui magnati
de his. s. qui sunt apti regno ex⁹ predictis accidenti-
bus q̄ sit ille planete vel illi virt⁹ in radice natiuita-
tis eius. ¶Illud idem potes dicere de aliquo clima
te vel aliqua regione quādo accidit ei aliquod hor-
ribile magnū: z q̄si etiaz accidit alicui ciuitati vel ca-
stro vel alicui edificio longe durabilitatis aliquo si-
gno vel aliquo planeta existente impedito signū est
q̄ habeat potentiam in principio illius edificatiōis.
Unde potes illud ponere pro suo ascendenti in suis
electionibus: vel quando accidunt ei aliqua magna
bona potes facere illud idem illo eodez signo z illo
eodem planeta existenti fortī z fortunato similiter z
in omnibus moribus ciuium alicui⁹ ciuitatis vel re
gionis ad quod signum vel ad quem planetam assi
mulent: z illum potes eis dare pro significatore: z et
in singularibus z priuatis potest hoc habere locum.
¶Capitulum .16. quādo id q̄ inceptuz fuerit est cre
dendum q̄ perficiatur.

QUando incipimus aliquid z dñs primi z lu
na atq; dñs rei quam incipimus fuerint in an
gulis vel in eorum succedentibus liberi ab impedi
mentis z fortunati vel saltim planeta significās rem
quam incipimus: z fuerit res durabilis vt cōstructio
vrbis vel castri vel etiam edificatio domus z planta
tio arboris z similia: z fuerint in aspectu solis trino
vel sextili in dse vel etiam in quarto cum receptione
vel lune in nocte vel aspectu illorum quorum fue-
rint domus in quibus fuerint signum est q̄ res illa
perficiat z ad bonū finem deueniat z diutius sit du-
ratura. Unde in talibus debes semper ponere signi
ficatores in signis fixis z in angulis vel in succedēti-
bus fortes z fortunatos prout melius poteris. In re
bus autem quas volumus cito finiri nec diuti⁹ du-
rare possunt poni significatores in cadētibus ab an
gulis dūmodo non sint aliter impediti vt sunt con-
iunia z firmationes mulierum z desponsationes ea
rum quorum citum finem z velocem durabilitatez
cupim⁹. Et si fuerit ascendens signum mobile erit
melius dummodo eius dñs non sit impeditus: ve-
locitas enim z tarditas rerum considerant prout cu
iuslibet rei natura exigit sicut magnitudo z paruitas.
Nam si vna res debet perfici in hora vna z eius na-
tura exigit hoc z durat ad perficiendum quatuor vel
quinq; horis relata quidem tarditate ad rem illam
cum deberet perfici velociter perfecta est tarde vt ecce
debuit aliquis qui inuitauerat quosdam ad prādi-
um parare illis comedenda in hora tertia z distu-
lit parare vsq; in hora quita modo res ista tardauit
quia non est parata hora debita. Similiter debuit
aliquis ire ad locū aliquem eo die z distulit ire vsq;
in sequentem diem modo tardatuz est iter illius qz
non fuit die statuta. Hoc enim est sicut magnitudo.
Paruitas nāq; consideratur prout refertur ad suū
significatum z magna formacia z paruus equus.
Similiter z de velocitate vt cum deberet quis ire ad
aliquem qui promiserat ei se daturum equum sibi
post vnum annum z ipse iuit ad eum ante medium
annum vel etiam ante annum: modo festinabit ille
ad eūdum illuc quo ire debebat quia preuenit tem
pus debitum z ordinatum: z ita intellige de omni
festinatiōe seu velocitate siue annua fuerit illa velo-
citas vel tarditas siue momentanea. Et sic potest di
ci de diuersis reb⁹ ſm diuersas considerationes z ſz
diuersas relationes quoniam ſm eundem annum
scōm eundem mensem ſm eūdem diem ſm, eādem
horam ſm quodlibet idem tempus potest dici tar-
ditas z velocitas. Et significata temporum omniū
accipiunt a signis z a planetis a locis in quib⁹ sunt
z ab eorum naturis: quoniam planete tardi signifi-
cant tarditatem z precipue retrogradi vel etiam sta-
tionarij z maxime in statione prima z cum fuerint
tardi. Ueus vero significant velocitatem ſm esse sui
motus z maxime directi: z eo fortius cuz fuerint au
cti numero. ¶Et signis accipimus significationem
temporis quoniam signa fixa significant tarditatem
z dilatationem temporis cōmunia mediocritatem
temporis mobilia vero significant velocitatem z le-

uitatem. Etiam ꝛ signa directe ascensionis adiuuat tarditatem: ꝛ signa tortuose ascensionis adiuuãt velocitatẽ ꝛ planete in eis constitutis. Aerea similiter adiuuant velocitatem ꝛ ignea plus aereis. Aquatica vero augmentant tarditatem ꝛ terrea plus aquaticis. ¶Anguli adiuuant similiter velocitatem. Cadentia tarditatem: succedentia modicũ vident iuuare velocitatem. Unde si fuerit aliquod ex illis signis ascendens vel fuerit domus significans rem incipiẽdam vel fuerit aliquis ex planetis predictis in aliquo illorum locorũ iuuabit quilibet eorum vel impediet ꝑm naturam signi vel locũ in velocitate vel tarditate i quo fuerit vt si fuerit planeta velox in loco vel signo seu domo significante velocitatem adiuuabit illam velocitatem ꝛ citius fiet res. Si autem fuerit in signo seu domo significante tarditatem minuet aliquid de tarditate illius. Et si fuerit planeta significans tarditatem in domo seu signo significante tarditatem adiuuabit illam tarditatem ꝛ tardius fiet res. Et si fuerit in domo seu signo significante velocitatem minuet aliquid de velocitate illa. Et si fuerint significatores orientales a sole adiuuant velocitatem ꝛ minuunt aliquid de tarditate. Et si fuerint occidentales ab eo adiuuant tarditatem ꝛ minuũt velocitatem. ¶Et dixit haly q̃ significato accipit a locis signorum ꝑm q̃ sunt ex domibus. Nam dixit q̃ ascendens ꝛ decimum significant velocitatem dies. s. ꝛ horas: septimus tarditatem hoc est minorem velocitatem vt mensem vel ebdomadam: quartum iterum minorem velocitatem quia loco mensiũ posset significare annos. Succedentia vero significant id quod eorum anguli sed aliquid dilatant plus rem. Cadentia vero significant tarditatem. Et dixit ea autem que sunt supra terram vniuersaliter significant celeriorem velocitatem existentibus sub terra. Et dixit q̃ quarta orientalis que est a medio celi in ascendens significat velocitatem: meridiana que est a decimo in septimũ mediocrem velocitatem: occidentalis que est a decimo in quartũ designat mediocrem tarditatem: septentrionalis que est a quarto in primum tarditatem. Et dixit cũq; acciderit vt signum significans velocitatem sit in quarta significante velocitatem ac si fuerit signum mobile ascendens vel decimum erit hec velocior velocitas quam a signis habere poterimus.

¶Capitulum. 17. a quibus planetis accipitur significatio temporum.

A Planetis vero a quibus significationem velocitatem accipim⁹ sunt dominus rei ꝛ planeta qui iungit alicui eorũ: vel qui transfert dispositionem vni⁹ eorũ ad alterum ꝛ luminaria: ꝛ planeta cui iungit luna. Et quicũq; predictorũ planetarũ fuerit plurium dignitatũ seu fortitudinũ in ascendente atq; in. 10. rei vel saltim in domo rei ab illo accipimus significationem temporis euẽtus rei quam scire volumus. ¶Et dixit haly q̃ velocior velocitas ꝛ tardior tarditas cuiuslibet rei in genere suo ꝛ in esse suo significat per planetas ꝑm velocitatem eorũ. Et dixit q̃ planete significantes tempus in quo res incepta debeat perfici siue bonũ fuerit illud significatũ siue non dabunt suam significationem quando mutabit eorũ esse de fortitudine in debilitatem vel econtra. Et dixit q̃ debilior mutatio quam potest facere planeta est cũ fuerit in aliqua quarta circuli ꝛ mutabit de illa ad aliam vt ab oriente in occidentem: aut fuerit subterra ꝛ mutabit supra terram: aut descẽdet de superioribꝰ ad inferiora. Et dixit q̃ eorũ mutatio fortis est vt si fuerit orientalis fiat occidẽtalis vel econtra: aut mutat de vno signo ad aliud: ꝛ marie si fuerit mutatio de signo in quo hẽt dignitatẽ ad aliud in quo non habet dignitatem aliquam ꝛ econtra. ¶Item ad sciendũ tempꝰ rei incepte vel incipiende quando fiet vel quando terminabit oportet te accipere numerũ graduũ qui fuerit iter planetam almutem super loco significante rem illam ꝛ iter aliũ qui habeat similiter significatũ sup eandem rem ꝛ quot fuerint illi gradus si planeta fuerit de illis qui significant horas tot erũt hore vsq; ad finem seu durabilitatem siue perfectionem illius rei: ꝛ si significauerit dies erũt tot dies: ꝛ si significauerit menses erũt tot mẽses: ꝛ si significauerit annos erũt tot anni ꝑm nãm loci ꝛ ꝑm nãm significatoris ꝛ ꝑm naturã rei illi⁹ prout ipsa potest fieri vel terminari in horis vel diebus vel mẽsibus vel annis: verbi gratia. Ponat q̃ mercurius sit significator temporis ꝛ sit in. 9. gradu piscium ꝛ iupiter sit in. 16. gradu cancri ad cuius coniunctionem vadit nũc mercurius: ꝛ sunt inter eos ad complementũ eorũ coniunctionis. 7. gradus: modo cũ mercurius sit de planetis leuiorib⁹ qui habent significare festinationes rerũ habet nũc significare horas vel in re non multũ velociores. Unde si fuerit de reb⁹ festinationis fiet res illa vsq; ad. 7. horas. s. que debeant fieri eadem die: si fuerit de reb⁹ min⁹ velocib⁹ que transeant ebdomadas fiet vsq; a septem dies vel vsq; ad horam in qua fuerit mercurius in. 16. gradu piscium ita q̃ aspiciat directe gradum in quo erat tunc iupiter quando res fuit incepta vel questio proposita de ipsa si aduentus eius ad gradũ illum fuerit post. 7. dies. Et si esset res que expectaret menses fieret ad tot mẽses. Et si esset de expectantib⁹ annos fieret ad tot annos. Idem intellige de omnib⁹ ꝑm quantitatem distantiarũ graduũ existentem inter significatores: ꝛ illa erit hora perfectionis seu euentus rei queste seu incepte. Et si esset maior quantitas graduũ inter significatores fieret similiter ꝑm tot horas vel dies vel menses vel annos ꝑm suam nãm ꝛ relationem ad eã rẽ. Et si esset talis quantitas q̃ possent ex ea fieri signa fieret res ad tot horas vel dies vel mẽses vel annos quot signa resultarent ex illis gradib⁹ ꝛ ad fractiões ꝑm quantitatem graduũ signi imperfecti. Verbigratia fuerũt inter planetam significatorem qualificũq; fuerit ipse significator ꝛ ponderosiorem cui ipse iunctus est. 180. gradus ex quibus peruenerũt. 6. signa significat modo effectus seu durabilitas vel complementũ huius rei. 6. hore si fuerint de reb⁹ que fierent in horis prout eis natura requirit. Et si fuerit de illis que fiãt in diebus fiet vsq; ad. 6. dies. Et si fuerit de illis que fiant in ebdomadis fiet vsq; ad. 6. ebdomadas. Et si fuerit de illis que fiant in mensib⁹ fiet vsq; ad. 6. menses. Et si fuerit de illis que fiant in annis fiet in. 6. annis ꝛ forte q̃ cadat in eis aliq̃ factio sed non que deducat in errorem. Et ita intellige de omnib⁹ distantijs numerorũ omniũ graduũ siue signorũ coniecturando omnes proportiones prout tibi occurrerint. Item si fuerit planeta significator rei iunctus alicui planete vel ali⁹ iunctus fuerit ei ꝛ sit inter eos mutua receptio considerandi sunt eorum anni: vt si fuerit in angulis ꝛ fuerit auctoritate significator. s. qui habuerit maiorem vtutem seu potestatem in re de illis planetis ponderosis qui significãt annos considerabis annos maiores significatoris: ꝛ dic q̃ vsq; ad tot annos durabit res. Et si fuerit tũc

principium inceptionis sue ⁊ fuerint significatores subterra complebit res illa vsq; ad tot annos quot sunt anni maiores planete significantis eam. Et si fuerit significator in succedentibus pone numerum annorum sm annos medios ipsius. Et si fuerit in cadentibus pone numerum annorum ipsius minorum. Et si fuerit significator de planetis significantibus menses vel dies vel horas pone numerum eorum sm numerum annorum predictorum ⁊ modo predicto prout significatores fuerint fortes vel debiles leues vel ponderosi. ¶Et dixit haly q luna in omni re significat horas ⁊ maxime in velocibus similiter ⁊ sol tamen sol potest significare dies vbi luna significat horas: ⁊ menses vbi ipsa posset significare dies. Et dixit cum peruenerit ille qui defert dispositionem inter significatores ad illum ad quem defert siue per corpus siue per radios q accipiētur gradus qui fuerint inter eos ⁊ ponet pro omni gradu mensis vel dies. Et dixit q dominus ascendentis ⁊ dominus domus rei cuz conieci fuerint significabunt velocitatem effectus rei si testificata fuerit illa: ⁊ maxime si dominus ascendentis fuerit ponderosior. Et dixit q quando luna descenderit in ascendens vel in domum rei vel aspexerit aliquod eorū ex quarto aspectu vel oppositione erit hora. Et dixit q sol significat illud idem quod luna in eisdez locis. Et dixit q sol est fortior q̄z luna in hoc opere. Et dixit q cum peruenerit luna ad locum significatoris illa erit hora. Idem dixit de almutez super initio rei. Et dixit q inuenit quosdam qui extrahebant vlez rei sicut fit in natiuitatib⁹ ⁊ dirigebant gradus vlez ad locum fortunarum ⁊ malorum: ⁊ ponebant vni cuiq; gradui per ascensiones annum vel menses vel diem sc̄m naturā rei. ¶Si peruenerit directio primo ad fortunam quam ad malum dicebant q perficeretur res illa cum prosperitate. Si autem peruenerit primo ad malum q̄z ad fortunaz dicebant q perficeret res illa cū aduersitate. ¶Et dixit q mare significat velocitatez: sed admittet aliquid de rebus marcalibus. Et eodem modo faciebant de gradu ascendentis ⁊ de gradu domus rei. ¶Sibi autez videtur q licet posset sic esse q sit magna implicitas ⁊ q superior sententia sufficiat tibi. Et quia omnia que nobis occurrunt atq; dicta philosophorum ad vnguem exponere valde longuz esset ⁊ quasi nobis quoddam abhominabile atq; legenti tediosum ex industria tua ex predictis intelligas ⁊ videas ⁊ percipias que percipienda sunt. s. vtrum significatores sint ex planetis leuib⁹ vel ponderosis: vel sint in angulis vel succedentibus vel cadentibus: vel sint in signis fixis vel mobilib⁹ vel directis vel tortuosis vel in locis significantibus annos vel menses vel dies: que omnia si bene consideraueris ⁊ perspicatus fueris poteris ex predictis percipere quod intendis.

¶Capitulum. 18. de signis fixis cōmunibus ⁊ mobilibus.

Zabel vero fecit magnam vim in signis ⁊ posuit in eis magna significata nec incassum ⁊ illa sunt referenda ad significatores cum fuerint in eis ⁊ ad lunam: ⁊ ad eam pre ceteris significatorib⁹ quoniam ipsa est omnium rerum significatrix prout alias dicitur. Etiam si alij significatores omnes relinquerentur ipsa semper est cōsideranda preter q dominus hore preseruat in loco quem dixi tibi. ¶Dixit enim dictus sapiens signa fixa sunt congrua omni operi cui⁹ stabilitas ⁊ prolongatio temporis queritur ⁊ quod vult auctor eius esse durabile bonūq; ⁊ vtile est eis edificare ⁊ nuptias celebrare facta desponsatione in mobilibus. Et si in eis dimissa fuerit mulier a marito non reuertetur ad euz in breui: subaudi nisi multiplicentur in eis testimonia fortunarum. Et qui vinctus fuerit in eis prolongabitur carcer eius: ⁊ qui irascitur in eis non poterit cito mitigari: conductiones vero ⁊ mercedes in eis vtiles sunt. bonum q; erit edificare ⁊ facere fundamēta. Et dixit scorpio autem leuior est omnibus fixis: ⁊ leo magis fixum: aquarius est tardior ac deterior: taurus vero magis est planus.

¶Capm. 19. de signis cōmunibus.

Et dixit signa communia in societate ⁊ participatione sunt vtilia ⁊ quicquid operatuz fuerit in eis sepe erit iteratum: emere vero subaudi res quas volumus diu penes emptores manere ⁊ nuptias celebrare non erit vtile ⁊ erit in eis ingenium ⁊ deceptio: ⁊ cui obijcitur aliquid in eis euadet ⁊ sanabitur ex eo quod sibi obicitur ⁊ qui incarceratur non significat nisi in timore propter paucitatem sue apparitionis ⁊ exitus eius ⁊ qui egreditur a carcere redit ad illum: ⁊ si capitur in ei fugitiu⁹ redit ad fugam suaz secundo: ⁊ qui vadit in eis ad iudicem non firmatur ei sententia neq; iudicium neq; in eis vadat aliquis cum naui quia permutabitur ab vna ad aliam ratione non bona. Et cum permittitur aliquid in eis dissoluetur ⁊ non complebitur ei illud ⁊ infirmus in eis sanatur deinde incurrit recidiuationem. Totum ergo quod euenit homini in eis ex bono vel malo duplicatur super eum: ⁊ si quis moritur in eis tūc mouetur post eum in illo loco alius in proximo: ⁊ permutatio ⁊ capitis ablutio ⁊ barbe: ⁊ purgatio auri ⁊ argenti in eis sunt conuenientes ⁊ mittere pueros ad literam. Et dixit idez auctor si autez volueris in eis incipere aliquid ex eis que dixi tibi tunc pone lunam in domo significante rem quam facere intendis ⁊ coniunge illam cum fortuna recipiente ipsam in illo signo. Et dixit signa quidem diei in operatione diei sunt fortiora ⁊ pone ascēdens signum diurnum vel signum significans rem tuam. Et dixit signa aerea conueniunt venationi in terra ⁊ mari vt sunt gemini libra ⁊ aquari⁹: ⁊ signa regum conueniunt regibus vt sunt aries ⁊ leo: ⁊ signa habentia voces conueniunt cantoribus ⁊ volentibus vti musicis instrumentis ⁊ signa ignea cōueniunt omni rei quam igne volueris operari: ⁊ signa equinoctialia conueniūt omni equalitati ⁊ omni mensure ⁊ omni rei in qua viget veritas ⁊ statera vt sunt bilances ⁊ mensure atq; ponderatorium: ⁊ signa mobilia ⁊ sunt illa in quibus incipiunt mutari nor ⁊ dies conueniunt illis qui volunt permutari de re ad rem vel de loco ad locum. Et dixit considera ad omne opus quod tu vis incipere que sit natura illius signi ex orbibus: ⁊ coniunge lunam ⁊ dominum ascendentis cum illa substantia: ⁊ radix illius nature atq; virtus eius est illa hora scilicet hora inceptionis. ¶Et considera solem in factis dominorum magnatum principum ⁊ prepositorum ciuitatū ⁊ officiatorum vt alias dixi. Et in factis largorum ⁊ magnas expensas facientium consideratio nem. Et in factis agricolarum ⁊ vilium considera saturnum. Et in factis ducum ⁊ dominorum exercituum ⁊ pugnarum considera martem. Et in factis scriptorum pictorum campsorum seu nūmulariorum mercatoriorum ⁊ etiam mercatorum considera

mercurium. Et in facie reginarum ⁊ aliaruꝫ excellentium mulierum considera lunam: ⁊ etiam in facie matrũ ⁊ nouercaꝝ. Et in facie aliarum mulierum considera venerem ⁊ precipue iuuencularum ⁊ que facies suas libenter ornãt vt placeant hominibus. Et in omnibus his stude considerare que tibi sunt considerãda sicut tibi dr̃.

¶Capitulum vigesimum de signis mobilibus.

ET dixit: signa mobilia significant festinam rerum mobilitatem: ⁊ nihil durabile fit in eis nec prolongatur tempus rerum factarum dum luna ⁊ significatores fuerint in eis: conuenientia tamẽ sunt eis qui volunt seminare ⁊ firmare mulierem atq; desponsare hec omnia proficiunt in eis: emere similiter ⁊ vendere mercimonia ⁊ ea que cito mutãtur de manu vnius in manum alterius ⁊ si quis fuerit tunc infirmatus liberabitur eius infirmitas terminabitur cito ⁊ si lis aliqua fuerit tunc incepta nõ prolongabitur: ⁊ si aliquis tunc fugerit reuertetur cito: ⁊ si aliquis promiserit aliquid alicui non seruabit ei promissum erit etiam bonuꝫ in eis peregrinari ⁊ vtile: rumores qui tunc conuertũt erunt falsi: ⁊ somnia in eis non habent significatum: nec est bonũ incipere aliquem egrum curare tunc si fuerit egritudo talis que posset differri dum lune errat signum mobile: nec est tunc plantanda arbor cuius durabilitatem volumus nec figere ficulneum: nec edificare. nec fundamentum aliquod ponere: nihilq; cuius durabilitatem vel prolongationem cupimus facere vel incipere: sed cuiuscũq; rei velocitatem cupis inci pe sub eis: ⁊ illa sunt velociora que sunt maioris tor tuositatis ⁊ maioris mobilitatis sicut sunt aries ⁊ cãcer: libra vero ⁊ capricornus sunt fortiora ⁊ magis temperata. ¶Et dixit Zahel apta lunam proposse ⁊ non ponas eam vnq̃ in ascendente alicuius initij ⁊ specialiter alicuius itineris: quoniam illud significat q̃ accidet itineranti aliqua infirmitas in corpore suo vel aliquod equiualens infirmitati nisi dominus ascendentis aut fortuna aspiciat gradũ ascendentem: quia cuꝫ planeta aspicit ascendens ⁊ dominum eius est similis viro qui custodit domũ suam: quia quilibet qui est in ea timet eum ⁊ que est extra timet ire illuc: si vero non aspexerit erit econtrario. Et si dominus primi fuerit malus fac ipsum illud a trino vel sextili aspectu: ⁊ caue ne ponas lunam in angulo cum malo aspexerint eam vel dominũ ascendentis nisi forte reciperet eum a trino vel sextili aspectu: nec ponas etiam lunam in angulo nisi ipsa sit libera: sed pone fortunas ⁊ partem fortune in angulis: ⁊ fac omnibus modis si vnq̃ potes q̃ luna aspiciat partem fortune vel iungatur ei corporaliter licet raro accidere possit. Et si non poteris facere quin pos fortune cadat ab ascendente fac q̃ dominus ascendentis aspiciat illam vel iũgatur ei sicut dixi tibi de luna. Et stude si potes q̃ ponas dominũ ascendentis cum parte fortune: quia hoc significat maius lucrum in itinere ⁊ maiorem vtilitatẽ. Et caue ne ponas lunam in secunda vel sexta vel octaua vel undecima: qm̃ hoc horribile est atq; timendũ. ¶Dixit Zahel si potes facere stude ponere ascendẽs ⁊ dominum eius ⁊ lunam in signis directe ascendens scilicet quia significat leuitatem ⁊ profectum ⁊ non ponas eos in signis tortuosis. Dixit enim quia significant inuolutionem ⁊ duritiam ⁊ tarditatem ascendens enim ⁊ quartum significant quid accidat de illa electione. Aspice ergo fortunas ⁊ malos de lodis suis ⁊ fortitudinem atq; debilitatem eoruꝫ ⁊ loquere sm̃ q̃ inueneris de fortitudine vel debilitate initij vel finis rei. ¶Et dixit dorotheus cuꝫ inueneris lunam impeditam ⁊ fuerit res que differri nõ possit non des lune partem in ascendente ⁊ fac eaꝫ cadere ab eo ⁊ pone in eo fortunam ⁊ ꝓfortia illud ⁊ eius dominum: ⁊ per nullum modũ ponas lunã in itineribus in ascendente siue sit impedita siue non.

¶Incipit scdꝰ tractatꝰ de his que ad electiones particulares spectare videntur.

¶Cap'm primuꝫ quod est preambulum ad electiones domoꝝ particulares.

Licet sufficiẽter superius dictum sit de his que generaliter ad electiones pertinẽt: nõ tamen videntur que dicta sunt pfecte sufficere his qui electionibus vti volunt nisi ad ea que ad particulares electiones spectant perueniat: ⁊ erũt ea que dicent̃ ammodo tanq̃ exemplar seu collectio predictoruꝫ: nec videt possibile ad particulares electiones descendere ita q̃ non tanganꝫ aliqua de premissis: ⁊ est superius dictum q̃ debemus aptare quasdã res que sunt in electionibus radicales quantuꝫ possibile videtur licet impossibile est omnes semp quando volumus aptare posse. Et ille sunt primuꝫ ⁊ eius dño quartũ fir ⁊ eius dñs: luna ⁊ dñs signi in quo ipsa tic fuerit: sol ⁊ dominꝰ signi in quo ipse fuerit: pars quoq; fortune ⁊ dñs domꝰ in qua ipsa in electione ceciderit: domꝰ quoq; significãs rem cui eligit ⁊ eius dñs ⁊ planeta qui nãtr significat rez illã: ⁊ dñs signi in quo ipse fuerit. Hec ista sunt aptãda sm̃ dicta sapientum in principio cuiuslibet electionis vt electio sit vndiq; secura: ⁊ istud sicut dixi tibi vix aut nũq̃ erit posse. Et ego iam pluries dixi: si nõ potes aptare quicqd vis apta illud qđ aptare potes'. ¶Et dixit haly q̃ nõ est ponẽdus aliqs ex significatoribꝰ quos debemꝰ debilitare in initio alicuiꝰ rei quaꝫ incipere volumꝰ ⁊ maxime si fuerit fortis in natiuitate si natiuitas illi cui eligis patet: vel qõne si q̃stio habeat: vel in reuolutione anni illius. Et forte q̃ oportebit nos aliq̃n debilitare aliquẽ dictis significatoribꝰ in aliqbus sicuti est debilitare lunam in exitu ad venãdum vel in inuestigatione latronis vel alteriꝰ fugitiui: ⁊ etiam planetam cui ipse iungit ⁊ fortificare illũ a quo ipsa separat. ¶Et continebunt in isto tractatu. 12. capitula iuxta numerum. 12. domoruꝫ quibus subalternabunt alia capitula: ⁊ nõ erit mirãdũ si nominabunt in eis aliqua de his que sunt superius nominata: quoniam sunt quedaꝫ vniuoca voce que sunt equiuoca significatione: ⁊ etiaꝫ aliq̃n ponit in vno loco pro aliquo significato ⁊ in alio ponit pro alio. Primuꝫ capitulum sup prima domo ⁊ eius significatis: secũduꝫ super secũda ⁊ eius significatis tertiũ super tertia ⁊ eius significatis: quartum super quarta ⁊ eius significatis: quintũ super quinta ⁊ eiꝰ significatis: sextũ sup sexta ⁊ eius significatis: septimũ sup septima ⁊ eiꝰ significatis: octauũ super octaua ⁊ eiꝰ significatis: nonũ sup nona ⁊ eiꝰ significatis: decimũ sup decima ⁊ eiꝰ significatis: vndecimũ sup vndecima ⁊ eiꝰ significatis duodecimũ sup duodecima ⁊ eius significatis.

¶De prima domo.

¶Capitulum primum de lactando pueros.

SI voluerit aliquis tradere puerū nutrici vt lactet eum: oportet vt cum nutrix incipit eū lactare primo sit luna iuncta veneri corporaliter: q̄ si non poterit hoc esse sit ei iuncta a trino vel sextili aspectu cum receptione de tauro. ſ. aut libra: z si fuerit venus descendens in excentrico vel epiciclo erit melius. ¶Et dixit haly q̄ oportet vt aptentur primi⁹ reo radicales: tu autem apta que aptare potes ex radicalib⁹: z si non potes aptare omnia radicalia apta tamen que p̄dixi venerem. ſ. z lunam.

¶Capitulum secundum in subtractione puerorum a lacte.

QUm volueris subtrahere pueri a lacte pone lunam longe a sole quantum plus poteris. ſ. a. 90. gradu vsq; ad. 167. ¶Et dixit haly q̄ visum est quibusdam vt non sit luna in aliqua domoꝝ veneris in opere isto: q̄ timebant q̄ mater pueri non subtraheret illum ab vberib⁹. Et dixit q̄dam cum separauerimus lactantem a nutrice si fuerit luna in marchasa que est duodecima mansio lune: z est in libra non curabit vlterius puer de lacte. Et q̄dam alij dixerūt q̄ luna z domin⁹ ascendentis sint in signis sementum. ſ. tauro virgine atq; capricorno quoniaz hoc significat q̄ puer affectabit comestionem sementū z herbaꝝ. Et si fuerit in leone affectabit comestionem carniuz. Et si fuerit in cancro vel scorpione vel piscib⁹ affectabit comestionem piscium. Et si fuerit in aliis signis comedet communiter ea que dabuntur sibi ad comedendum.

¶Capitulum tertium in abscisione vngulum manuum z pedum.

QUm volueris abscidere vngues manuū vel pedū sit luna in succedenti angulo: z si nō potest poni in succedenti ponat in angulo: cadēte eniz vitanda sunt. sitq; luna aucta lumine z nūero: nec sit in geminis z maxime si aspexerit aliqs malor eū mare. ſ. aut saturn⁹ a q̄rto aspectu vel ab oppositione. Nam si aspexerit eam saturnus timendū est ne renascāt: z si renati fuerit ne renascent tinios. Si autem aspexerit eam mars ab aliquo illoꝝ aspectuū timet ne incidat caro digitoꝝ vnde sequet incōmodū z dolor: z fone q̄ posset inuū augmentari dolor: ille q̄ resultabit inde apostema vel aliqd tale. ¶Et dixit haly q̄ non sit in geminis neq; in sagittario nec sit iūcta dominis eoruz: sed sit in ariete vel in tauro cancro leone libra sed pone extra viam combustam subaudi nec sit impedita in signis illis. ¶In incisione autem vngulum pedum cauendum est a geminis z a piscibus z a via combusta z ab impedimentis malorum.

¶Capitulum quartum in tonsione capillorum z rasura barbe.

QUm volueris tōdere capillos vel radere barbam sit luna in signis communib⁹ preterq̄ in geminis. Et dixit haly q̄ fuit quidaz qui non commendauit virginem nec damnauit libram nec arietem nec taurum nec capricornuz nec assignauit causam q̄re: ego autem non blasphemo arietem in tonsura capilloꝝ vel barbe: sed in rasura capitis z barbe sic. Et dixit q̄ cum luna z ascendens fuerint in signis sementum salui q̄ renascentur z crescant eius capilli z pili. Et dixit q̄ est cauendum ab impedimento saturni z martis tunc z hoc ne forte fiant fures in capillis.

¶Capm quintum in circūcisione puerorum.

QUibusdam visum est q̄ istud capm compendet sub sexta domo quoniam videbat eis q̄ esset quedam infirmitas: mihi aūt videt q̄ sit cōprehēdēdū sub prima domo: quoniaz est q̄n de primis accidentib⁹ corporis: fit enim in septimo die post natiuitatem vt multum in corpore natiuitatem sub quocūq; cōprehendat vio non existit in hora electionis eius. Unde cum volueris eligere alicui vt circūcidat aliquis puer pone lunam iūctam iouis a trino vel sextili aspectu vel a quarto sed cū receptione: z sit ipsa septentrionalis a venere: z caue ne saturnus aspiciat dominū primi aut lunam aut venerem a q̄rto aspectu vel ab oppositione vel etiam ipsum ascēdens: quoniam habet significare putrefactionem illius incisure: z sit domin⁹ signi in quo fuerit luna septentrionalis si fieri potest z luna vadens ad angulū z caue a marte ne sit in aliquo anguloꝝ: sed sit in cadenti: si non eum ponere in cadenti caue ne sit ascendens scorpio nec sit luna vel dns ascendentis in eo.

¶De secūda domo.

¶Capm primū de accomodatione vel acceptiōe.

IN significatis secunde dom⁹ non possum⁹ ita in principio descendere ad particularia quin aliq̄ que vident vniuersalia p̄mittant de his. ſ. q̄ pertinent ad substantiam vel lucruz vel quodlibet vnde lucrū expectat. Necesse q̄dem est nobis in hac re aptare dominuz secūde dom⁹ z planetam in cui⁹ domo ipse fuerit: est etiam aptandus iupiter semp in omni electiōe que spectat ad substantiam nāliter prout alias dictū est. ¶Et dixit Zahel si vis eligere horam in acceptione atq; accomodatione pecunie sit luna in leone preterq̄ in ei⁹ primo termino subaudi vel scorpione vel sagittario z nō sit luna in primo gradu alicui⁹ eoꝝ: nec sit in geminis nec sit ascendens primi⁹ termin⁹ alicui⁹ eoꝝ: q̄n ista significāt bonū accipientis z p̄ditū dantis: sit tamen luna in restitutione in aq̄rio seu piscib⁹ sitq; luna deficiēs lumine: sint z̄ iupiter z ven⁹ ascendētes ad longitudinez longiorē vel alter eoꝝ z aspiciāt ascēdēs aut lunā vel ei⁹ dom vel saltim aspiciat eos vn⁹ eoꝝ: nec sit aliqs eoꝝ impedit⁹ si fieri potest: ad min⁹ tū salua ex eis q̄ potes: z sit mercuri⁹ mūdus qui habet significare nūmos nāliter ab impedimentis maloꝝ z luna silr z specialr ab impedimentis martis: q̄n cū luna in tali re fuerit impedita a marte significat p̄tentionē z rixam z angustiam z negationem in recupatione vel restitutione pecunie seu comodati. Cū aūt impedita fuerit a saturno sigt inuolutionē z plōgationē z fatigationez z destructionē multā in ei⁹ recupatiōe vel restitutiōe.

¶Capm secundum de lucro q̄ semper remaneat penes illum cui eligis.

SI vero fuerit intentum eius cui eligis facere lucrum quod semper remaneat penes eū ita q̄ non tradat illud vlteri⁹ alteri sit ascendens hora electionis signū fixum z domin⁹ ascendentis z luna z domin⁹ secūdi in signis fixis liberi ab impedimentis z anguli nō sint remoti. Si vero fuerit electio ad lucrū rei que sit vendenda vel alio modo alienanda vel reiteranda sit ascēdens signū mobile vel cōmobile tū melius valet i hoc: sint q̄; dns ascēdētis z luna in signis mobilib⁹ vel cōib⁹: z sint liberi ab impedimētis z anguli sint remoti si fieri pōt: z in quolz istoruz casuū semp apta ex reb⁹ radicalibus q̄cūq; potes. Si vo fuerit itētio ei⁹ qui lucrat est seruare rem acquisitā vt cum voluerit vtatur apta primū z eius dominū

nem vel aspectū nisi forte eēt ibi receptio. ¶ Et si corrupta fuerit mulier pone lunā in signo cōi z sit ascēdēs aliqō ex signis pdictis in plurio z luna i eo. Et nō pone aliquē ma oz in ascēdēte nec aspiciat illud a ḡrto aspectu vel ab oppōne:tu vo si poteris seruare oia hec bonū est:sinaūt serua ea que potes ad minus salua lunā ponēdo eā liberā ab ipedimētis malozum ita qd nō sit eis iūcta. Et si nō potes facere qn iungat eis fac qd recipiāt eā a trino vel sextili aspectu de domo.s. vel exaltatione vel saltim de duab⁹ dignitatib⁹ minoꝛib⁹. Et si nō potes eam taliter aptare ad minus pone eā in tauro nō ipeditā vel i leone receptā a sole vt dictū est z maxime si fuerit motus viri. Si aūt fuerit mot⁹ mulieris pone eā in dictis signis vel in prima medietate scorpionis receptaz. Et si potes facere ita qd ponas in gradu.10. dom⁹ fortunaz figāt qd mulier pcipiet in pmo pcubitu si fuerit corrupta. Si aūt fuerit vgo pcipiet i eadē nocte. Tūc acculant aliqū mulieres qz pcipiūt in pma nocte cū sint iculpabiles:z vt multū accusant a mulierib⁹ que deberent eas defendere:nō.n.psiderant accusantes qd ita est pcubit⁹ illaz noctium.

¶ Capl'm.2.in societate atqz pticipatione cā vtilitatis atqz lucra pꝛahēda.

QUm voluerint aliq̄ pbere iter se societatē atqz pticipationē cā eoꝛ vtilitatis z vt lucrent ide z voluerit qd eligas eis horā aptā ad hoc. Apta ascēdēs z ei⁹ dōm lunā q̄qz ac dōm dom⁹ in qua ipa fuerit si fieri pōt vel saltz sit ascēdēs signū cōe z luna in signo cōi pter geminos sit ēt dōs signi in quo fuerit luna in signo cōi vel sit in leone:leo enim pp bonitatem solis z ipse sol hñt cgruere societati z pone eis ex quo est itentio lucrari illa de cā lunā mūdā ab oibus ipedimētis malozum z spāliter a pnctiōe vel oppōne vel eoꝛ.4.aspectu sitqz iūcta fortunis. Et si fuerit in vgine vel sagittario vel pisce cū receptione erit bonū. Si vo sine receptiōe nō laudat sagittari⁹ vel piscis:receptio.n.figit eoꝛ lucrū. Et si nō poteris eā ponere in signis pdictis pone ipsaz in tauro z cue a signis meridianis exceptis pdictis:z in illis sit cū receptiōe:z oib⁹ eis deteriꝛ iudicat libra pp viaz cōbustā existentē in ea:z aḡri⁹ iudicat malus in his: sitqz luna aucta lumine z numero:sitqz recepta a trino vel sextili aspectu hoc.n.figit qd eozuz sepatio erit bona z cū beniuolētia. Aspect⁹.n.ḡrt⁹ z oppō figūt litigiū z rixā in eoꝛ sepatiōe tu aūt si nō potes aptare oia hec apta tñ ea que potes:apta.n.post aptationem domini ascēdētis z lune secūdum quartuz vn decimū z eoꝛ dōos z ptē fortune lz nō fecerint ex eis mētionez sapiētes. Si nō potes aptare oia hec apta lunā z ptē fortune qm̄ est necessaria in hac re vel saltim apta lunam.

¶ Capl'm.3.in eligēdis horis exit⁹ ad bella seu ad expugnādum inimicos.

QUm volueris eligere horā alicui volēti ire ad bellū seu ad expugnādū inimicos apta ascendens z ei⁹ dōm scōm quoqz ac ei⁹ dōm z debilita septimū z ei⁹ dōm:octauū ēt ac ei⁹ dōm:z fac qd sit ascēdēs aliq̄ domoꝛ martis vel iouis siue saturni qbus oib⁹ fortiores sunt dom⁹ martis z scorpio fortior est ariete. Tūc si poteris ponere apte scorpionē ascendentez pone martē fortē z fortunatū. Et lz qdā videant dissentire ponere ipm in ascēdēte dū ipse fuerit dōs ascēdētis erit tū valde bonū si poteris ponere cū eo aliquā fortunā in ascēdēte:z aptabis iouē ponēdo ipm in scōo vel de primo vel.11.ad milites seu auxiliatoꝛes implētis:z debilita venerē dōaz septimi pro inimico:z mercuriū ad ei⁹ auxiliatoꝛes pone eos in primo vel in scōo vel pone ipsos retrogrados vel cōbustos vel cadētes ab angulis z ab aspectu amicitie 7.vel.8. Si vo fuerit ascendens aries sit mars sīr z dōs ascēdētis fortis z fortunat⁹. Et debilita venerez dōaz.7.vt dictū est. Si aūt nō poteris ponere aliquā ex domibus martis in ascendente pone aliquam ex domib⁹ alioꝛ iouis.s. aut saturni z pone illum cui⁹ dom⁹ fuerit ascēdēs fortunatuz z fortē ascēdēte.s. vel 10.vel.11.z fortifica dōm scōi ad auxiliatoꝛes ei⁹ ponēdo ipm sīr in ascēdēte vel.10.vel.11.vel in.12.fortunatum z fortē:z debilita.7.z ei⁹ dōm.8.quoqz ac dōm ei⁹ modis oib⁹ qbus potes:z i fortuna eos pro posse tuo z fac qd ille q i fortunat eos vel saltim vnū eoꝛ:z melius est qd ille a quo i fortunat dōs.7.sit dom⁹ ascēdētis vel saltez dōs.2.qm̄ erit bonū:z caue ne ponas martem in ascēdēte ex quo ipse nō fuerit dōs ascēdentis sed fac qd ipse aspiciat ascēdēs vel ei⁹ dōm a trino vel sextili aspectu quia erit bonum:nec sit ipedit⁹:z si fuerit ipedit⁹ pone ptra ipm fortunaz que phibet ipm ascēdētem. Et caue ne ponas vnqz dōm ascēdētis vel dōm secūdi impeditū nec ponas aliquē eoꝛ in.7.vel.8.qm̄ pessimū ēt:significat enim eos vincēdos:z caueas sīr a.4.z ne dōs ascēdentis iungat planete cadēti vel in suo casu existenti nisi forte ille cadēs recepit eū. Et si nō poteris ponere dōaz septimi in ascēdēte vel i scōo fac eū iūgi dōo ascēdētis z qd ipse vadat ad eū z dōs ascēdētis ad ipm:z sit cōiunctio eoꝛ talis qd dōs.7.nō recipiat dōm ascēdentis siue recipiat eum ipse siue nō. ¶ Et dixit haly pone martem aspicientē ascēdens aspectu trino postqz aptaueris eum z habuerit maximam dignitatez in eo:z melius est vt sit eius domus vel aspiciat dominū ascēdētis aspectu laudabili:sitqz domin⁹ septimi infortunat⁹ z debilis atqz cadens:z qd melius est sit ille qui cuz infortunat dōs ascēdētis si fieri pōt:sitqz dōs ascēdentis vadens ad angulum in aliqua suarum dignitatū eleuatus super dōm.7.z.10. Et etiaz bonū est vt sit dōs ascēdētis trāsiens sup dōm.7.siue ipse fuerit fortuna siue infortuna:z vt dōs ascēdētis sit sup terram:dōs quoqz.7.sit subterra. Nam si dōs ascendentis infortunauerit dōm.7.significat qd rex siue capitaneus inimicoꝛū capiet:sitqz dōs.10.aspiciens ascendens vel saltē ei⁹ dōm aspectu laudabili z habeat dignitatem in eo si fieri pōt. Et dixit nec sit aspiciēs.7.nec ei⁹ dōaz nec habeat in eo aliquā dignitatē:qd si fieri nō pōt habeat maioꝛez dignitatem in ascēdēte q̄z in.7. Et dixit qd eodē mō fit faciendū de luna qō de dōo ascēdentis. ¶ Et dixit çahel si feceris eos iūgi in angulis cadet iter eos bellū. Et dixit nō eas ad bellum nisi fit marꝛ dominus ascēdentis vel aspexerit dōm ascēdentis ex amicitia z sit fortunat⁹ in loco bono nō impeditus. Et dixit sit in signis oi recte ascēsionis z in aꝛz ascendētis vt sit auxiliū ergā eum qui vadit ad bellum: z pone partem fortune atqz eius dominum in ascēdente vel in secundo iunctum cum eoꝛ dominis vel saltim cuz aliquo ipsoꝛum z nūquam ponas eum in.7.vel.8.nec iunctuz dominis eoꝛum. Et dixit caue ne ponas ascendens vel eius dōm impeditos in iceptione belli illi.s. qui voluerit incipere bellum z serua duodenam lune quoniam necessaria est in re belli. ¶ Et dixit alchindi oportet vt princeps contra quem exeunt hostes nunqz incipiat preliari cuz eis donec luna fuerit fortunata:sed si exigit prelium cuz nō fuerit fortunata

¶Et dixit haly odiosumq; esse debet preliantibus bellum incipere in horis que dicunt cōbuste de qb⁹ feci tibi aptare stellas belli martē.s.z mercurīū lunā quoq; ac dīm dom⁹ el⁹:aspice igit in aptatiōe hoz: z nō negligas in hoc nec tradas obliuioni. Et dixit scito q; cū vtroq; exercit⁹ sapiēter pduxeris ad bellā sicut pdixi tibi adipiscet victoriā;ille qui ex eis nat⁹ fuerit nocte:z in cui⁹ natiuitate habuerit mars ptez: q: mars est dīs bellorū z illi cōmissa sunt bella. Et dixit fortassis q; pacificabunt vel dimittent bellū.s. cū bon⁹ fuerit exitus vtriusq; ad bellū.

¶De revolutione anni capitanei exercit⁹ ituenda.

ET si scirēt natiuitas regis siue capitanei exercitus opz aspicere ipsi⁹ revolutionē que si significaret el victoriaz de inimicis in illo anno pculdubio vinceret pars el⁹.Si aūt significaret ei ẓriū in anno illo eēt remouēdus z ali⁹ in el⁹ loco subrogādus.

¶Capl'm.4.de inventione horaz cōbustaz.

HOras aūt cōbustas sic poteris iuenire.Cōsidera horā ẓiūctionis solis z lune prime preteritam z el⁹ minutū z icipe ab illo minuto z numera vsq; ad.12.horas cōpletas qm̄ ille.12.hore sunt cōbuste in qbus est timēdū ꝑm q; dixit haly:qz si icepe rit tunc aliquis bella z maxime in primis.4.ex illis horis timet ei debellatio z perditio corporis z anime etiam si habuerius alias bonā electionez ad eritum ad beliandum;z in hoc decipiunt aliq̄ multi ignorātes vnde veniat eis illa deceptio:qz nō ꝓsiderant illas horas combustas.In reliquis vo.8.horis iminet periculum sed non ita vltimatuz:z post has 12.horas combustas sunt.72.hore incōbuste in quibus pūt hoies facere sua negotia:z post illas.72.horas icombustas sunt.12.combuste. Et post illas.12. combustas sunt.72.incombuste. Unde sic cōputando a minuto ẓiunctionis vsq; ad horaz in qua fueris z eius minutum poteris scire vtruz illa hora in qua incipere bellum volueris sit combusta vel incōbusta. Et si aduersarij inceperint in illis horis cōbustis preliari accidet eis;illud idem infortunium nec erūt contrarie illis ptra quos iceptū fuerit prelium. Sed propter aptationis impossibilitatem oiuz predictoz semp z qz nō possunt hoies aliquādo tātum expectare q; omnes eorum electiones vt dictū est deputent opz astrologum facere qđ pōt:cū non possit facere gcgd vult.¶Tu ergo fac qñ eligis ad predicta q; ponas ascendēs aliquā domorum alicui⁹ ex planetis superiorib⁹:qui si fuerint ita dispositi vel taliter apti q; sit pondā dom⁹ alicui⁹ eoz pro ascēdēte pone leonē ascēdens:z pone solē fortunatū fortem:z debilita saturnū put vnq; potes ponēdo cū.s.retrogradū aut cōbustuz aut in leone vel in cancro vel in ariete nec aspiciat domū suā nec planetā qui reddat lumē el⁹ ad eam:z debilita iouē significatorē adiutorum ptis aduersarioz z fortē fac mercurium significatorez adiutoz partis cui eligis. Et si potes aptare martem vt habeas eum ex pte tua bene qdem si nō fac ita q; inimici nō habeāt euz ex pte sua:nec sit i.7. nec in.8.nec aspiciat aliqđ eoz nec aliquē ex eorum dīis:z debilita semp.7.z.8.z eoz dīos. Idem itelligas de saturno z iouez semp sit tibi cure fortificare ascēdēs z.2.z eoz dīos:qñ vt tetak plūs multitudo nō pōt iterfici z sic ꝑtra multitudinē nō est victoria: vnde ꝑtra multitudinez debilis est electio nec sentit manifeste ipsius iuamentū:sit paro cui eligis equalis alteri vel paz minor eligas equalis vel paruz debiliori si fuerit minor sit pro quinta pte vel pro quarta vel pro tertia quoniam ab inde in antea supfluuz est:z dubiam reddis partem quam foues. Et caue ne ponas lunam ex parte inimicorum:z si fuerit significatrix.s.q; esset ascēdēs capricornus debilita eaz pro posse tuo z fortifica saturnum prout plus vnq; poteris vt obtineat pars tua. ¶Et visuz est qbusdā ex antiquis q; superiores retrogradi sunt fortiores inferioriby directis sed nō est simplr,ita:sed si fuerint superiores retrogradi prope stationē secūdam erūt fortiores inferioribus directis cū fuerint prope stationē primā.Si autem nō posses aptare pdicta put dixi tibi differas electionē tuā donec possis ea aptare.Si vo ille qui te ꝓsulit noluerit differre nō eligas e ne forte cadas in ignominiā ex nō tua culpa sed faciat vt sibi videbit pot:forsitan erit vt radix natiuitatis sue sit ita fortis q;obtineat:z possibile forsan erit q; accidet ei ẓrium quod videtur magis verisimile nec est mirum.

¶Capl'm qntum de vexillis seu magnis banderijs siue penonib⁹ dandis.

QUibusdam visuz est q; hoc capl'm esset prepo nendum precedēti eo q; datio vexillorum ,sit de reb⁹ preuijs ad prelium. Alijs videbat q; illud deberet ꝓcedere z istud sequi eo q; licet datio vexillorū sit aliqđ signum preuium ad preliandum non tamē inducit prelium:possunt nāq; homines portare vexilla z preliari:z portare illa z non preliari : preliari autem nō est nisi sit prelium:ego tñ nullaz facio vim in hoc.¶Datio vexilloz seu alioz signorum ad prelium est triplex:aut enim est datio seu ꝓfirmatio vexilli regis aut alterius magnatis infra regē aut ciuitatis seu alteri⁹ vniuersitatis:z si plures iueniant sub alternātur istis. Si.n.rex voluerit dare vel firmare propriū vexillaz oportet q; det ipsum de propria manu vel cōmittat alteri qui det illud eius nomine. Et differunt datio ad inuicem z cōfirmatio.Datio enim est quando nouiter dat vexilluz illi qui non consueuit illud habere.Confirmatio est quando cō firmat illi qui tunc habet illud vel cui iam datū est. Unde si voluerit aliquis q; eligas ei horam ad hoc aptam:apta decimuz z eius dīm z pone lunam in scorpione iunctā marti aspectu amicitie cū ẓiūctiōe siue aspectu alicui⁹ fortune:sitq; mars liber fortunatus.s.fortis nec impeditus. Et si nō potes lunaz ponere in scorpione pone ipsam in ariete: sed scorpio laudatur magis z sit circa finem lunaris mēsis si fieri potest:luna tamē semper sit salua. Et si posset esse scorpio decima domus cum luna esset in eo z sol in aquario in regione in qua esset tunc aquarius prima domus z saturnus saluus bonū forte:si autem esset capricornus prima dom⁹ non esset ita tutū. Si qdem fuerit vexillum alterius magnatis infra regem z fuerit ipse dominus belli erit bonuz vt sit luna in scorpione cum eligis ei propter fortitudinē martis in eo:sitq; ascendens scorpio vt dictuz est z sit ipsa libera iuncta marti aspectu laudabili.¶Si aūt fuerit vexillū alicui⁹ ciuitatis vel alicuius vniuersitatis vel magnatis qui nō sit dom⁹ belli.s.q; nō sit suuz bellum propriū sed gerit ipse vicem alterius sit luna in domibus iouis munda fortunata scilicet atq; fortis ab impedimētis libera:sitq; iupiter fortunat⁹ z fortis ab omni impedimento liber:nec sit luna tūc in cancro nec in domo alicui⁹ infortune z habet hoc locum quādo expectat determinate prelium ex datione illorum vexillorum licet forte postea sequatur prelium post dationē illaz quā ꝓsueuerūt aliquādo

facere ciuitates ⁊ alie psone predicte. Et si oia hec nō poterūt fieri ꝙliscūq; fuerit datio vexillo⁊ ponat luna in domib⁹ martis vt dictū est ⁊ semp fit salua ⁊ ab impedimētis libera: vel ponat in leone iūcta soli aspectu laudabili. Hoc idē itelligas de pdicto⁊ illo⁊ signo⁊ emptione atq; de ipso⁊ iscisione ꝛiūctione ⁊ aptatione. Idē itelligas de idumētis ptinētib⁹ ad bellū cū luna fuerit in leone gb⁹ hoies vtunt solum illa de cā ⁊ nō alia lz factio vel tractatio alicui⁹ eoꝝ indumēto⁊ nouo⁊ cōis vsus phibeat a sapiētibus tūc. At si oia hec aptare non poteris apta ea que potes ex ipsis: apta saltim luna ⁊ dnm ascendētis. Et si potes dare ascēdēti ptez fortune bonū erit pro ptelius cui eligis: ⁊ debilitabis septimū ⁊ eius dnm in quātū poteris ⁊ planetā cui iūgit luna si potes ⁊ fortifica filiū a quo separat ipsa si facere potes: nec deo vnq; ptē fortūe aduersario si poteris eā sibi auferre.

¶ Caplm sextū de armis vel ego bellicosis vel alijs instrūtis ad bella ptinētibus emendis.

SIcut videt aliq⁹ datio vexillo⁊ debeat precedere exitū ad bella: ita videt eis ꝙ emptio armo⁊ dz pcedere vexillo⁊ dationē: sed qm̄ preliari est potissima pa belli seu guerre visum est alijs illa duo debere pcedere ⁊ istud tertium subseq; vñ si volueris horā ad hoc aptā alicui volenti emere arma tam ad emēdū arma defensoria q̄ offensoria: defensoria dico vt sunt lorice scuta galee atq; filia vel equos solū illa intentione atq; de cā vt plient cū illis: vel volenti facere fieri arma pdicta vel depingi vl alio mō aptari: aptabis ascēdēs ⁊ ei⁹ dnm: lunam quoq; ac dnm dom⁹ in qua ipsa fuerit: ⁊ pone martē libe⁊ in aliq̄ dignitatu⁊ suā⁊ lunaq; iūgat ei aspectu mictie: nec sit luna tūc aucta lumine sed in defectu sui luminis in vltima dicotomitate vel ppe ipsam dūmodo nō sit sub radijs nec vadēs ad cōbustionē. Et si nō poteris facē ꝙ augmētet luna lumie, phibe ipa⁊ ab aspectu martis atq; ab ipsi⁹ ꝛiūctione corporali: sitq; aliter ab ipedimētis libera. Et si non potes aptare oia hec saltim apta martē vt dictū est: ⁊ pone ipm libe⁊ fortunatū. ſ. atq; fortem.

¶ De emptione equo⁊.

IN emptione tñ eq potes ponere signū cōmune ascēdens ⁊ luna sit in tauro vel leone: sitq; planeta cui iungit direct⁹ ascēdēs: hoc. n. significat ꝙ equ⁹ addet in corpore ⁊ pcio. Si aūt fuerit retrogradus ascēdens minuet in corpe lz forte addat in pcio. Si aūt fuerit direct⁹ descēdēs minuet in pcio lz forte augeatur in corpore. At si fuerit retrogradus descendens minuet vtrūq;. Idem intelligas de alijs equis omnibus.

¶ Caplm septimū de recōsiliatione inimicātiu⁊ vel qui vicissim fecerūt bellum.

EXequo in precedētib⁹ caplis facta est mētio de bello ⁊ de his que spectāt ad bellū vtiu⁊ dño haly ꝙ sequat sermo de ꝛcordia vel inimicantium recōsiliatione imediate post ea que dicta sunt de bello ⁊ inimico⁊ pugnatiōe. Tūn si volueris eligere horā alicui volēti recōsiliari suis inimicis ad hoc aptā: aptabis ascēdēs ⁊ ei⁹ dnm: eū pone fortunatū ⁊ fortem: lunā quoq; si poteris ⁊ dnm dom⁹ in qua ipsa fuerit ⁊ debilita septimū ⁊ ei⁹ dnz: pone ipm tñ fortunā lz debilites eū ⁊ fac ꝙ iūgat dño ascēdētis a trino vel sextili aspectu vel saltiz ab eodē aspectu aspiciat ascēdens. ¶ Et dixit haly sitq; dñs duodecime debilis ⁊ cadēs. Et dixit si fuerit ipsa dom⁹. 12. ipedita erit bonū ⁊ sit agēdū de. 12. ⁊ ei⁹ dño sicut de septima ⁊ ei⁹ dño: ⁊ ꝙ sit aptādus dñs vndecime ⁊ eius dñs. Et dixit sit dñs ascēdētis in medio celi vel iens ad illud ⁊ sit q̄ fortior eē pōt: silr ⁊ planeta in cuius domo ipse fuerit ⁊ in q̄ melior fortitudine atq; fortuna esse pōt. Si vo dns. 12. sit de illis planetis qui amicant dño ascēdētis erit melius. Et dixit si fuerit gradus ascēdētis ⁊ gradus. 12. vni⁹ fortitudinis erit hoc meli⁹ q̄ eē possit in aptatione domo⁊. Et dixit si ille g facit pacē fuerit rex ꝙ sint aptāda illa que cōmemorata sunt in exordio hui⁹ capli: sitq; dñs ascēdētis trāsiens sup dñm. 12. ꝙ si signa a gb⁹ accipiuntur significatore fuerint fixa vel directe ascēdēta erit melius. Si vo fuerit ꝛcordia p man⁹ legato⁊ aut p cartas erit aptādus mercuri⁹. Si aūt fuerit p act⁹ ⁊ verba de pūti erūt aptādi iupiter ⁊ dñs ascēdētis in signis directe ascēsionis dñs quoq; septimi ⁊. 12. in signis tortuose ascēsionis. ¶ Et dixit atabari si fuerit intētio illi⁹ cui eligis decipe aduersariū callide icedēdo in ipm sit luna in Ariete vel tauro aut geminis vel scorpione vel sagittario vel capricorno seu pisce⁊: sitq; luna iūcta vni ex fortunis vel sit aliq̄ illa⁊ in ascēdēte: nec sit dñs ascēdētis cadēs ab angulo sed aspiciat ascēdēs aspectu amicitie ⁊ sit in aspectu fortune: ⁊ opz vt sit dñs duodecimi debilis.

¶ Caplm octauū de eligēda hora ad expellendū seu ejciendū fantasma vel aliquē malignū spūm qui a gbusdā appellat dyabolus impedientē vel infestantem de aliquo loco vel domo vel ab aliq̄ psona vel dirimere oraculum ydoloꝝ vel similia.

ET si voluerit aliquis ejcere seu expellere fantasma seu aliquez spiritū nocibilē de aliquo loco seu domo qui a quibusdaz dicit dyabolus vel aliquā rem nocibilē aut terribilē siue infestantez habitatores illius loci: aut fuerit in aliqua psona vexatio aliq̄ que dr demoniaca: volueris⁊ exhibere aliquam medicinā vel facere aliquod exorcismuz vel filia: ⁊ volueris ꝙ eligas ei horam ad hoc aptā: apta ascēdēs ⁊ ei⁹ dnm: ⁊ caue ne sit ascēdēs cancer vel leo vel scorpio seu aquarius: nec sit luna in aliquo illo⁊ signoꝝ sit ascēdēs qōcūq; volueris ⁊ dñs ei⁹ liber ⁊ sit luna in quocūq; eoꝝ iūcta alicui fortune: nec sit impedita. In destructione autem domo⁊ in gb⁹ coluntur ydola vel in quibus sit aliqua oratio que non sit diuina sufficit tibi debilitare atq; infortunare venerem.

¶ Caplm nonū in emptione gliaꝝ oium rez tā mobiliū q̄ imobiliū sub quo pōt cōprehēdi caplm predictū de emptione aialium.

QUm volueris eligere alicui horã ad introitum balneox vel vnctionez annone qõ est qdam vnguẽtum pilos extirpãs qõ ab aliquib⁹ dicit philotrum z qdam alij vocant illud feonapiloe:pone lunam in ariete vel scorpione iunctaz ioui aut soli seu veneri p aspectũ trinũ aut sextile aut quadratũ sz nõ p ꝑiunctionẽ corporalẽ:nec ẽt ponas eã iũctaz alicui p corpus:nec sit in aspectu saturni:que si non fuerit in illis signis sit in cancro vel leone. Cauendũ est tñ ne ipsa sit in tauro vel geminis vel virgine seu libra vel capricorno aut aquario. Si vo nõ vnxerit se ille qui balneũ itrat aut stupha cũ annona sit in quocũq; signo vult:nec blasphemak ẽt in vsu balneox vel vnctione annone si luna fuerit sub radijs solis. ¶Et dixit cahel in vnctione annone lunã nõ esse ponẽdam in signis pilosis que sunt aries taur⁹ leo virgo pa sagittarij z capricornus.

¶Capm.13.in emptione captiuox seruox z filiuz.

SI voluerit aliqs emere captiuũ seu seruũ seu sclauũ prout in aliqbus locis fieri consuevit z voluerit q eligas ei horaz ad hoc aptam aptabis ei ascẽdens z dñm eius nec nõ z lunã ponesq; ipsaz in signis fixis preterq; in scorpione directe ascensionis vel domesticis:quoniam hec significabũt q seruus siue aliud emptus erit patiens atq; sustinẽs z honorans dñm suũ:z apta sextam z ei⁹ dñm z fac eũ iungi dño ascẽdentis trino vel sextili aspectu si poteris cũ receptione vel cũ luna siue cũ dño domus in qua ipsa fuerit:z si poteris eum facere ꝑiungi cum oib⁹ predictis vel cũ duob⁹ ex eis erit melius q; cũ vno solo. Laudãt nãq; sapientes vt sit luna in vltima medietate sagittarij. Et laudant fili vt sit luna z ascẽdẽs in signis formatis ad imaginem hominis vel etiã in alijs sed nõ sine ꝑfectione fortunaruz exceptis ariete leone scorpione capricorno atq; pisce. Et caue ne dominus ascẽdẽtis vel luna vel domin⁹ sexte dom⁹ sit in aliquo predictox signox que ꝓhibita sunt. Nã aries significat q seru⁹ siue empt⁹ ille sit negligẽs:z q nõ curabit de vtilitate dñi sui sz gaudebit de ipsi⁹ dãno. Leo figit q seru⁹ siue empt⁹ erit superbus z ingluuiosus z latro z cupidus z suar⁹ sed nõ in vtilitatẽ domini sui. Scorpio significat eũ iracũdũ z malefactorẽ z accusatorẽ. Capricorn⁹ figit eũ destructorẽ z dãnificatorẽ dñi sui. Pisces figit seruũ seu emptũ ipetuosum z q puniabit ꝓtra dñm suũ z cogitabit ꝑdere ipm:z q detrahet illi modis oib⁹ gb⁹ poterit dicetq; malum de ipso nec erũt illi seruut obedientes dñis suis. Et si fuerit aliqs malox in.6. vel alibi subterra ita q aspiciat sextã figit q ille empt⁹ siue seruus sit infidelis z maliuolus. Si vo fuerit dñs.6.in sagittario figit q nõ sit seruus ille qui vendit nec seruilis ꝓditionis sed liber.

¶Capm.14.in liberatiõe icarceratox vel captiuorũ seu manumissione seruox.

QUm fuerit itentio tua eligere horam in liberatione captiuox seu icarceratiõe vel manumissione seruox apta ascẽdens z ei⁹ dñm z lunam: qm̃ ascẽdens z ei⁹ dños z planeta a quo sepat luna significat illã q liberat vl manumittit. 7. vo z ei⁹ dños z planeta cui iũgit luna figit illuz q liberat vel manumittit. 10. aũt z ei⁹ dños figit illum qui facit liberationem vel manumissionẽ fieri vel p cui⁹ itromissionez illa fiũt. 4. quoq; significat ad qd deueniet quilibet eox ex liberatione vel manumissione illa. Considerabis enim tũc lunaz virũ sit fortunata vel infortunata. Si enim fuerit fortunata vide in qua domo ipsa sit:qm̃ si fuerit in ꝑmo figit bonũ pro manumittente ex illa liberatione. Si aũt fuerit in.10. erit bonũ pro interponẽte se vt fiat. Si qdem fuerit in.7. erit bonũ pro liberato seu manumisso. Si vo fuerit in.4. erit finis rei bon⁹ pro vnoquoq; illox. Sed si fuerit infortunata z fuerit in ꝑmo significat q erit male manumittẽti. Si vo in.10. fuerit figit q erit male illi qui manumitti vel liberari fecit. Si aũt in.7. fuerit figit q male erit liberato siue manumisso:figit enim reuersionẽ ei⁹ in carcerẽ siue seruitutẽ. Si qdez fuerit in.4. figit q male erit oibus supradictis ex illa liberatione vel manumissione. ¶Et dixit cahel sit luna aucta lumine z numero tacta fortunis:z sit illa fortuna cui ipsa iungit orientalis aucta sit. Si sic fuerit significat q accidet ei bonum z erit san⁹. In defectione vo lumẽnis significat q accident ei mala z dolores vnde cessabit sic esse donec moriat. Et dixit q in augmento numeri figit inentionẽ sbe. Et dixit sit sol z.10. mũdi a malis: qm̃ si fuerint ipediti inueniet ille q liberat z manumittit aliqõ impedimẽtũ. Et dixit caue ne luna sit in.12. ꝑm dorotheũ. Et dixit sit hora liberationis cũ luminaria aspexerint se a trino vel sextili aspectu vt sit dilectio iter seruũ z dñm z inueniat vn⁹ ab altero bonũ:nam quartus aspect⁹ medius est:oppositus vo significat q si luna fuerit ipedita meli⁹ erat seruit⁹ seruo q̃ libertas pone ergo lunam in signis fixis vt dictũ est supra subaudi.

¶Capm.15.in emptione aialiuz tam eox que equitant q̃ aliorum.

QUm volueris eligere horã alicui volẽti emere aliquod aial sit ascẽdẽs, z luna in signo significante illud animal vel qõ sit magis ꝓpinquum illi speciei:sitq; fortunata luna per aliquem planetarũ: z si poterit fieri q fortunet eam domin⁹ illius signi erit melius z quãdo nõ esset recepta dũmodo ẽt in aspectu laudabili alicuius fortune non impedite tñ erit bonum:z si fuerit recepta nõ refert vtrum fortuna sit vel infortuna ille qui recipit eam:nec etiaz tũc in aliquo timendum. Unde si fuerit bos vel equus vel aliud animal magnum siue sit egtabile siue non

cibum in naturam corporis nutriendo illud: vnde non impedit pp illam causaz: non interest enim nature impedire semetipsaz: z et qñ natura est primū generatiōis z corruptiōis augmēti z diminutionis corpoz caducoz mouente planeta designatore z cuz fit in intentione nature seruare nō impedit illud.

¶Capitulum quartum de generando seu cōcipiendo filium vel filiam.

DIxit çahel cum volueris eligere horam conīū gēdi cum vxore tua vt generes filium masculū sit ascendēs z dñs eius z luna dñs domus filiorū in signis masculinis aut in parte circuli masculina que est pars dextera hora piunctiōis: z nō ponas in ascēdente in eadē hora nec in signo filioz: nisi planetam masculinū. Et si vis vt sit femina sint isti significatores in signis femininis z in parte circuli feminina que est sinistra. Et si hoc non poteris facere z diuersi fuerint isti significatores. s. vt qdam eoz sint in signis masculinis: z qdam eoz in signis femininis: participetur dñs horē cum planeta q recepit dispositionez lune z iudica ab eis q fuerint plurium testimonioz in signis masculinis vel femininis z erit conceptus sm hoc. ¶Haly vo fecit ex hoc lōgiorem sermonē ḋs çahel dixit enim oz vt in electione hac fit ascendēs signum masculinū z directe ascensiōis: anguli sint fixi z nō remoti: dñs ascendētis in ascēdēte vel in medio celi aut in vndecimo sitq planeta q prius venerit ad gradū ascēdentem per motum suū fortuna. Et dixit notū est p ea que p̄missa sunt necessarjo vtraq luminaria esse aptāda in his filiabus z maxime dñm tpis aptare valde necesse est: infortuna et aliqua nō sit in aliquo angulo sed fortuna libera z fortis. Et dixit oz quoq vt diuertamus nos ad dñm ascēntis z p̄cauea mus vt sit planeta dñs ascēntis qui impediat in mēse nono: partus enim in illo sepe fieri videmus. Idē et z si possibile fuerit precauere in septimo z in decimo mēse laudabile est: solet enim in illis ptus qñq fieri: z oz esse in his locis dñs ascendētis fortunatus z fortis z luminaria et. Et precauendum est ne dñs sexti vel octaui si infortuna fuerit cōmisceat cum aliquo significatore aliquo modo. Et vniuersaliter vitanda sunt oia que in libris natiuitatū dicunt illa laudabiliora z aspicieda sunt que in eis approbant cū radicibus electiōis. ¶Et dixit alchaiat optimuz qđ esse diximus vt sit luna in ascendēte in trino aspectu solis. Dixit etiam caue a via combusta z aptemus venerem si enim impedita fuerit venus corrupitur aliara hoc est mulier vel matrix: si vo luna corrumpitur semen. Apta quoq domū quintaz z eius dñm. Quidam et hoc approbant esse in horis imparib⁹: hoc est in prima. s. tertia vel qnta vel similibus. Qđ si acciderit vt sit ascendēs z luna in libra qđ est signū rōnale erit bonū si tū liber fuerit z eius dñs: tunc. n. in medio celi erit cancer qđ est signum multoz filiorū: sintq relig significatores in signis masculinis impregnabit enim z cōcipiet masculū: z adhibeamus operā nostrā in rebus que ptinent illi id est iudicabimus ne sit aliara vel matrix eius tota vel in aliquo infirma ad phificā: significatores etenim circulares p ficiūt sm q eas recipe possunt ipse subiecte materie: hic est sermo Haly sup generatiōe z corruptione: sed q m difficillimū esset oia sic precise aptare atq pbatū dicta put ipi protulerūt oia seruare vt mihi hoc. s. q aptes ascendēs lunam z eius dñm in cōiunctione viri cū muliere: z ponas louem in gradu decime domus si facere potes: qm hoc significat q mulier concipiet in primo coitu quez tunc fecerit. nisi forte esset virgo que nō posset concipe in primo cōcubitu pōt tñ cōcipere in scōo: z si nō posses eum ponere in gradu decime domus pone eū in decima vel in vndecima in tali gradu q aspiciat ascendens gradu p gradum: vel pone ipm in qnta: ita q aspiciat ascendens vel lunā vel oñs quinte laudabili aspectu: vel pone dñm prime z lunam in qnta: vel alterū eoz: ita q sit duob⁹ gradibus supra lineaz quinte domus vel ad plus tribus vel. 15. gradibus sub ea ad plus. Ista. n. significāt q mulier cōcipiet tunc. ¶Dator pars significatoz si fuerit masculina vel in locis masculinis significat masculinitatē z in femininis femininitatē. Et si fuerit totidē significatores masculini quot femini pūt alteq duoz significare: vz aut vnū vel plures masculos z totidem feminas vel hermofroditum.

¶Caplm quintū de educendo abortiuos muliere.

SIcut multotiens euenire cōsueuit si fuerit cōceptus mortuus in vtero materno z volueris eligere horam ad educenduz eum siue p modum clysterie siue per modū farmacie siue per modū inductricum vel per quēcunq modum fuerit fit ascendēs signum femininū directe ascensionis z luna sit fir fit et deficiens lumine si fieri pōt: z sit vltra lineam decime domus sex gradibus vel plus descendēs versus domum septimā: sit et aliqua fortuna aspiciens lunā a trino vel sextili aspectu vel quadrato siue recipiatur luna siue nō. Et si aspexerit eam tunc mars a dictis aspectibus cū receptione erit bonuz: si aūt sine receptione non erit malū dūmodo luna sit in signo femininō z sit ascendēs signū femininū directe ascēsionis vt dictū est. Et cauendū est ne sit ascendens signū tortuosum vel oñs ascēdētis aut luna sit in aliquo eoz.

¶Capitulum sextum de tradendo filiū disciplinis.

IStud capitulū videt debere contineri sub domo magisterij: sed qr nō facit mentionē nisi de disciplina filij magis est ponendū sub domo quinta que significat filios. Unde cum volueris eligere horā alicui volenti tradere filiū suum alicui discipline vel alicui doctrine vel ad aliqđ documentuz siue magisterium addiscendū siue sit numerus siue mensura siue cantilena siue astronomia siue ḳlibet aro fabilis sit ascendēs aliqua domoz mercurij quaz melior est gemini: sit luna libera ab impedimētis iuncta mercurio trino vel sextili aspectu: sitq mercurius saluus z liber ab impedimētis sitq orientalis ascendens directus fortunatus z fortis: dñs vero domus in qua fuerit mercurius liber z saluus: sit et luna aucta lumine z numero: qr significat hoc velocitatem addiscendi: z si est tarda vel deficiens significaret tarditatē addiscendi. ¶Et dixit çahel sint oñs domoz aspicientes eos: q si hec oia facere negueris apta lunam posse tuo z apta mercuriuz ita q nō sit retrogradus nec sub radijs solis nec in statiōe prima z sit occidentalis a sole vel et orientalis dūmodo sit directus.

¶Capitulum. 7. in enchenijs dādis vel accipiēdis.

IN re ista. s. enchenijs cōsiderauit duo datio videlicet z acceptio sicuti homines accipiunt enchenia: sic z aliqñ dant illa: z totum hoc dr enchenium sicut dr ille q suscipit hospes z ille q suscipit similiter dr hospes. Unde cum voluerit aliquis accipere ab aliquo enchenīū tunc aptandum est primuz z eius dominus z luna z dñs signi in quo ipsa fuerit aptandum est etiam scōm z eius dñs vt enchenium vertatur in vtilitatem accipientis: aptanda est etiaz pars fortune z eius dñs vt amplificetur illa vtilitas.

quantū poteris: z pone eam tardā cursu: z fac q̄ dominus primi vel dñs sexti fit ille q̄ infortunet dñm septimi vel lunā: melius tñ est ibi si non potes facere q̄ dñs primi vel sexti infortunet eos: fac q̄ infortunet eos mare z ipse fortis z fortunatus z habet ēt locum mare in oi venatione terre tam plane q̄z mōtuose: z fac eos iungi simul si potes: cōiunctio. n. dñi septimi cum dño primi significat eius adeptionē cum labore venantis z insecutione. Si aūt iungat dñs septimi dño primi significat adeptionē venationis cū leuitate atq; pauca fatigatione: z eo fortius si iungat ei luna. ¶ In venatione aūt aque seu piscatione si fuerit venatio cū hamo apta ascendēs z eius dñm z pone ascendens signum cōe vel aquaticum: sitq; dñs septimi z luna infortunati z debiles z infortunet eos dominus primi vel sexti vel saturnus vel mars: lz mars prohibeat a venatione aque: tū in venatione aque si fue piscatione hami vel floxme pōt quis vti eo ppter vulnerationē que sequit ex hamo z floxma. Si autē fuerit piscatio seu venatio in mari sit ascendēs signū cōe: sed non igneum: dñs aūt eius in signo aquatico sitq; luna iuncta cum dño domus in qua ipsa fuerit dūmodo sit alter infortunata z debilis p modū predictum. Si vo fuerit venatio in aliis agis extra mare siue sit in flumine seu riuo vel lacu seu valle z fuerit cum instro occulte in agis posito sit dñs ascendentis fortis z iunctus cū mercurio: z dñs septimi z luna debiles vt dictū est in aliis. Et in oibus z singulis supradictis semp intelligas ascendens z sextū z eox dños esse ponendos fortunatos z fortes: z si posses aptare quartū z eius dñm esset bonū: z septimum z eius dñm z lunam infortunatos z debiles. Et lz luna ponat ex parte venatōis: tū venator semp habet aliqd facere cum ea: vñ non est vnq̄z ponēda vacua curiu significaret. n. tunc laborem venatōis esse frustratorium z inanem z occultationez venationis ab oculis eius. Cauendū est ēt ne ipsa cadens sit an angulo: q̄m significaret amissionē venationis post adeptionem: similiter z dñs septimi: melius tñ est q̄ dominus ascendētis infortunet lunā q̄z dñs sexti: quoniam lz luna nō significet venationem tñ semper habet aliqd facere cum venatione. Tñ si dñs sexti infortunauerit lunam posset forte casualiter euenire q̄ canis vel aulos cū qua venat aut aliq̄s ex venalibus lederet venatorez. Et semp tibi cure aptare dñm hore in hora exitus ad venationez z ad oia itinera. Et est tibi considerandū in infortunatione lune q̄ infortunet eaz dñs primi vel dñs sexti vel dñs scōi vel vndecimi vel dñs partis fortune. Et si infortunauerit eam dñs quarti poterit sustineri: ab aliis nō infortunetur sed debilitet quocūq; alio modo pōt debilitare hoc oīo ad saluationē venatoris: q̄m hēt semp aliquid facere cū ea vt dixi: debilitatio eius semper habet facere p venatore: infortunatio vo non semper: nisi infortunet a p̄dictis significatorib⁹ vel ab aliquo ipsox: infortunatio tñ dñi septimi semp facit pro venatore z est in eius vtilitatē atq; fauorez. Et caue ne infortunet eam dñs octaui vel septimi vel duodecimi: de dño tertii vel quinti vel noni vel decimi non cures amissionē venationis post adeptionē similiter z dñs septimi. Et caue a marte in venatiōe aque: q̄m ipse est malus sicut saturnus in venatiōe terre saturnus enim si impediat lunā in piscatiōe vel fuerit ei iūcta ex aspectu inimicitie tñ valet ac si impediret eam dñs primi vel sexti z augebit venationē seu piscationem. Similiter in cōpositione instrumentorū piscationis dūmodo mare non aspiciat tunc eā. Et apta partem fortune in oi piscatione seu venatione ponendo eam in primo vel sexto vel quarto vel iuncta dñs eox: sīr z partem venationis que accipit a capite draconis in saturnū z proijcit ab ascendēte. Et apta etiam dñm hore in oi venatione z in oi preparatione instrumentox venabilium. ¶ Si aūt nō poteris aptare oia predicta per modum quem dixi: q̄m vī quasi q̄dā impossibile: apta ascēdēs z sextū z eox dños z domum venationis que est septima: sitq; signū de natura venatiōis quam intēdit venari exiens venatum: vt si fuerit eius intētio venari quadrupedia sit domus venatiōis signū terreuz si fuerit eius intentio venari aues sit signum aereū. Et si fuerit eius intentio piscari vel venari quadrupedia naturaliter degētia in aquis: vt beueri ludrie z similia: quibuscūq; aquis fuerit sit signum aquaticū: z si fieri potest sit dñs septimi similiter in signis cōgruentibus venatiōi: sitq; ipse debilis z infortunatus: z luna sit p modum predictū nec sit in angulis: cadentia tñ peiora sunt q̄z anguli: sed sint in succedētibus angulorum q̄bus est vtilius scōm deinde quintū: z vndecimum est infra quintū: z octauū infra vndecimū dñs vo primi sit fortunatus, z fortis z ipse sit vel dominus sexti vel mars in terra vel saturnus in aqua infortunātes dñm septimi: z planeta a quo separat luna si fieri pōt: sit aspiciens illum cui ipsa iungit: z aptetur sol: q̄m ipse hz vim in venatione: pone ēt dñm septimi in primo vel scōo vel sexto vel pone ipm retrogradum vel stationariuz in statione sua prima: z fac q̄ ipse nō sit in septimo nec aspiciat illud aspectu amicitie: sit ēt dñs septimi minuens numer z aspiciat dñz primi. Et si fuerit venatio in mari vel in aliis q̄buscunq; sit ascendens signum cōe quibus oibus melius est pisces. Et dixit alchaiat sit dñs septimi in sequenti angulū nec sit cadens: q̄m significaret fugā venationis a manib⁹ venatoris. Et dixit q̄ si dñs septimi nō asperserit dñm primi timendū est: vt nō capiamus venationem: z ille cui iungit luna sit cadēs vel in casu suo z dñs primi eleuatus sup eum. Nō si nō potes aptare oia hec apta ascendēs z sextū z eorum dños z fac eos fortunatos z fortes: z debilita lunam z dñm septimi pro posse suo: z pone partē fortune in primo vel sexto vel cum eox dñis: z partē venationis similiter si potes: z apta dñm hore: z si iterz ista nō potes facere apta dñm primi ad custodiā cor poris z sextū ad aialia z instrumēta venationis. Nō si iteruz non posses aptare ista: q̄m non pōt aliq̄s mīs expectare z venationes vt multū fiunt de die z pauce de nocte: nisi fortes venationes aquax z laqueorū ad quadrupedia ledētia z filia: ad minus apta dñm hore z debilita volenti exire venatū lunam vt dictū est z valebit lz non tñ quantuz voluerit venator.

¶ Capitulum. 13. in electione ludorū cū taxillis vel qui fiunt alio modo causa lucrandi.

QUm aliquis voluerit exire ad ludū taxillorum vel ad aliū ludum erquo fuerit intentio eius lucrari visum est quibusdā sapientibus antiquorū q̄ sit ascendēs signū mobile z q̄ signa fixa nō sint vtilia. ¶ Et dixit haly q̄ patet p eorum verba q̄ signa cōia sint intervtriq; hoc est nec multū vtilia nec multum inutilia: vt si fuerint ascendēs signum cōe z fuerit eius dñs boni esse significat bonum. Si aūt fuerit mali esse significat malū: z oportet q̄ dñs ascendētis sit bene dispositus z boni esse: dñs vero septimi sit debilis z impeditus: z si pōt fieri sit dñs octaui in scōo

vel in primo receptus a dño scōi vel primi nec recipi at ipse dñm scōi z maxime cum accesserit ad ludū: vt ludere incipiat: sit ēt luna separans se a fortuna libe ra iungēs se alteri fortune z sit sup terram z in pec⁹ illius q ludere intēdit sitq; fortunata z fortis. Si aūt fuerit infortunata timendū est ne ꝓtrarietur illi qui tenuerit pectus cōtra ipsam: sitq; ex parte orientis si requirat alium vt ludat. Si vero fuerit ipse requisi tus sit in pectus eius ex parte occidentis: z cuicunq; tu eligis vt ludat cā lucrandi semp sit facies eius z pe ctus versus lunam. Et si hec oia non poterunt fieri fit saltim ascendens signū mobile cum egreditur ad hoc vt ludat z luna in pectus eius cū ludit. Et iterū omnia ista si non poterunt fieri sit facies z pectus lu dentis versus lunam z valebit.

¶Capitulum decimum quartuz qualiter possit ali quid perāpi de eo quod dicitur vel tractat inter ali quos secrete loquentes.

SI videris aliquos semotim inter se secrete lo quentes z suspicatus fueris de eorū cōsilio ne forte sit tibi vel alij nociuum z volueris inde aliqd percipere considera primū z septimum z eoz dños qm primū z eius dño z planeta a quo sapak luna sūt illius q primo incepit log sup facto de quo tractant. Septimū vo z ei⁹ dñs z planeta cui iūgit luna sunt illius cui iceptū est log: z ille ex eis qui tenuerit faciē suam versus meridiem erit incipiens: z ille q tenue rit faciem suam versus orientem aut versus septen trionem erit alter. decimum z eius dño habent signi ficare illū vel illos qui discurrūt inter eos vel inter alios ad quos illud qō tunc aptatur magis spectat.

¶Et si fuerit litigiū vel cōtentio inter eos seu bellū illud sup quo tractat decimum z eius dño significa bunt victoriam z erit victor ille quez magis aspexe rit dños decimi: quartū equidem z eius dño z plane ta in cuius domo fuerit luna significabunt finem in quem tractant: sed planeta in cuius domo fuerit lu na erit fortior in significatione q̄z dño quarte dom⁹. Unde aspice tunc oīm decimi: z vide qualiter se ha beat cuz significatoribus cum dño. s. primi vel septi mi: quoniaz si fuerit fauorabilior dño primi q̄z dño septimi ille qui inceperit obtinebit. Si aūt fuerit fa uorabilior dño septimi q̄z dño primi ille contra quē inceptū fuerit obtinebit quos significatores principes ex predictis. ꝑpost hec aspicies si dños primi fuerit ex planetis veridicis ille qui incepit rē vel pro quo ali quis incepit eam vtitur veritate atq; legalitate. Si vero fuerit ex falsidicis vtitur mendacio z falsitate si militer z de dño septimi dicendū est. Si aūt dño de cimi fuerit de planetis veridicis vtetur veritate atq; legalitate discurrens seu negocium tractans illi cui fuerit fauorabilis: z ecōtra si fuerit de falsidicis. Et si dño quarte domus aut planeta cui iungit luna fue rit de veridicis illud quod tractat finiet cum verita te atq; legalitate: z si fuerit de falsidicis finiet cū men dacio z fraude atq; falsitate. Unde similiter planetā q significauerit cōplemētum rei cui iungit post ipsius perfectionē. Nam si fuerit iunctus bono planete vel ēt infortune nō impedite atq; recipienti eum sequet ex cōplemento seu pfectione illa ille q obtinuerit vti litatem atq; bonū. Si vero iunctus fuerit malo non recipīti eū aut fortune ipedite sequet ꝓrium. Illud idem poteris cōsiderare de alijs rebus quarum scire finem desideras.

¶Capitulum quindecimū cum volueris inquirere fugitiuum.

QUm aliquis voluerit insequi seu inuestigare fugitiuuz vel aliquam vilem personam vel ēt suum ministruz oportet vt ponak luna impedita in eodem. s. gradu cuz sole ita q̄ sint inter eos plus. 16. minuta: nec sit hoc in ariete vel leōe: vel sit in vltima medietate libre vel in prima scorpionis: vel sit cū ca pite draconis vel eius cauda. s. minus. 12. gradibus ante vel minus. 7. post z si nō poterit sic poni ponak in ascendente ꝑm athabari aut sit in cōiunctione vel in oppositione vel. 4. aspectu vel sit trino vel sextili eoz aspectu sine receptione: z sit ab eis impedita: vel sit ante horā eclypsis lunaris p tres dies vel post ip sam p vnū diem. Et si fuerit eclypsis eius in illis die bus z sit sol liber z mūdus a vitijs z ab impedimen tis maloz z ab alijs impedimentis z aliqua ex fortu nis sit in. 10. z maxime ante lineā. 10. p. 5. gradus vel vltra ipsam p. 3. gradus: z quātūcunq; magis impe dies lunā tanto magis impediet fugitiuus vel aliqs cuius impedimentū facere desideras z specialiter su pradictotū: quoniam habet eos significare naturali ter: z etiam omnes vulgares.

¶Capitulum. 16. quando fuerit intentio persequē tis nocere illi qui fugit.

STud capl'm potest subalternari alteri supra dicto qm̄ tractak in eo de his que sub altero cō prehendunt. s. de fugitiuo sed in hoc differūt sibi in uicem: qz in illo tractak de inuestigatione fugitiui in isto tractak qualiter aliqs fugitiuo nocere pōt. ¶Un de dixit haly si aūt fuerit intentio psequentis nocere fugitiuo. s. vt ledat in psona sit luna in casu suo z in debilitate sua sicut dictuz est in pcedenti caplo sitr z 12. z eius dño. Si aūt non fuerit eius intētio ledere ipm personaliter: sed solum capere vel detinere ipm sit luna iuncta infortune z impedita: sed non ponak in. 4. nec planeta cui ipsa tunc iungitur: sitq; domi nus primi iunctus cū dño. 7. Et cauendū est ne iun gatur luna alicui planete q sit in. 12. qm̄ significat q non capiet fugitiuus: z si captus fuerit fugiet a ma nibus persequentis vel eius qui ceperit eum.

¶Capitulum. 17. cum voluerit aliquis inquirere a latrone seu detento vel aliquo alio qui habetur sus pectus de aliquo cōmisso seu aliqua re.

SI aliquis voluerit inquirere aliquid a latro ne vel ab aliquo alio q̄ mānifestet illud de quo interrogak vel vtrum sit culpabilis de eo de quo fue rit habitus suspectus: ponak luna tūc in libra simili ter z planeta cui ipsa iungit. Et dixit haly Alburna far laudasse hāc sniam. Et dixit faciēdum esse omne quod ipse dixit post aptationē radicū electionaliū z eoz que sequunt illas. Et dixit cauendus esse ab om nibus que dixit esse vitanda z vti eis q̄ dicta sunt su pius. Et dixit q̄ ita significat. 7. oia que p̄dicta sunt de latronibus z fugitiuis sicut. 12. significat alia. s. maiora. Et dixit q̄ ita debemus aptare. 7. z eius do minum in ꝓtrarium ad predicta iuxta suū significa tum sicut aptamus. 12. z eius dñm in emptione ani malium iuxta suum significatum.

¶De octaua domo.

¶Capitulum primum in electione reuersionis ali cuius absentis.

IN isto capitulo facienda est rememoratio de reuersione z videtur quibusdam q̄ istud capi tulum sit cōprehendendum sub. 10. domo: qm̄ ipsa sequitur. 9. imediate que significat iter z non sub. 8. domo qm̄ precedit. 9. cum reuersio nō fiat ante iter. Sed qm̄. 8. datur absenti z reuersio nō fit nisi per ab

sentem merito ꝓsideratur ⁊ accipit ab .8. ⁊ nō a .10. ⁊ etiam q̄ .2. que precedit .3. aptat ⁊ aspicitur in facto reuersionis. ¶ Vñ cū volueris eligere horā aptaz ad reuersionez alicuius absentis debes aptare .2. ⁊ eius dñm iuxta illud Ptholomei in cētiloquio caue ab infortunis in .8. exeūti in itinere ⁊ in .2. redeunti. Diuersificatur tñ reuersio in introitu iuxta diuersitatez personaꝝ. Si enim fuerit reuersio alicuius ciuis vel habitatoris alicuius loci cui alius q̄ sit dñs illius terre ꝓfecto significat introitus eius cū intrauerit limen hostij domus sue vel alterius loci in quo habitat vel in quo reuerenf eū subiecti sibi. Introitus vō regis seu principis vel alterius magnati: qui preest ⁊ dñatur illi vrbi seu terre est qñ intrat portas ciuitatis vel castri seu alterius terre cui pest tanq̄ dñs. Si autez postea fuerit extra terrā illā ⁊ fuerit reuersus ad eam dixit haly. q̄ nō sollicitabimur circa reuersionē ipsius vt sciat res .s. que debēt ei accidere ab hora reuersionis vsq; dū vadit iterꝝ extra terrā illam: sicuti consueuerunt homes facere tam magnates q̄z alij: illa .n. reuersio est sicut reuolutio annoꝝ natiuitatū in natiuitatib⁹: qñ si natiuitas fuerit bona ⁊ reuolutio mala augebit bonū. Si aūt fuerit reuolutio mala minuet de bono qđ significat p natiuitatē licet nō multum. Et si natiuitas fuerit mala ⁊ reuolutio mala augebit malū. Et si reuolutio fuerit bona minuet malum lz modicū. Similiter accidet in reuerhōe itineꝝ ꝑdictoꝝ si fuerit primus introitus bonus ⁊ reuersio bona augebit bonuz. Et si fuerit mala minuet aliqd de bono. Et si fuerit introitus malus ⁊ reuersio mala augebit maluz. Et si fuerit bona minuet aliqd de malo: ⁊ hoc durabit donec alia vice iuerit extra terram: qñ tūc expirabit illud significatū sicuti expirat significatū anni reuolutionis qñ reuoluit alius annus reuolutionis. Quibusdaz visum est q̄ deberemus cōsiderare introitus viatoris in vrbes transeūtes in eas: qñ viator non hz facere in ciuitatib⁹ quas intrat nisi vt in alijs partibus vie per quā vadit.

¶ Capitulum .2. in aptatione electionis hereditatū.

QVm volueris eligere horā ad aptationem alicuius hereditatis dixit haly q̄ oz reponere domum .8. aliquā ex domibus Jouis aut veneris liberam ⁊ fortunatā ⁊ eius dñm fir liberꝝ ⁊ fortunatū ⁊ in sequenti anguluz ex qbus melius est scōm: sintq; ipm scōm ⁊ eius dñs liberi a pūtia malorꝝ ⁊ eorꝝ oppositōe .2. .4. aspectu nisi ille malus q̄ impediret eā esset dñs .8. domus vel exaltatiōis sue vel hꝑet in ea duas de minoribus dignitatibus ⁊ sit ipse liber ab impedimētis. Esset ēt bonū si gradus .8. domus caderet in terminuz fortunarꝝ Jouis aut veneris: sit ēt luna libera ⁊ fortunata ⁊ aspiciat .8. vel eius dñm aspectu trino vel sel sextili. Aptabis ēt primum ⁊ eius dñm ⁊ oia alia que poteris de his q̄ ꝓsiderant in electionibus. Et si oia hec nō pñt aptari aptet primū ⁊ 8. ⁊ eoruz dñs luna quoq; ⁊ dñs domus in qua ipsa fuerit vel saltim aptet .8. ⁊ eius dñs ⁊ luna nec obliuiscaris hoc.

¶ Capitulum tertium de testamento seu codicillis faciendis.

QVz aliqs voluerit facē testū vel codicillos seu q̄libet alia vltimā voluntatē ordinare ⁊ voluerit q̄ eligas ei horā aptaz ad illud faciendū pone lunā deficientē numero ⁊ auctā lumine: qñ hoc significat q̄ testū pficiet ⁊ mutabit: sed manebit firmuz si cut ordinauerit id testator: laudatur ēt vt sint luna ⁊ dñs ascītis vel alter eorū iūcti saturno ex amicitate: qñ significat pfecte cōplementū rei ⁊ q̄ nō mutabit postq̄z fuerit semel perfecta nec viuente testatore nec post eius mortē. ¶ Et dixit çahel q̄ significat plōgationem vite testatoris ēt post factū testū. Jdē dicas si fuerit luna iouī iūcta vel veneri qđ dictum est de saturno ⁊ sit ascēdēs signū fixū ⁊ luna fir i signo fixo: q; si fuerit mobile vl luna in signo mobili significat q̄ illud testū mutabit ⁊ nō manebit firmū. Cauendum est ēt ne iungat luua planete existēti sub radijs nec sit iūcta marti p corpus vel p oppositionē vel .4. aspectū: nec sit ipse mars in ascēdēte nec aspiciat illō aspectu inimicitie vel eius dñm: qñ hoc significat q̄ testū illud mutabit ⁊ nō manebit firmū: ⁊ q̄ vita testatoris abbreuiabit ⁊ nō euadet ab egritudine illa: ⁊ q̄ nō adimplebit voluntas testatoris imo nitētur heredes ⁊ cōmissarij subripe iudicatū ⁊ quilibet nitetur extorquere in suam vtilitatem qualescūq; fuerint supstites etiam si fuerint religiosi.

¶ De nona domo.

¶ Capitulum primum in introitu alicuius ciuitatis vel alterius loci.

LIcet in hoc capō non fiat mentio de .9. domo tñ cōprehēdit sub ipsa: qñ hz significare localē motionē tam illoꝝ qui mouent de lōginquo q̄z aliorū: vñ si volueris eligere alicui horā aptā ad hoc qualiscūq; fuerit introitus siue in vrbē siue in aliā terrā: siue fuerit introitus ad habitationē alicuius domus in qua nō cōsueuerat iā diu habitare apta ascendēs ⁊ eius dñm lunā quoq; ac dñm domus in qua ipsa fuerit sitq; aucta lumine. Apta ēt .2. ⁊ eius dñm cui⁹ aptatio est vt sit in ascēdente liber ab impedimentis fortunatus ⁊ fortis. ¶ Et dixit Zahel pone ergo eū fortunā ⁊ sit sup terram in .9. .s. aut .10. vel .11. ⁊ nūq̄z ponas eū sub terra in .4. .s. aut .5. vel .6. Dixit .n. q̄ est horribile in peregrinatione ⁊ in ope qđ petis in ipa regiōe siue fortuna fuerit seu malus: ⁊ sit dñs dom⁹ cū dño .2. sup terraz: nec laudat vt sit sub terra: nisi sit illud qđ petis in ipsa regione res quā voluerit quis occultare donec pficiatur. Et dixit sit luna cū sole: ita q̄ sit inter eos a .12. gradibus vsq; ad .15. ⁊ erit melius cū recedit a sole q̄z cū est prope egressuz de sub radijs per .3. gradus fortunata: ⁊ laudat hoc in oi occultatione vtilius tñ est ascendens q̄z .10. vel .11. ⁊ si fuerit iuncta luna illi ⁊ fuerit fortunata erit melius. Et caue ne ponas ipm sub terra vel iunctū planete existēti sub terra q̄ sit infortuna vel infortunatus vel impeditus ⁊ sit ascendens signū fixū: sit aūt dñs decimi liber ab impedimentis ⁊ a malis nec aspiciat .11. aspectu inimicitie: sit ēt quartū signū fixū si fieri pōt. Et si luna in scō erit vltimū: qñ ipse nāturer significat questū ⁊ augmentuz ibe. Et si fuerit intentio illius q̄ intrat terrā vel locū recedere postea inde cum prosperitate atq; lucro ponat dñs .7. orientalis auctus numero ⁊ si cū hoc luna fuerit aucta numero ⁊ planeta cui iungit ipsa erit melius. ¶ Et dixit haly cauenduz est ne dñs scī cōmittat dispositionē dño .4. 6. vl .8. vel .12. Et dixit q̄ detestabilius esset si cōmitteret dispositionem suā alicui ex dñis eorꝝ ab aliquo illoꝝ locorꝝ: ⁊ eo fortius si fuerit hoc in aliquo ꝑdictorꝝ locorꝝ in reuolutione anni mundi vel natiuitatis illius cui eligis: quoniam illud esset valde detestabilius: q̄ si hec oia aptare nō poteris apta ascendens ⁊ scōm ⁊ eorū dños ⁊ lunā ⁊ planetā cui ipsa iungit. Et si iterꝝ nō

poteris aptare ista sit tibi cure saltim aptare scōm ꝛ eius dñm. Et maxime qñ quis intrat in districtū alicuius ciuitatis vel alicuius regionis. ¶ Et dixit Zahel si volueris intrare regionē vel ciuitatē vel qualēcunqꝫ terrā vel locū ingredi volueris oꝫ te aptare secundū. Et dixit q cū hoc feceris iam aptasti regionē ꝛ q debes ponere dñm scōl fortunaꝫ si poteris in. 9. vel in. 10. vel. 11. ¶ Et dixit q nunqꝫ ponas eū subterra in. 4. ſ. aut. 5. aut. 6. qꝛ hoc horribile est in peregrinatione ꝛ in ope qđ petis in ipsa regione sit supꝛ terrā semp siue fortuna fuerit siue nō. Et dixit stude ponere dñm domus lune eū dño scōe supꝛ terrā ꝛ si eius dñm. ſ. scōe aptare nō poteris pone saltim lunem in secunda nō impeditum: ꝛ valebit saltim ad lucrum ꝛ ad conseruationem substantie.

¶ Capitulum secunduꝫ in initio itinerum generali non pertinentium ad bella.

IN isto capło tractanduꝫ est de itineribus que quotidie hominibus occurrunt excepto q nō tractaꝫ in eo de itineribus ꝓtinentibus ad bella. Et licet itinera diuersificenꝫ ad inuicē oia fiunt aut p terram aut p aquā. Tñ si fuerit p terrā iter sit ascendens signū terreū. Si vō fuerit p aquā sit ascendēs signuꝫ aqueum: sitqꝫ luna in. 11. vadēs ad. 10. ꝛ nunqꝫ ponas eam subterra. Sed si nō poteris hoc euitare pone ipsam in. 3. vel in. 5. mūdā a malis ꝛ liberā ab impedimentis. Et si fuerit iter p terrā cauendū est ne iſgatur luna marti p corpus vel ex aliquo aspectu: nisi forte trino vel sextili aspectu cuꝫ receptiōe pfecta nisi sit ipse mars in aliqua domorū itineris nec aspiciat ascendēs vel eius dñm nec fuerit ipse dño ascendētis vel. 3. vel. 5. vel. 9. qꝛ tunc nō impedit domū suam si aspexerit eā aspectu laudabili. ¶ Si vō fuerit iter p aquā sit ascendēs signū aquaticū: ꝛ caue a saturno in aqua nisi aspiciat eū iupiter qui pōt frāgere malicia eius sicut tibi dixi de marte in terra oibus dictis modis ꝛ cōditionibus. Et dixit çahel caue a saturno ne sit in signo aqueo: ꝛ ne sit fixus in ascēdēte exitus aut cū luna q si vitare nō poteris sit luna iūcta sibi cum forti fortuna vel in aspectu eius trino vel sextili aut ex angulo vt auferat maꝫ ignitatemꝫ saturni ex naufragio vel impedimēto ꝛ tempestate grauī. Debes etiā aptare lunā ꝛ dñꝫ domus in qua ipsa fuerit in oibꝰ itineribus tā per terrā qꝫ p aquā: cum ipsa p ceteris habeat in eis significationē excepto forte dño hore in re qśtus tam in breuibus ꝛ mediocribus itineribus qꝫ in lōgis ꝛ lōgioribus itineribus atqꝫ longissimis. Aptabis etiā dñm hore in initio cuiuslibet itineris ex quo speraꝫ vtilitas seu lucruꝫ. ¶ In oibus significationibus itinerꝫ aptabis ascendens ad locū a quo recedit viator: ꝛ aptabis ſm ad custodiā rerꝫ suaruꝫ: Unde dixit messahala si fuerit in domo scā infortuna que nō habeat ibi testimoniū significat q in his que post se relinquit accidet impedimentū. Si fuerit mars significat cōtentiones vel bella vel cōbustiones vel sanguinis effusiones ꝓut ipse fuerit dispositus ad hoc. Si fuerit saturnus significat ipedimētum p latrones vel submersiones ꝛ similia ꝓut superius dictū est septimū vō aptabis ad locū ad quē vadit: octauū ad lucrū quod ibi facere intendit: decimum aūt ꝛ eius dñm ad accidētia que debēt ei accidere in vi a: quartū ꝛ eius dñm aptabis ad finez illius iteneris. Et oportet te aptare oēs angulos si potes ꝛ ꝑcipue septimū: ꝛ pone lunā auctam lumine ꝛ numero nec sit cadēs sint ēt dños primi ꝛ dño domus in qua fuerit luna egressi de cōbustione: sintqꝫ in angulis vel in eoꝝ succedentibus. ¶ Et dixit haly aug mētatio lune significat q velociter pueniet viator ad locum ad quē ire intendit: laudauit ēt vt sit mercurius egressus de cōbustione iūctus alicui fortune ꝛ maxime in itineribus volentiū ire cā emēdi seu vendēdi: qñ mercurius ꝓut alias dī significat res ꝛ merces ꝛ specialiter mercatiōes mercatoꝝ. Si aūt diuersificetur iter pone lunam iunctā planete significanti rem illam vel sit in eius domo: vt si fuerit iter ad regem iūgatur soli vel saltim dño. 10. a trino vel sextili aspectu ꝛ si fuerit cuꝫ receptione erit melius: sitqꝫ sol in bono loco. ſ. in ꝓmo vel. 10. vel. 11. qñ si fuerit sic erit iter eius vtile atqꝫ fructuosuꝫ: in aliis locis secus erit. Nam si fuerit in. 3. vel. 5. seu. 9. significat q illud iter erit pauce vtilitatis ꝛ magni laboris. Si fuerit in. 7. vel. 4. significat paucitatē vtilitatis ꝛ laboreꝫ. ſ. cū malori tarditate. Caue tñ ne ponas lunam in itinere alicuius volētis ire ad regē in aquario: qñ rex nō curabit de ipso pp q aquarius est oppositus leoni: que est domus solis q naturaliter significat regem nec ponas eā in pisce: qñ rex nolleꝫ eum videre: imo auertet faciez suam ab eo: qñ aries est de signis que hñt significatum supꝛ reges ꝛ piscis est. 12. signum ab ariete qđ significat detrimentū ꝛ meroꝛē. ¶ Et si iuerit viator cui eligis ad guerrarios seu ad milites bellicosos pone lunaꝫ iunctam marti a trino vel sextili aspectu: ꝛ sit vterqꝫ boni eē. ¶ Et dixit çahel caue ab eius cōiunctione ab angulis ꝛ a. 4. aspectu ꝛ ab oppositione ꝛ sit mars in sequētibus angulorū. Si vō fuerit iter ipsius ad cpos seu alios religiosos cuiuscūqꝫ secte fuerint vel ad nobiles viros seu milites nō bellicosos ꝛ quiescentes nec tunc p modū guerrariorum vtentiū armis vel ad iudices seu legādoctores vel decretoꝝ vel similes pone lunā iunctā Jouī per corpus vel per aspectū triunm vel sextilez vel saltim quadratū cum receptione ex aliquo angulo vel alio bono loco ab ascendēte. ¶ Et si fuerit iter eius ad senes longeuos vel ad iudeos vel ad ignobiles seu viles psonas vel ad aliquem austeꝝ qui nolit acquiescere dictis alioꝝ ꝛ velit q quicquid ipse dicit vel facit habeaꝫ pro autentico siue sit bonū siue malū sicut fuit ille tyrannus ecilinus de romano qui sit ad minus etatis. 45. annoꝝ pone lunam iunctaꝫ saturno a trino vel sextili aspectu: sitqꝫ Saturnus boni esse liber ab impedimentis atqꝫ in succedētibus angulorum ꝛ maxime in. 5. vel. 11. ꝛ quilibet planeta cui iūgitur luna sit liber ab impedimentis: qñ impedimētum ipsius significat impedimentū rei quare fit iter. ¶ Et si fuerit iter eius ad mulieres cuiuscūqꝫ conditionis fuerint sit luna iūcta veneri a trino vel sextili aspectu: sitqꝫ venus in signo masculino: ꝛ si poteris eam ponere in angulis vel in succedētibus anguloꝝ ꝛ maxime in. 5. erit bonuꝫ. ¶ Et si fuerit eius iter ad litteratos viros ꝓter ꝓdictos vel ad scriptores seu mercatores sit luna iuncta mercurio a trino vel sextili aspectu sitqꝫ mercurius boni esse liber ꝛ mūdus ab ab impedimētis. ¶ Dixit enim çahel quotienscūqꝫ fuerit planeta cui iungit luna vel planeta q fuerit in oppositione ascendentis aut. 7. tardus aut retrogradus vel impeditus significat inuolutionē ꝛ duriciaꝫ in ipsis modis. ¶ Et dixit haly q si dñs septimi fuerit in ascendente vel fuerit luna iuncta planete retrodo recipiēti eam q occurret et in via id ad qđ vadit. ¶ Et dixit alchabicius differenduꝫ est iter qđiu luna fuerit in. 2. vel. 3. facie libre. ¶ Et dixit alchaiat cauēdum esse ab aspectu malorum in itineribus ad

lunam est enim grauius si aspiciat ascendens z maxime in peregrinationibus. Et dixit q̄ significatio itineris est data lune z hz significationem proprie sup omne initiuz z ob hoc fortior. ℂ Et dixit haly si fuerit nota natiuitas viatoris vel fuerit habita eius q̄ fit ascendēs itineris domus eius natiuitatis seu questionis z sit luna aucta lumine vel n umero vel sit iūcta fortunis a.9. vel.a.3.z si fuerit luna impedita nec nec tū iter differre poterimus sit luna cadens ab ascēdente: similiter z planeta q̄ eam impedit z aptemus introituz z sollicitemur in illo. ℂ Et dixit athabari quicūq; cupit reuersionē citam z prosperam ponat venerem z iouem vtrūq; in.4. solis z lune hoc est vt aliquis eoz sit in.10.a sole z in.4. a luna aut ecōuerso: z sit luna inter duas fortunas sepata ab vna z iūcta alteri. Et dixit q̄ sit luna aucta lumie z numero. Et dixit q̄ similiter si fuerit sol in oppositione fortunarum significat velocitatem reuersiōis: z infortune faciunt tardare reuersionē z impediunt impedimēto maximo. Et dixit si cuz illis fuerit fortuna sequet prosperitas. Et dixit q̄ luna cum fuerit in quarto significat longam morā: z hoc p̄m naturam z qualitatem itineris. ℂ Et Zahel dixit q̄ non ponas ascendens natiuitatis z eius dñm cadentes ab ascendente eius recessionis. Et dixit sit q̄z ascendens recessionis. 10. ascēdētis natiuitatis vel interrogatiōis si petieris regnū. Et si petieris negociationē sit ascēs. 11. ei⁹ sīlr in omni re quā quesieris. Et dixit pone ip̄m signuz eius ascendens sitq; luna in angulo vel succedēti angulo: z si fuerit fortunata sit aspiciens ascendentē. Si vero impedita fuerit fac eam cadere ab ascendente. Et dixit sit dñs ascendentis z dñs domus lune in angulis z luna aspiciat dominus domus sue. Et caue ne ponas lunam cum malis aut in eorum quarto aspectu vel oppositione. Et dixit q̄ nunq̄ ponas eam in quarto: sed si poueris eam sub terra pone eā in quinto fortunatam: abbreuiabit enīz laborem itineris z augment abit proficium eius: z faciet magis ad saluationem corporis itinerantis. Et dixit q̄ nō ponas eam in ascendente: quoniaz ipsa inimicatur ascendenti z inimicat itineranti prout alias dicitur: nec ponas eam in secundo significat enim ablationē substantie atq; ipsius diminutionem z sol amicatur ascendenti. Unde si fuerit luna in ascendēte timetur itinerantis infirmitas in suo corpore vel labor egritudini similis seu equipollens. Et nunquaz ponas ponas cum in sexto: quoniam timetur ei infirmitas nec in.8. quoniaz timetur ei mors nisi deus auertat: z eo fortius si ipsa receperit aliquem dominum illarum domoruz. ℂ Et dixit Zahel in equitatione maris non ponas luminaria impedita: q; si fuerint libera z fortunata significant salutem z prosperitatez. Si autem fuerint impedita significāt mortem vel p ditionem itinerātis. Et dixit ne equites mare in interlunio q; hoc horribile est. Et dixit si autez equitaueris mare propter negociationem apta mercuriuz z lunam: z sit aspiciens iouem aliquis eorum a cancro vel a pisce. Et dixit q̄ scorpio est horribilis in egtatione maris propter locum martis z eius inimicitiam: z time terminos malorum semper in equitatione tam in mare q̄ interra. Est etiam timendum itinerare tam per terram q̄ per aquā cum luna fuerit in vltima medietate libre: nisi aspexerit eam venus aspectu laudabili z ipsa boni esse vel aspexerit eaz saturnus aspectu laudabili in itineribus per terram z ipse orientalis directus in domo sua vel exaltatiōe vel in duabus suis dignitatibus minoribus. ℂ Et dixit Zahel si petieris regnū in ipsa regione apta me diū celi z dñm eius cum dño secunde ab ascendēte z luna. Idem intelligas de potestaria z quolibet officio z qualibet dignitate laycali. Et si potestas cū iuerit ad aliquam terrā causa potestarie vel alterius officij aptauerit supradicta erit ei vtile. Et dixit Dorotheus aspice locum lune in signis in peregrinatione aque que si fuerit in prima facie arietis significat facilitatem rei quare fit iter siue aspiciant eam planete si ue non. Si fuerit minus erit ei impedimentum maris. Si aūt aspexerit eam saturnus impediet eum z naufragium ei faciet. Et in secunda facie geminorū significat tarditatem post hoc soluet. In cancro autē salutem ex omni impedimento. In leone vero dicit impedimentū: z eo fortius si aspexerit malus. In virgine dicit prosperitatē z tarditatem atq; reuersionē. In libra cū transierit. 10. gradum non peregrinaberis in terra vel mari. In scorpione dic tristiciā. In sagittario dic q̄ anteq̄z perficiat iter reuertetur. In capricomo in initio aliquantulum boni. In aquario dic tarditatem z salutē non tamen sit iter ad regem. In pisce dic impedimentū z distractionem. Et dixit si aspexerit malus augebit impedimentum. Si vero aspexerit fortuna minuetur impedimentum z confortabit bonum.

ℂ Capitulum tertium in documento canendi tam in musicis q̄z in aliis.

ISTud capitulum posset cōprehēdi sub vtraq; domo nona. s. atq; decima sed mihi videt cōuenientius vt cōprehendat potius sub nona q̄z sub decima: quoniam nona domus significat potius cātos ecclesiasticos z quibus vtuntur canentes in templis z aliis locis religiosis q̄z.10. Decima enim significat cantus q̄ fiunt a laycis z letabūdis z qui delectātur in secularibus atq; laycalibus cātationibus z ludis. Unde si volueris aliquis doceri canere z volueris sibi eligere horam ad hoc aptam pone ascendēs aliq̄ō ex signis cōnalibus seu.10. z apta mercurium primo z principaliter in cātu ecclesiastico z venerem secundario. In cantu vero seculari atq; laycali apta principaliter venerem mercuriū aūt secundario: sed in musicis instrumentis apta quē eorum potes: z sit ascendens libra vel taurus vel saltim pisces in cantu delectabili vel gemini aut virgo in cātu ecclesiastico fit etiam luna in quolibet cantu in cancro vel tauro vel pisce separata a mercurio vadens ad coniunctionem veneris si fieri pōt. Sit etiam venus in aliqua suaz dignitatum. Idem dicas de mercurio: sit etiaz mercurius iūctus veneri p corpus vel sextili aspectu si potes hoc facere: nisi sit aliquis illoz trium cadens venus. s. aut mercurius vel luna nisi forte foret in.9. qm̄ illud nō blasphemat dūmodo sit fortunatus alias z fortis ille. s. qui fuerit in.9. q; significat bonitatē rei quā incipe vult ille cui eligis. Et si volueris q̄ fiat p̄fectus cantor quē nullus excedat in cantilena sit mercurius directus iūctus veneri retrograde in domo vel exaltatione vel in duabus de minoribbs dignitatibus alicuius eoz. Si aūt fuerit eorū coniunctio extra illa loca erit opus tuū infra hoc. Idem dicas in natiuitatibus quo ad cantilenā z melodiarū cōpositionem: z qualecūq; fuerit ascendens si fuerit eius dñs in.9. vel.10. erit laudabile dūmodo sit fortunatus z fortis. ℂ Et dixit quidam ex antiquis si fuerit electio ad sonum musicorum instrumentoruz vt lyre aut symphonie vel similium sit luna in capū

cōno. Si autem fuerit electio ad sonum instrōz layc oz vt cythara rota ⁊ similia solū ad laycales lusores pertinentia sit luna in vltima facie leonis vel in scorpione vel in pisce eo q̄ careāt voce: ⁊ ēt in supradictis instrumentis solūmodo sonum hūtibus vt tuba ⁊ similia sunt aptāda signa p̄dicta. s. cancer scorpio ⁊ pisces. In cantibus vero lectionū ⁊ modulationū veliora sunt virgo ⁊ gemini pp eoz fortunationem ad imagines hominuz: ⁊ q̄n̄ hūt pulchriores voces q̄z cetera signa: ⁊ similiter q̄ oīm̄ alata. ¶ Et dixit ha ly aptemus in hac re. 9. ⁊ eius dīm̄: sed si fuerit intētio nr̄a in his ad aliq̄ q̄ pīneat opus regū seu magnatū vel diuitū aptoz regno erit tūc aptanda. 10. ⁊ el⁹ dño q̄ ēt pōt cōmēdari in p̄ncipio cuiuslibz rei.

¶ De decima domo.

¶ Capitulum primum in electione regum ⁊ nobiliū seu magnatum atq; diuitum.

DIctum est in p̄cedentibus de his que spectāt ad electiones. 9. domus nunc aūt dicendū est de illis que ad. 10. domū spectare vident. Unde cuz volueris eligere alicui regi seu duci vel silib⁹ de his que ad regnū spectāt vel ducatū vel ad res illoz vel q̄ p̄to illius sit apta. 10. ⁊ eius dīm̄ solē quoq; ac lunam: ⁊ nō sit sol iunctus cū aliquo malo nec ēt luna: nec sit sol vadēs ad coniunctionē martis vel saturni nec ad eoz. 4. aspectū vel oppositionez ēt si reciperet nec ad eoz trinū aspectū vel sextile sine receptiōe: sed pone ipm̄ in angulo vel in succedēti anguluz vel sit in leone nō cadens nec alias ipeditus. Et si non fuerit in leone sit iūctus cū illo in cuius domo vel exaltatione ipse fuerit a trino vel sextili aspectu. Et si non poteris vitare. 4. aspectū sit cum receptione: oppositionem aūt vitabis omni modo tam cuz receptione q̄z sine receptione sicuti vitas eius aspectū cum infortunis trinuz vel sextilem sine receptiōe: sicq; in signo masculino ⁊ in. 4. masculina si fieri potest: sit etiā in signo in quo habeat aliquam dignitatem si esse potest. Considera etiā si in anno illo fuit vel futura sit eclypsis alicuius luminariū ⁊ vitabis illud signuz in ipsa fuerit vel esse debuerit sint ēt ambo luminaria in terminis fortunarū aspicientia se inuicem a trino vel sextili aspectu si fieri potest: ⁊ dīi illoz terminoz in suis dignitatibus aspicientes luminaria vel saltiz vnū eoz: ⁊ quātūcūq; melius aptaueris luminaria vel fortiora vel fortunatiora feceris tanto magis erit bonū p̄to re p̄to qua eligis: ⁊ q̄to minus aptaueris ea tāto magis erit res infra illud q̄ volueris. Est ēt tibi cauendum ne cōiunctio seu p̄unctio que fuerit ante ipsam electionem sit infortunata: q̄n̄ si sic fuerit non erit eligendū predictis p̄ponis nisi post coniunctionem vel p̄uentionem p̄dictam per quindecim dies vel plus si vitare poteris: ēt si alias electio videat fortunata. Si quidem vitare hoc poteris erit electio tua securior ⁊ melior ⁊ magis fortunata.

¶ Capitulum secundum in promotione ad regnuz vel ducatum seu aliam dignitatem ad regnum seu ducatum pertinentem vel quālibet aliam.

SI consulerit te aliquis volens promoueri ad regnū seu ducatū seu aliquod simile vt eligas ei horam ad hoc conuenientē: pone ascēdēs leonē: sicq; sol tunc in tauro in decimo ab ascīte: sit ēt luna in primo iūcta veneri aut ioui seu mercurio ipsis existentibus fortunaris ⁊ fortibus tam in electione q̄z in dignitatis receptione.

¶ Capitulum tertiū in intronisatione regni seu ducatus vel alterius dignitatis siue illius sedis ascēdōe.

QUm volueris eligere horā intronisationis regni vt ascendat sedē vel locū illum seu ducatū vel alteri⁹ dignitatis cuiuslibet pone angulos signa fixa ⁊ maxime primū ⁊ quartum: sicq; dño decimi lib impedimētis: sit ēt dño ascendētis in ascēdēte vel decimo vel vndecimo vel quinto receptus: dño etiā decimi recipiat dīm̄ domus in qua ipse fuerit a trino vel sextili aspectu: dño etiā quarti sit liber in aspectu fortune. Q̄d si nō poteris hoc facere fac q̄ sit luna recepta. Et si nō poteris ponere dīm̄ quarti liberuz ⁊ fortem prohibe ipsum ne aspiciat ascendēs vel eius dīm̄ ⁊ fac q̄ aliqua ex fortunis aspiciat quartū ⁊ decimum vel saltim alteroz eoz si vnq̄z hoc facere poteris.

¶ De dignitate spectante ad bellum.

SI aūt fuerit dignitas que spectet ad belluz: vt ducatus exercitus ⁊ similia: pone ascēdēs arietem vel scorpionē ⁊ pone martem fortunatū ⁊ fortez ⁊ fac q̄ aspiciat ascendēs aspectu laudabili ⁊ trinus erit melior ceterie. Et si fuerit ascendēs aliqua ex domibus planetaz alioz sit aspiciens mare dīm̄ ascēdentis trino aspectu: ⁊ ipse liber ab impedimētis: ⁊ sit ascendēs signum fixuz vel saltim cōmune. In electionibus longo tpe durabilius signa fixa sunt meliora: cōia sunt infra fixa: mobilia infra cōia: ⁊ in qualibet electione cuiuslibet dignitatis pone lunā esse receptam vel saltim iunctaz soli a trino vel sextili aspectu vel saltim a quarto cū receptione: sit ēt sol iūctus ioui de sagittario vel piscib⁹ vel ariete vel cancro vel leone a trino vel sextili aspectu si fieri pōt. Et si non poteris aptare oia hec sicut pluries accidit apta ea que poteris: sed non erit opus tuū rita perfectū. Hec enim oia seruanda sunt in electionibus regis ⁊ oium filiorum eoz ⁊ alioz ducum in oibus rebus stabilibus.

¶ Si vo fuerit dignitas siue officium pp q̄ cōmittatur alicui eo alienū ad distribuendū vt sunt camerarij massarij alicuius cōitatis ciuitatis. s. vel castri vel similiū vel stipendiarij magnatū ⁊ similiter aptabis p̄m ⁊ eius dīm̄ cum aptatione primi ⁊ eius dīi atq; lune. Et si electio tua fuerit alicui scribe: apta mercurium post aptationē rex predictaz. s. vt aspiciat mercurius ascendēs aspectu laudabili: hoc enim significat q̄ erit fidelis ⁊ legalis in re sibi cōmissa ⁊ q̄ erit sibi vtile.

¶ Capitulum quartum cū voluerit aliquis ire moratum cum rege vel duce seu potestate vel cū aliquo tali seu cum ipso proficisci.

SI sit aliquis volens ire ad regē vel ducem seu p̄ncipem aut potestatē aut alium magnatez vt moretur vel proficiscat cō ipso cōsuluerit te vt eligas ei horā ad hoc conuenientē qualecūq; ascēdens posueris ei sit iupiter in eo ⁊ fac euz iungi cum dño decimi si poteis: q̄n̄ hoc significabit q̄ erit rex cōgruus ⁊ affabilis ⁊ q̄ bñ cedet ei ab eo: ⁊ si feceris eos tūgi a trino vel sextili aspectu erit bonū vel ēt a quarto cū receptione: ⁊ si nō poteris hoc facere pone ipm̄ in in nono: hoc enim significabit q̄ viator inueniet in illo itinere bonū ⁊ vtile ⁊ vñ gaudebit ⁊ videbit sibi placibilia: ⁊ eo melius si iupiter saluus ⁊ liber ab impedimentis fuerit. Et vitabis ipm̄ ponere in quarto: q̄z licet quartū significat finez rei: tñ in isto casu est tibi vitandū ne ponas ipm̄ in eo: ⁊ fac q̄ aspiciat ipsam lunā de decimo si fuerit ipse iupiter in p̄mo vel de septimo si ipse fuerit in nono. Caue tñ a sexto ⁊ a duodecimo: sed si nō poteris hoc vitare erit minus horribile in tali casu q̄z in alijs. Et non poteris hoc facē testificet ei ven⁹ de p̄mo vl de septimo vl de decio

vel de quarto siue cum receptione siue sine receptione: vel a sexto vel a tertio cum receptione. Et caue a saturno z a marte ne sit aliquis eorum in primo vel in aliquo ex angulis. Et caue sil'r ne luna sit impedita z maxime infortunio combustionis: vel sit cū cauda vel aliquo maloꝝ vel ipedientiū: qñ hoc significat q nihil vtilitatis erit in itinere illo imo timeꝫ ne nō reuertat viator: etiā si fuerit aliud iter timeꝫ illud idē: Et si infirmat timeꝫ ei mors: z si fuerit ad p̄liū tūc succūbet: vel forte interficiet z vt ibi breuiter fatear veritatē magnū erit z q̄si miraculosum si euaserit periculā supradicta.

¶Cap'm quintū cū aliqs voluerit inimicari regi vel duci vel alicui simili.

ACcidit aliqñ q aliqs vult nimicitiā hr̄e cū rege vel duce seu aliquo magnate de his q apti sunt regno vel eoꝝ filijs qui sunt eis in dignitate seu hereditate successuri: pone ascēdens aliquā ex domibus iouis vel martis: sitq; dñus ascēdētis fortis z fortunat⁹ liber ab ipedimētis: sitq; dñus septimi ipedit⁹ atq; infortunat⁹ z debilis in loco maligno ab ascēdēte gd⁹ deteriora sunt ei sextū z duodecimū: nec aspiciat aliquā ex fortunis nec ipsa eum: nec ex luminaribus aliquod.

¶Cap'm sextum in reconciliatione cum rege vel duce vel similibus.

INimicat aliqs aliqñ regi vel duci vel filijs⁹ z vult q reconciliet sibi rex z q̄rit a te vt eligas ei horā sibi ad hoc aptā. Tūñ si volueris eaꝫ sibi eligere pone illi q̄lecūq; ascēdēs z fac illud ipeditū atq; dñꝫ ei⁹ z sit infortunat⁹ z debilis: sitq; luna ipedita z planeta a quo ipsa sepat sitq; deficiens lumine atq; numero: sit et̄ fortunatū septimum z forte sil'r z ei⁹ dñus fortunat⁹ z fortis z planeta cui iūgit luna: sitq; dñus septimi in bono loco ab ascēdēte liber a malis z ipedimētis: hoc n. significat fortitudinē rei quā queris.

¶Cap'm septimū in priuatione alicui⁹ dignitatis.

ACcidit aliqñ q ille qui p̄mouit aliquē ad dignitatē pp aliq̄ que aliqñ accidere p̄sueuerūt nitit z vult a dignitate remouere eū z et̄ aliqñ alius nitit facere illud idē: tñ sive sit ille q p̄mouit euꝫ sive alius z q̄sierit a te vt eligas ei horā aptam ad hoc faciendū: p̄sideraris si eius intētio est remouere ip̄m a dignitate in ei⁹ odiū vel ei⁹ fauorem: qñ si fuerit in ei⁹ odiū ponēda erit luna infortunata z debilis cōbustione cū alio magno ipedimēto: sitq; minuta lumine atq; numero ponēdo eā in sexto vel duodecimo: sitq; in signo fixo in domo vel exaltatione iouis aut veneris vel solis seu mercurij ipsis existētib⁹ infortunatis z debilib⁹: ascēdente tñ z ei⁹ dño existentib⁹ fortunatis z fortib⁹. ¶Si vo fuerit ei⁹ intētio remouere ip̄m in ei⁹ fauoreꝫ. s. vt restituat ad hoc vt maiorē locū obtineat vel vt ad maiorē dignitateꝫ p̄moueat sit luna i v̄gine vel sagittario vel piscib⁹ vel saltiꝫ in geminis sed erit infra alia: sintq; ipsa z dñus ascēdētis aucti lumine z numero: sitq; ascēdēs in septētrionē: sit etiā luna in domo vel exaltatione alicui⁹ fortunarum ipsa fortuna existēte fortunata z fortis z dño decimi si fuerit dignitas laycalis: vel non si fuerit dignitas clericalis: nec est hoc p̄tra illud q̄ dictum est alias q luna sit significatrix negocij deficiente domino ascēdētis q: hic itelligit ascēdēs liberuꝫ z ei⁹ dñus saluus sil'r z fortunat⁹ z ob hoc dñus ascēdentis erit significator. put significatio p̄tinet ad ascēdēs z eius dñm: luna vo erit significatrix rei quā aptare itēdis: z hꝫ ppriū significatū separatū a significato dñi ascēdentis z ita intellige in filijs.

¶Cap'm octauū in moraliū eruditione.

SI aliqs voluerit dogmata moralia doceri vt eligas ei tp̄s ad hoc aptū te p̄sulerit fac q ascēdēs sit gemini aut virgo vel libra vel p̄ma medietas sagittarij vel aq̄rius ip̄m q; libeꝫ z fortunatū z luna in aliquo signoꝝ apta: sitq; dñus decimi in decimo eius dño de nā dñi ascēdētis vel saltim de ip̄s⁹ amicitate: sit et̄ luna iūcta mercurio p corpus aut p trinuꝫ vel sextile aspectū: sitq; mercurius saluus z liber ab impedimentis fortunat⁹ z fortis. Et si poteris facere q aspiciat dñm ascēdētis aspectu amicitie erit bonum: sit etiā luna in auge sua vel vadēs ad ip̄saꝫ nec sit descēdens ab ea: aptabis etiā nonū z ei⁹ dñm si p aliquē modū facere potes. ¶Et dixit haly q in eruditione scribendi aptanda est dom⁹ decima cuꝫ his omnibus: quoniam hꝫ significare scripturaꝫ. Et dixit q scriptura est scientia z opus: z dixit comprehēdamus in hoc cap'. vias.

¶Cap'm nonū in documēto pugnādi seu p̄liandi vel certandi.

SI volueris eligere horā alicui volenti doceri p̄liare seu pugnare vel certare pone ei ascēdens arietē vel leonē siue sagittariū: z pone martem forte z fortunatū: sitq; luna fortunata z fortis: z melius erit vt sit in tauro dūmodo alias sit fortunata. Et caue ne ponas eam in scorpione vel capricorno z maxime in documēto pugne militaris. ¶Ponat et̄ dñus ascēdentis in sua exaltatione atq; in loco forti. Et caue ne sit ip̄se vel luna cadēs ab angulo vel ascēdente. Et si hoc facere nō poteris pone lunā z dñm ascendentis vel alterum eorum in decima vel euntem ad ip̄sum. ¶Et dixit haly quosdaꝫ dixisse q sit luna in geminis.

¶Cap'm decimū in documēto natandi.

SI aliquis volens doceri natare vt horam ad hoc sibi aptam eligas te p̄sulerit fac vt ascendēs sit cancer vel scorpio aut pisces: sint etiaꝫ dñus ascēdentis in angulo decimi vel vadēs ad illū nō distās ab eo plus. 15. gradib⁹: sitq; fortunat⁹ z fortis: sit etiā luna in aliqua suaꝝ dignitatū iter quas cancer obtineat principatum: z taurus est infra cancrū: alie sue dignitates sunt infra tauꝝ: sit etiam ipsa ascendens in septentrionem: z si fieri p̄t sit in auge vadens ad longitudineꝫ proprie ad p̄tactum linee epicicli cū linea eccentrici.

¶Cap'm vndecimū in omnium operum documēto generali.

SI fuerit electio tua generalis ad opera quib⁹ homines generaliter vti cōsueuerunt vt sunt opera fabrilia z filia qualecunq; ascēdens posuerit apta decimū z eius dñm z lunam sil'r: z pone planetam significātem nāliter opus qd aliquis itendit incipere fortunatuꝫ z fortem: vt si fuerit opus graue z laboriosum seu p̄totensum vt cultus terraꝝ vel opera aquaꝝ seu que p̄pe aquaꝝ fiunt vt pontes molendina z filia apta saturnō. Et si fuerit opus quod p̄tineat ad iudices seu arbitros iuste iudicare volentes z filia aptabis iouem. Et si fuerit opus fabri vel carnificis z similiū aptabis martē. Et si fuerit opus aurificis vel cambsoris z similium aptabis solē. Et si fuerit opus ornamenti mulierum apta venerē z pone mercurium iunctū cū ea sil'r z alios per corpus vel per aspectum fortunatū z fortem: qñ ipse hꝫ participationem in omnibus his. Et si fuerit opus pictorum vel scriptoꝝ vel imaginem formantium vel

stampas denariorum ⁊ similium que operant per subtilitatem ingenij vt astrolabiuz seu quadrans ⁊ silia apta mercurium ⁊ fac cum iungi cuz luna: sitqz fortunat⁹ ⁊ fortis ⁊ bene dispositꝰ. Et si fuerit opus quod pertineat ad nautas ⁊ precipue ad minores vt nautgatio ⁊ silia aptabis lunam ⁊ pone eam auctaz lumine atqz numero: nec sit descendens ab auge: sitqz in omnibus supradictis iuncta planete significanti rem quã incipere intendis aspectu amicitie recepta ab illo vel etiam ab alio ⁊ maxime in domo significante rem illam sitqz in aliqua suarum dignitatũ: sit etiã signũ ascendens atqz signum in quo fuerit luna conueniens rei que incipitur: vt figuum terreum in rebus terenis: ⁊ aquaticum in aquaticis: ⁊ igneum in igneis: ⁊ aereum in aereis si vnq̃ hoc facere poteris. Quod si non feceris erit opus tuum infra illud quod intendis ꝑm diminutionez eoꝝ que tibi dixi.

¶De vndecima domo.

¶Capitulum primum in his de quibus habemus spem seu fiduciã laudari atqz bonam famã adipisci.

ILlud capitulum videtur posse comprehendi sub decima domo eo qꝺ sit de illis de quibus acquiritur bona fama que acquiritur ⁊ sequitur ex spe primo habita: sed videtur conuenientius vt sub vndecima comprehendat. Unde cum hoc facere volueris pone ascendens sagittarium vel pisces vel saltim cancrum sed erit cancer infra sagittariuz ⁊ pisces ⁊ aptabis louez put melius queris aptabis quoqz vndecimum ⁊ eius dominum toto posse tuo. Et si poteris ponere iouem in .11. erit valde vtile rei tue. Et si non poteris ponere iouem in .11. pone ipsum in primo. Quod si hoc iterum nõ poteris facere fac qꝺ ipse aspiciat aliquod illoruz aspectu laudabili: ⁊ pone ipsum fortunatum ⁊ fortem atqz liberum ab impedimentis. Et si poteris ponere dominum primi in vndecimo: vel dñm vndecimi in ꝑmo erit laudabile: sitqz sol in decimo liber ab impedimentis si fieri poterit vel in primo dũmodo nõ impediat louez vel dominuz primi vel dñm vndecimi: sit etiã luna iuncta illi a trino vel sextili aspectu vel saturnz a quarto cũ receptione ⁊ ipsa libera fortunata ⁊ fortis: separetur quoqz a ioue cũ iungat soli vel dño primi vel vndecimi si fieri poterit ⁊ erit melius: ⁊ fama ⁊ laus illa magis diuulgabit ⁊ cadet in aures hoium ⁊ in eorum laudationes: ⁊ quocũqz poteris aptare de significatoribus erit melius: ⁊ maxime si poteris facere qꝺ luminaria semet inuicez aspiciant: vel dño primi cum dño vndecimi a trino vel sextili aspectu vel saturnz a quarto cum receptione. Et si poteris facere qꝺ se inuicẽ respiciant erit melius.

¶Capm̃. 2. cuz voluerit qs petere ab aliqua persona qꝺ eum diligat.

SI voluerit aliqs petere ab aliqua persona vt eum diligat sicut aliqs aliquam per modum amicitie diligit ⁊ non per modum stupri: ⁊ vt horã ad hoc aptam ei eligas te consulerit: pone ascẽdens qualecunqz volueris ⁊ pone lunam in domo vndecima: ⁊ si poteris ibi ponere dominum ascendentis erit melius: ⁊ fac qꝺ omnes iungant cuz venere si potes. Et si non potes hoc facere: fac qꝺ iungat venus cum luna ⁊ cum dño vndecimi. Quod si nõ poteris iterum hoc facere fac qꝺ luna vel dominus ascendẽtis iungat cum domino vndecimi a trino vel sextili aspectu cum receptione vel cum venere vel ipse recipiat alterum eoruz de tauro vel libra vel piscibus ⁊ sit libera fortunata fortis ⁊ bene disposita. Et si hoc iterum facere non poteris fac qꝺ venus recipiat a luna in tauro vel cancro ⁊ luna recipiatur a ioue receptione perfecta vel etiã a domino secundi. Et si iterum hoc non poteris facere pone lunã in tauro vel in prima medietate libre vel piscibus vel in duabus de minoribus dignitatibus veneris liberam fortunatã ⁊ fortẽ. ¶Si autem petierit quis dilectionem alicuius vt lucretur illa de causa ⁊ sequatur inde vtilitatem: pone lunam in primo vel saltim in eius triplicitate liberam fortunataz fortem ⁊ receptam a domino domus vel exaltationis signi in quo ipsa tñc fuerit ⁊ sit ibi pars fortune similiter. ¶Si aũt fuerit eius intentio vt acquirat aliquam hereditatem vel aliquod predium domuz. scilicet terram vel simile sit luna in octauo cum ipsa parte fortune recepta. Et si fuerit causa parvorum animaliuz sit in sexta domo si fuerit causa equorum vel aliorum magnoruz animalium sit in duodecima ⁊ sic intellige de qualibet domo ꝑm substantiam suam ⁊ ꝑm significatuz ⁊ sit luna semper recepta ⁊ cum parte fortune. Si autem non poteris facere hec que dicta sunt seruabis hunc alium modum videlicet qꝺ si voluerit aliqs petere ab aliqua psona vt det vel faciat sibi aliquid: pone ascendens qualecũqz fuerit fortunatum ⁊ sit signum fixum vel cõmune saltim: sitqz dominus eius cuz eo vel in eius triplicitate aspiciens illud aspectu laudabili trino. s. vel sextili. Et caue ne sit luna iuncta malio vel alio modo impedita: ⁊ fac qꝺ aspiciat dominuz domus in qua ipsa fuerit: quoniaz si non aspexerit illum non perficiet res de qua agitur: sitqz luna aucta lumine ⁊ numero in talibus principijs ⁊ iuncta fortunis: nõ quoqz ascendentis fortunatus ⁊ fortis liber ab impedimentis. Si vero fuerit fortuna cui luna iungitur directa aucta numero erit vtilius: habet enim significare qꝺ augmentabit querenti quesitum. Et caue semper ne sit mercurius impeditus vel mali esse: significat enim impedimentũ vel eius prohibitionem nisi fuerit receptus cuz impedimento illo. Nam si fuerit receptus significat pfectionem rei sed cum petitione atqz importunitate ⁊ duritia atqz labore ⁊ inuolutione ⁊ vix tñ perficiet si perfecta fuerit: ⁊ qꝺ recedent inuicem separatione vili ⁊ feda. Et semp pone significatricem que est luna iunctam planete significanti rem de qua agit prout dixi tibi supra vt est sol in factis magnatum: ⁊ similiter mars in factis bellorum: ⁊ ita de omnibus significatoribꝰ intellige. ¶Si volueris eligere alicui volenti amicitiam cũ aliquo facere pone lunã mundã a malis ⁊ specialiter ab eorum quadratura vel oppositione: ⁊ pone eam iunctam planete qui significet rem quam facere velueris vel quis intendit sicut dictum est vt venꝰ in factis mulierum: ⁊ mercurꝰ in factis scriptorum: ⁊ ita intellige de ceteris significatoribꝰ: sitqz dñs vndecimi aspiciens aspectu laudabili: ⁊ si aspexerit eius dñm vel lunã erit melius.

¶Capitulum tertium cum aliquis petere voluerit ab aliqua psona rem aliquam siue fuerit ei promissa siue non.

SI aliquis proposuerit ab aliqua psona rem aliquam petere siue res illa sibi iam promissa fuerit siue non vt sibi horam ad hoc aptam eligas te consulerit: apta ascẽdẽs qualecũqz sibi posueris ⁊ eius dñm lunam quoqz ac dñm domꝰ in qua ipsa fuerit: ⁊ aptabis etiam secundum ⁊ eius dominum

vndecimum etiam z eius dominum: lunaz quoqz vel saltim alterum eorum aspectu laudabili aspiciat dñs ascẽdentis z recipiat eos vel saltim vnuz ex eis: z dñs dom⁹ significantis illum a quo res petit recipiat dñm septimi z lunam vel saltim vnũ ex eis: vt si peteret quis rem aliquaz a fratre sit dñs tertij recipiens dñm primi vel lunaz: si a patre sit dñs quarti recipiens dñm primi vel lunaz: si a filio sit dñs qnti recipiens aliquem eorum: si a seruo sit dñs sexti recipiens aliquez ex ipsis: si ab vxore vel socio sit dñs septimi recipiens dñm primi vel lunam vel aliquem ex ipsis: si ab episcopo vel filij sit dñs noni recipiens eos vel aliquem ex ipsis: si a rege sit dñs decimi recipiens aliquem ex ipsis: si ab amico sit dñs vndecimi recipiens aliquem ex ipsis vt dictũ est. ¶Si aũt fuerit petitio ab illis que significant ꝙ saturnuz vt sunt senes iudei vel viles persone sit cuspis vndecime domus in capricorno vel aquario vel libra vel saltim in alta eius dignitate. Si vo fuerit petitio faciẽda scribe vel puero sit dñs vndecimi in aliqua dignitatum mercurij qbus oibus debilior est facies. ¶Et dixit athabari sit mercurius iunct⁹ ioui aut veneri z sit ipse vadens ad dñm ascendentis z aptent semper predicti significatores significãtes res que petunt. Et si nõ fuerit aliqd inter illum qui petit z illum a quo petit de predictis tunc prima significat illuz qui petit z septima illum a quo petit. Et semp pone ascẽdens mundum a malis sitr z septimuz vel saltim septimum z ab eorum aspectib⁹. Et si hoc nõ 'euitaueris significat ꝙ res destruet z frustrabit z annihilat etiaz postqz videbit directa. ¶Et si fuerit res petita pecunia vel res eis similis tunc aptabis secundum z eius dñm cum aptatione predictorum quorum poteris: fitqz dñs ascẽdentis aspiciens dñm secũdi: nec sit aliquis malorum inter eos nec eius radij: sit etiaz dñs vndecimi z dñs domus in qua fuerit pars fortune aspiciens secundum aspectu laudabili vel alter eoz si potes. ¶Et dixit haly si fuerit res mulieris q̃ petitur vel que pertineat ad nuptias sit septimum z eius dominus sicut dictum est de secundo z eius domino.

¶De duodecima domo.

¶Caplm primũ de curs⁹ equoz seu aliorum animalium tam rationalium qz aliorum ad bravium currentium.

CUm voluerit aliquis equuz vel aliud animal facere currere ad bravium vel ad aliam rez cã acquirendi vel vincẽdi eam z volueris eligere ei horam ad hoc aptam: apta illi ascendens z eius dominum lunam quoqz ac dñm domus in qua ipsa fuerit z similiter illum cui iungit si potes: sitr z partem fortune z eius dñm: z ꝙ dñs primi z luna aspiciant eam vel vnus eorum. Et postqz aptaueris hec pone dñm hore in ascendente quãdo ille pedez extraxerit ab ostio dom⁹ sue. Videbis etiam quot sunt ãialia que currunt a scõo vsqz ad duodecimũ vt possis videre qualr disponet illud aial pro quo eligis: naz si posueris dñm hore in primo vt diri veniet primũ: si in decimo scõm: si in vndecimo tertium: si in septimo quartum: si in quinto quintũ: si in nono sextũ: si in tertio septimũ: si in secũdo octauum: si in octauo nonuz: si in sexto decimũ: si in duodecimo vel quarto veniet vltimum vel equipollens vltimo. Si aũt fuerint plura aialia duodecim venient alia mixtim seruatis primis significatis. Et si hec omnia nõ poteris aptare apta dñm hore z ascendentis atqz lunam. Et si hoc nõ potes semp fit tibi cure aptare dominũ hore ponendo ipsum in primo z aptare lunaz similiter. ¶Et dixit alchindi ꝙ aptatio lune fit ipsaz ponere in sagittario vel in ꝑma medietate libre. Et est cauendum ne dñs ascẽdentis vel domin⁹ hore aut luna sit in casu suo: quoniam timet ne cadat equus vel qui cum eo currit.

¶Caplm secũdum in emptione maiorum animalium tam equorum q̃ aliorum de ipsis equitãdis vel domandis.

CUm volueris alicui eligere horam ad emẽdũ animal seu equitandum vel domãdum apta ascẽdens z eius dominum z lunam: ponezqz ipsam iunctam alicui fortune directe que sit orientalis ascẽdens in circulo sue augis si facere potes vel saltim sit directa: z caue ne illa fortuna vel luna sit iuncta infortune per corpus vel per aspectum: quia imittit timores animali vt si fuerit emptio minaf damnuz z ꝙ non habebit ex eo bonum forum. Si fuerit equitatio vel domatio nõ sequet inde quis qđ intendit z ꝙ vitabit animal: z eo magis si malus impediens fuerit in duodecimo. Vide tamen si fuerit equus iaz equitatus vel aliud animal iam domatũ: pone illi ascendens emptionis signum cõmune fitqz luna in tauro vel leone: fac quoqz ipsam iungi planete directo qui sit septentrionalis ascẽdens vel saltim meridianus dũmodo ascẽdens hoc enim significat ꝙ animal augmẽtabit in precio z corpore. Si enim fuerit retrogradus significat ꝙ animal augebit in precio sed non tantum z diminuet in corpore. Et si fuerit directus descendens siue septentrionalis fuerit siue meridian⁹ significat ꝙ augebit in corpore sed diminuet in precio. Similiter si fuerit meridianus descẽdens significat ꝙ minuetur in precio z corpore: z eo magis si fuerit meridianus. ¶Si quidez fuerit animal indomitum pone illi ascendens signũ cõmune fitqz luna in signo mobili iũcta alicui ex fortunis ꝑsideratis conditionibus supradictis ꝑm ascensum z descensum siue directionem z retrogradationem vt dictum est. ¶Est tñ considerandũ si aliquis voluerit emere aliqd ãial equum, saut bouem seu ãinuz vel camelũ causa lucrandi seu meliorandi luna existente in capite cancri vsqz in finẽ sagittarij nõ lucrabitur ex eo de leui emet enim care vendetqz viliter. Si aũt emerit ipsa existente a capite capricorni vsqz in finem geminorum contrariũ eueniet: emet enim viliter vendetqz care z ne duz accidet hoc ex animalibus predictis verum etiam ex qualibet re quam tunc aliquis emerit: hoc tamen non pretermisso ꝙ fortune semp presentent z augebunt bonũ: minuentqz malum. Infortune vero econtrario augebunt malum z minuent bonum vnũquodqz ꝑm suaz naturaz z ꝑm ꝙ sua interest iuuare vel nocere: augere, vẽ diminuere.

¶ Incipit tractatus de reuolutionib⁹ annoꝝ mundi. Et primo ponit prohemium.

Quoniã post tractatũ electionuꝫ nihil cõueniẽtiꝰ q̃ꝫ subsequẽter tractare de reuolutionib⁹ annoꝝ mundi videat: de ipsis est merito differendũ atq; tractatũ edere spẽlez. Sꝫ qd sit reuolutio primo breuiter est videndũꝫ. Est autez reuolutio anni circularis cursus solis ab vno minuto cuiuslibet gradus alicuiꝰ signi vsq; ad eiusdẽ reditũ ad idem punctũ: ꝫ possit aliter forte diffiniri put qbusdã visuꝫ est. Et illud ꝓsideraꝝ ꝫ duos modos. s. ꝑm reuolutionez annoꝝ natiuitatũ siue aliaꝝ inceptionũ. ¶ Reuolutio. n. ãni mũdi est ab introitu solis in ꝑmũ minutũ arietis vsq; dum ipse reuoluat & circulariter trãseat totũ ẽodiacũ & reuertat ad idẽ punctũ: & ita de oib⁹ aliis reuolutionib⁹ est dicendũꝫ. Reuolutio figdẽ est inter ceteras res vtilis valde: ip siusq; figũra ceteris altiora sicut & ad ipsiꝰ certitudinez inuenẽdã fortis atq; iplicita. Per reuolutionez. n. annoꝝ mũdi scit qd in anno illo sit futurũ de bono aut malo vtz. s. annꝰ sit futurꝰ trãgillus an iportunꝰ: & vtz sint guerre future an nõ in ãno quẽ reuoluis. Sili⁹ de pace dicẽdũ. Et q̃lis sit statꝰ regũ vel ꝑncipũ diuitũ seu magnatũ futurꝰ. Sili⁹ & ppꝰ atq; viliũ religiosoꝝ & vniuscuiusq; i suo eẽ vniuscuiusq; gẽtis vir ꝑm bonum ritꝰ. Scit sili⁹ qd de terrena scẽtib⁹ sit futuꝝ vtz ex eis abũdãtia vl penuria expectet q̃ꝫ ex eis sit eaꝝ futuꝝ aut vile seu mediocri ꝓcio habitu rũ put in capło de ptib⁹ suo loco dicet. Per reuolutionẽ. n. natiuitatuꝫ sciunt accõta cuiuslibet nati in anno suo. Tñ cũ volueris reuolutionũ annoꝝ figũra scire taꝫ mũdi q̃ꝫ natiuitatũ seruabis hũc ordinẽ ꝑm q̃ tibi trado: nec est tibi negligẽdus hic liber ꝫ est tibi neẽe ipm scire atq; in mẽte tua eũ hre ꝑceteris aliꝫ libris cũ ad eũ bñ sciẽdum atq; itelligẽduꝫ grãdis sit industria vt distinguẽdo tpa ꝓcordes scripturas: ne forte credas in eo ꝓria eẽ qm̃ nõ sunt si bñ ꝓsideraueris que tibi ꝓsideranda occurrẽt. Quia ꝫ iuenias aliq̃ dictũ cũ tale qd fuerit figũ talẽ euentũ aut figũ multitudinẽ talis rei: & in illo eodẽ capło iuenias significat paucitatẽ eiusdẽ rei nõ accipias illud p ꝓrio ꝫ distingue vt ꝓcordes: q̃ vna itentio erit gñalis: altera erit pticularis: & spẽle derogat gñali. Accidit tñ aliq̃ qꝫ loquit derogãs ꝑm latitudinẽ: ꝑm orientalitatem aut ꝑm occidẽtalitatem: aut ꝑm directionez vel ꝑm retrogradationẽ & silia. Ista. n. accidẽtia variant significata nec ob hoc ꝓrianꝫ inulcẽ capła. ¶ Cuꝫ scire volueris reuolutionem anni mũdi qua hora sol ingredit primum minutum signi arietis. s. a primo secũdo eiusdez minuti vsq; in. 4. ad plus vsq; ad. 5. secũduꝫ ipsius. Et cũ hoc inueneris ingressione certissima equabis planetas & domos ad illã horã atq; ad minutũ eiusdẽ horæ. Inuenies q̃ꝫ ascẽdens q̃ꝫ certius poteris: & cõstrues. 12. domos ꝑ gradus suos & minuta ad minutuꝫ illius horæ put melius & certius queris. Equabis sili⁹ oẽs planetas ad idẽ minutũ ipsius horæ: & inuenies certissime loca ipsoꝝ ꝑ gradus & minuta sili⁹ atq; secũda vniuscuiusq; ipsoꝝ ne incidas in aliquẽ errorẽ. Et ꝓsiderabis eẽ ipsoꝝ qualiter. s. sint dispositi & in qb⁹ domib⁹ & in qb⁹ signis sint. Et qui eoꝝ sint directi & qui retrogradi: & qui stationarij: & qui veloces cursu & qui tardi: & vtrũ alig eorum sint septẽtrionales vel alig meridionales iter se vel a via solis. Nam cuꝫ planeta fuerit septẽtrionalis ab altero dicit ire sup eũ siue fuerit de supioribus siue de inferioribus: ille qui fuerit septẽtrionalis ab altero dicit ire super euꝫ. Sili⁹ & si fuerint meridiani ille qui fuerit minus meridionalis dicit ire super illuꝫ qui fuerit magis meridionalis. Et qualiter vnus eorum aspiciat alium vel qualiter aspiciat ab eo: & qualiter ꝑiciat vnus radios suos super corpus vel radios alterius: & qualiter aspiciant angulos: quoniam boni aspectus significant bonũ: mali aũt ecõtrario. Et cũ hoc feceris videbis sili⁹ qõ signum sit ascẽdens: quoniã tũc poteris accipere dñm anni atq; significationẽ vniuersitatis vulgi a dño signi ascẽdentis nisi aliud impediat qõ priuet dñm ascẽdentis dominio anni. Nec tamẽ credas semper dominũ ascẽdẽtis revolutionis forte dñꝫ ãni absolute sicut aliq̃ vident velle dicẽ vt leuius expedirent sed accipies eum ꝓout iseriꝰ tibi dicã.

¶ Capłm primũ qualiter iueniat dñs anni.

Postq̃ certificatꝰ fueris ad vnguem de tpe introitꝰ solis in arietẽ put dictũ est: & de ascẽdẽte ipsiꝰ introitꝰ & de oib⁹ aliis domib⁹ & de locis planetaꝝ: vide qꝫ planeta sit ꝓprius ascẽdentis: & qualiter ipse sit dispositꝰ & vbi fuerit. Nam si fuerit directꝰ & liber a combustione fueritq; in ascendente trib⁹ gradib⁹ ante lineã vel quatuor post non queras alium qm̃ ipse erit dominꝰ anni seu revolutionis: & significator eẽ vulgi & nihil aliud poterit eũ priuare dñio illo. Si vo fuerit retrogradꝰ vel cõbustꝰ iaz nõ potest eẽ dñs anni: seu revolutionis: qm̃ planeta retrogradus vl cõbustꝰ nõ põt eẽ dñs ãni: annichillat. n. virtꝰ eiꝰ nisi ex maxima causa que rarissime põt euenire. Quere tunc dñium ab exaltatione. Nam si fuerit signum ascendens exaltatio alicuiꝰ planete quere dominatorem ab illo: qm̃ si fuerit in gradu ascendentis vel trib⁹ gradib⁹ ante vel. 4. retro ipse erit dñs anni vel revolutionis: & significator esse vulgi si fuerit liber ab impedimentis supradictis. Si vero fuerit impeditꝰ vt dixi de domino ascendentis non erit dominus anni siue revolutionis. Si quidem non fuerit exaltatio alicuiꝰ planete vel si fuerit & nõ poterit dñs exaltationis esse dñs anni: quere tũc dñatorez a sole si fuerit revolutio in die vel a luna si fuerit in nocte: qm̃ luminare cuius fuerit auctoritas si habuerit aliquã dignitatẽ in ascẽdente erit dñs anni vel revolutionis. Nõ si iterum luminare cuiꝰ fuerit auctoritas non poterit esse dñs anni quere tũc significatorem a domino termini: qui si fuerit in ascẽdente trib⁹ gradib⁹ antelineam vel. 4. retro & fuerit liber ipse erit dominꝰ anni. Et si nõ poterit iterũ dominꝰ termini esse dominꝰ anni q̃re tũc dñatorem a dño triplicitatis predicto modo quez dixi tibi de alijs. ¶ Et si nõ fuerit aliquid de his que dixi tibi de dño domꝰ vel exaltationis ascendẽtis vel termini vel triplicitatis vel luminaris cuius fuerit auctoritas. s. solis in die & lune in nocte: quere tũc dominatorẽ anni vel revo-

lutionis a dño decimi: z vide si dño decime domus fuerit in decimo vel trib⁹ gradib⁹ ante vel q̃tuor retro nec fuerit retrogradus vel cõbustus ipse erit dño anni seu reuolutiõis z significator eẽ vulgi z rustico rũ. Si aũt dño decime dom⁹ fuerit retrogradus vel cõbustus vel alias ipedit⁹ ita q̃ nõ possit eẽ significator q̃re tũc dñatorẽ a dño exaltatõis decime dom⁹ si fuerit exaltatio alicui⁹ planete: qui si fuerit in decimo liber ab ipedimẽtis predictis z fuerit trib⁹ gradib⁹ tñ ante lineã decime dom⁹ vel q̃tuor tñ retro ipse erit dño anni z significator esse vulgi. Si aũt nũ fuerit exaltatio alicui⁹ planete vel si fuerit z dño exaltationis nõ poterit esse dño anni q̃re tũc a luminari cui⁹ fuerit auctoritas: qm̃ si fuerit ibi z habuerit ibi aliquã dignitatem ip̃m erit dño anni. Si itez̃ luminare cui⁹ fuerit auctoritas non poterit esse dño anni quere tunc dñatorez̃ a dño termini gradus decime dom⁹: qui si fuerit in gradu decime dom⁹ vel tribus gradib⁹ ante vel quatuor retro z fuerit liber ab impedimẽtis ipse erit dño anni z significator esse vulgi. Quod si iteruz̃ dño termini nõ poterit esse dño anni quere tunc dñatorem a dño triplicitatis decime domus qui si fuerit in linea decime dom⁹ vel trib⁹ gradibus ante vel quatuor post ipse erit dño anni z significator esse vulgi seu rusticoz̃. ¶ Si aũt nõ poteris hr̃e significatorem ab ascẽdẽte vel a decimo quere ip̃m per illum eundẽ modũ quẽ dixi tibi de primo z decimo a septimo. Et si nõ poteris hunc habere a septimo quere ip̃m per illum eundez̃ modũ a quarto. Et si itez̃ non poteris illũ habere a quarto quere ip̃m per illũ eundem modũ ab. 11. Et si itez̃ nõ poteris eum hr̃e ab. 11. quere ip̃m per illũ eundẽ modũ a. 9. Et si iterum nõ poteris eũ hr̃e a. 9 quere ipsum per illũ eundem modũ a. 5. Et si itez̃ nõ poteris euz̃ hr̃e a. 5. novissime q̃re ip̃m a tertio incipiendo semp a domino dom⁹: deinde a dño exaltatiõis: postmodũ a luminari cui⁹ fuerit auctoritas: deide a dño termini: vltimo a domino triplicitatis. Et visuz̃ est cuidã ex antiquis⁹ q̃ possis hoc idẽ facere per dom̃ faciei. Et qualẽcũq̃ planetã inueneris in aliquo p̃dictoz̃ locoz̃ post casum predictoz̃ significatoz̃ a dominio anni si habuerit ibi aliquã dignitatez̃: z si habuerit ibi faciem tm̃: z fuerit liber ab ipedimẽtis vt dictum est de alijs ipse erit dño anni seu reuolutionis. Et si fuerint plures planete in aliquo predictoz̃ locoz̃ ille qui fuerit autẽtior seu almutẽ per multitudinem fortitudinũ in loco illo erit dño anni seu reuolutionis. Et si fuerint equales in fortitudine ille qui fuerit magis ꝓpe lineã pferet. Et si fuerint orientales ille qui fuerit ꝓpior soli excedet aliũ. Et si ambo fuerint eque distãtes lune vel soli erit tũc pferẽdus ille qui citius mutabit̃ a gradu in quo est. Et si aliqs ex planetis predictis aspexerit aliquã ex domib⁹ notatis a trino vel sextili aspectu duob⁹ gradib⁹ ante vel trib⁹ post z habuerit ibi aliquã dignitatem ipse erit dño anni post q̃ alia predicta nõ inueneris. Et si fuerit ascẽdẽs dom⁹ vel exaltatio alicuius luminaris z ip̃m aspexerit ascẽdẽs a trino vel sextili aspectu duobus. s. gradibus ante vel. 3. post vel fuerit in scõo ab ascẽdẽte ip̃m erit dño ãni. Si aũt nõ fuerit hoc aspice dom̃ ascẽdẽtis z dom̃ exaltationis eiz̃: z vide si luminare cui⁹ est auctoritas fuerit i domo alicui⁹ eoz̃ z aspexerit eũ a trino vel sextili aspectu nec fuerit cadens ab ascẽdẽte z fuerit i loco forti qm̃ ipse erit dño anni. Et qdã pferũt luminare cui⁹ est auctas planete almutẽ. Ego aũt nõ video cãm q̃re illud sit ꝓponẽdo semp ascẽdẽs. 10. z ceteris alijs domib⁹. 10. 7°. 7. 4°. 4. 11°. 11. 9°. 9. 5°. 5. 3°. vt dictũ est. Et si non fuerit aliq̃ ex luminarib⁹ in aliquo p̃dictoz̃ locorũ vide si planeta in cui⁹ domo fuerit luminare cuius est auctas sit in aliquo illoz̃ locoz̃: qm̃ ille erit dño ãni seu reuolutiõis siue hẽat ibi dignitatẽ siue nõ. Q̃d si hoc itez̃ nõ fuerit aspice dom̃ horę illi⁹ reuolutiõis qui si fuerit i aliquo ex p̃dictis locis ipse erit dño anni seu reuolutiõis: z significator eẽ vulgi seu rusticorũ. Et semp itelligas de quolibet significatore si fuerit in linea dom⁹ in qua fuerit vel trib⁹ gradib⁹ ante vel. 4. retro p̃serẽdo semp dom̃ dom⁹ dño exaltationis z dñz exaltatiõis dño termini dom̃ termini dño triplicitatis. Dño. n. domus hz. 5. fortitudines: dño exaltatiõis hz. 4. fortitudines: dño termini hz. 5. fortitudines: dño triplicitatis hz. 3. fortitudies. Et licet dño termini hz hic tot fortitudines quot dño dom⁹ z plẽs q̃ dño exaltatiõis tm̃ illi pp excellentiã preferunt. Q̃d si itez̃ hoc nõ fuerit scito loca dñoz̃ signoz̃ in q̃b⁹ fuerint luminaria: z locũ dñi signi in quo fuerit luminare cui⁹ est auctas z mitte ip̃m in numero cũ alijs significatorib⁹: qm̃ si ceciderint oẽs significatores a dño reuolutiõis ille ex istis q̃ fuerit autẽtior p̃multitudine fortitudinũ geret vicez̃ dñi anni, saltim donec dño ascẽdẽtis vel. 10. dirigat si fuerit retro gradus vel euadet si fuerit cõbust⁹. Q̃d si itez̃ aliqd horę nõ fuerit reuertet tũc dispõ ad luminare cuius fuerit auctoritas. Et si fuerit reuolutio in nocte fueritq̃ luna sub radijs solis sol tũc geret vicẽ ei⁹. ¶ Albumasar dixit cui satis videt mihi ꝓueniens assentire q̃ significata dñi termini z dñi triplicitatis z dñi horę sunt ꝓsideranda in. 2. locis tm̃. s. in p̃ma z in. 10. domo. Et crederẽt forte alig q̃ ipse eẽt ẽrrans sibijpsi. Dicit. n. alibi q̃ eoz̃ signa ꝓsiderant in oib⁹ locis predictis sed nõ est ita. Vbi ipse dicit q̃ sunt ꝓsideranda in primo z. 10. intellexit p nãm suã. Vbi. n. ipse dicit q̃ in oib⁹ alijs locis itellexit p accidens: z sunt. 5. testimonia boni vel mali z sic vtrũq̃ imitãdũ est. Preterea si domin⁹ terminj vel triplicitatis vel horę fuerit in ascẽdente vel in. 10. z dñs ascẽdentis vel. 10. fuerit in gradu exaltatiõis sue vel in vno gradu ante vel vno retro nec poterit esse significator z aliqs illoz̃ habuerit dñium anni acqret sibi de significato dñi primi. s. domin⁹ triplicitatis tertiã ptem: dñs vo termini habebit q̃ntam: dñs quoq̃ horę septimã p̃m q̃ ip̃i fuerint sortes. In alijs vo locis nõ accidet hoc eis imo diminuit fortitudiné suã in eis. Et quãuis noluerim tibi loca z domos a q̃b⁹ põt sciri dñs anni seu reuolutiõis volo te scire q̃ ipsa nõ sunt eqlis fortitudinis. Mã ascẽdẽs z. 10. excedũt alias domos in fortitudine: septima est ifra decimã: q̃rtam est ifra septimã: vndecima ifra quartã: nona ifra vndecimã: q̃nta ifra nonã: tertia ifra q̃ntam. Vnde p̃m domum a qua fuerit accept⁹ dñs anni p̃m illaz̃ erũt significata fortiora vel debiliora in ãno illo seu medietate vl q̃rta illa in regionibus super quibus fuerit reuolutio illa. Quare oportebit te considerare p̃m partem climatis in quo fueris vel cui⁹ fuerit reuolutio. Põt enim esse reuolutio que nõ est annus sicut quando reuoluit ann⁹ p̃m medietates vel p̃m q̃rtas. ¶ Restat ergo q̃ testimonia p que sciunt significata i his locis sunt. 4. quoz̃ primũ est dñs dom⁹: scdm dominus exaltationis: tertiuz̃ est luminare cui⁹ est auctoritas: quartũ est planeta almutem in loco a quo accipit reuolutio: per naturaz̃ z locũ circuli in horа illa qua reuoluit ann⁹. Postq̃ nõ poteris ꝓcedere per

dñm ascẽdẽtis vel per dñm exaltatiõis eius vel per luminare cuius fuerit auctoritas: vide si aliqđ ex eis fuerit in aliquo angulorum post casuz predictorum fueritqz in gradib⁹ cuspidis vel. 2. gradibus ante vel tribus post nec fuerit impeditus ipse erit dñs anni. Et si planeta almutẽ fuerit impeditus ita qꝫ nõ possit esse significator: tũc accipe pro significatore planetam in cui⁹ domo fuerit luminare cui⁹ est auctoritas si fuerit aptus recipe significationẽ. Et si nõ fuerit apt⁹ recipere significationẽ seu dñium anni tũc reuertit dispositio atqz dñium anni ad luminare cuius est auctoritas post casum oium ꝓdictoꝝ. Et si aliqđ ex luminarib⁹ cõmiserit disponẽ suã dño ascẽdẽtis ipse erit dominus anni seu reuolutiõis nec oportebit te aspicere aliũ. Videbis etiã postqz videbit tibi inuenisse dñm anni si ipse fuerit in domo alicui⁹ planete z luctus fuerit ei ex aspectu laudabili qm̃ dat ei virtutẽ suã z efficit ille dño ãni si fuerit in optimo loco ab ascẽdẽte: z eo fortius si aliqđ luminare aspexerit eos vel alteꝝ eoꝝ vel dño dom⁹ in qua fuerit luminare. Et posset etiã eẽ sol dño anni cũ ipse sit recipiẽs atqz colligẽs lumina seu fortitudines planetaruz vt si fuerit reuolutio in nocte z planeta qui oz esse dño anni fuerit nocturnus z fuerit sub radijs solis. Et si oia ꝓdicta defuerint reuertet dispõ seu dñuz ãni ad dñm ascẽdẽtis q̃lecũqz fuerit ei⁹ esse z in quocũqz loco fuerit. ¶ Et qm̃ esset tibi difficile cũcta que dicta sunt semp penit⁹ itueri abbreuiabo tibi regulaz aliquãtulũ: z repilogabo tibi ꝓsiderationes z modos gbus debes inuenire significatoreꝫ seu dñm anni siue reuolutionis. Et sunt. 12. modi z. 54. ꝓsiderationes. Prim⁹ modoꝝ est vt ꝓspicias dños domoꝝ a gb⁹ regrif dño anni. Secũdus est vt ꝓspicias dños exaltationis eaꝝ. Tert⁹ vt ꝓspicias luminare cui⁹ est auctoritas. Quart⁹ vt ꝓspicias dños terminoꝝ eoruz. Quint⁹ vt ꝓspicias dños triplicitaꝝ eaꝝ. Sextus vt ꝓspicias almutẽ sup loca illa. Septim⁹ vt ꝓspicias dñm horę reuolutionis. Octau⁹ vt ꝓspicias planetam in cuius domo fuerit luminare cui⁹ est auctoritas. Nonus vt ꝓspicias si aliqs planetaruz aspiciat ascẽdens. Decim⁹ vt aspicias vtrũ sit ascẽdens reuolutionis dom⁹ vel exaltatio alicui⁹ luminariũ z luminare aspiciat illud. Undecim⁹ vt aspicias si luminare cui⁹ est auctoritas fuerit in domo dñi ascẽdẽtis vel dñi exaltatiõis ei⁹. Duodecim⁹ vt ꝓspicias dñm domus in qua fuerit planeta in cuius domo fuerit luminare cuius est auctoritas quale sit eẽ ei⁹. Possent tandem haberi alij gdaz modi sed hij sunt priores z principaliores.

¶ Epilogus.

QUotiens vo sunt. 54. vt dictũ est: quaruz ꝑma est dños gradus ascẽdẽtis. Scõs est dño exaltationis gradus ascẽdẽtis. Tertius est luminare cui⁹ est auctoritas. Quarta dño termini gradus ascẽdẽtis. Quinta est dño triplicitatis gradus ascẽdẽtis. Sexta est dño gradus decime domus. Septima vo est dño exaltationis eius. Octaua est luminare cui⁹ est auctoritas gradus decime dom⁹. Nona est dño termini gradus decime dom⁹. Decima est dñs triplicitatis gradus. 10. dom⁹. Undecima est dño gradus 7. dom⁹. Duodecima est dño exaltatiõis ei⁹. Tredecima est luminare cui⁹ est auctoritas gradus. 7. domus. Quartadecima est dño gradus termini. 7. domus. Decimagnta est dño triplicitatis eiusdẽ. Decimaserta est dño gradus. 4. domus. Decimaseptima dño exaltatiõis eiusdẽ. Decimaoctaua est luminare cui⁹ fuerit auctoritas gradus. 4. dom⁹. Decimanona est dño gradus termini. 4. domus. Uigesima est dño triplicitatis eiusdez. 21. est gradus. 11. dom⁹. 22. est dño gradus exaltatiõis ei⁹. 23. est luminare cuius fuerit auctoritas gradus. 11. dom⁹. 24. est dño termini eiusdẽ. 25. est dño triplicitatis ipsi⁹. 26. est dño gradus. 9. dom⁹. 27. est dño exaltatiõis ei⁹. 28. est luminare cui⁹ est auctoritas gradus. 9. domus. 29. est dño termini gradus. 9. dom⁹. 30. est dño triplicitatis ei⁹ 31. est dño gradus. 5. dom⁹. 32. est dño exaltatiõis ei⁹ 33. est luminare cui⁹ fuerit auctoritas. 34. ẽ dño gradus termini ei⁹. 35. est dño gradus triplicitatis eius 36. est dño gradus. 3. dom⁹. 37. est dño exaltatiõis ei⁹ 38. est luminare cui⁹ est auctoritas. 39. est dño termini ei⁹. 40. est dño triplicitatis gradus illi⁹. 41. est planeta almutẽ in gradu dom⁹ a qua suscipit dño anni seu reuolutiõis. 42. est planeta g fuerit magis ꝓpe lineã dom⁹ si planete fuerit eq̃les i fortitudine. 43. ẽ planeta orientalis q fuerit magis ꝓpinqu⁹ soli. 44. est planeta g velocꝫ mutat a gradu i quo est qñ plures fuerint orientales. 45. est planeta g magis aspexerit gradum dom⁹ significantis dñium anni. 46. est qñ fuerit ascẽdens dom⁹ vel exaltatio alicuius luminaris z illud luminare aspexerit ascẽdẽs a trino vel sextili aspectu vel fuerit in. 2. 47. est planeta in cui⁹ domo fuerit luminare cui est auctoritas. 48. est qñ aliqđ ex luminarib⁹ cõmiserit disponem dño ascendentis. 49. est quãdo dño anni cõmittit disponem alicui ex planetis. 50. est dño horę illius reuolutiõis 51. est dñi signoꝝ in gbus fuerint luminaria. 52. dño signi in quo fuerit planeta in cuius domo fuerit luminare. 53. quãdo planeta qui debuerit eẽ significator fuerit sub radijs solis. 54. est planeta mutans figuram z est ille qui citius mutat de signo in signuz in reuolutione anni mundi aut qui fuerit orientalis z citius fiet occidentalis vel qui fuerit ad graduz in quo erat tunc luna vel ad gradum ascendentem excepta luna.

¶ Capm. 2. de inuentione significatoris regis.

POstqz inueniti dñm anni seu reuolutionis g vulgi seu significator rusticoruz appellat. Restat tibi adhuc regis significatorẽ inuenire quoniam z ipm in reuolutionibus annoꝝ mundi considerare valde oportunũ est. Quem in hãc modũ poteris inuenire. Aspice dñm decime domus figure reuolutionis anni quẽ reuoluis vtrũ sit liber a cõbustione retrogradatione casu z alijs impedimẽtis supradictis: g si sic fuerit z fuerit in cuspide. 10. dom⁹ vel tribus gradib⁹ ante aut gnqz post ipse erit significator regis absqz dubio operare per ipsum z non queras alium. Si aũt inueneris eum impeditum aliquo ex predictis impedimẽtis iam nõ erit significator. Quere tunc significatorem a dño exaltationis signi decime domus si fuerit exaltatio alicuius planete qui si fuerit liber vt dixi de dño dom⁹ z fuerit in cuspide decime domus vel tribus gradibus ante aut quatuor post ipse erit significator regis. Si aũt fuerit impeditus non erit significator eius. Quere tũc significatorem a sole qui si fuerit liber z saluus vt dixi de alijs z fuerit in cuspide, decime dom⁹ vel. 3. gradib⁹ ante aut. 5. retro ipse erit significator regis. Si aũt nõ fuerit ita iam non erit significator. Quere tũc ipsum a planeta qui fuerit almutem in signo decime domus pre multitudine dignitatum. Qui si fuerit in cuspide decime domus vel. 3. gradibus ante vel. 5. post liber z saluus ipse erit significator regis. Si aũt

fuerit

fuerit impeditus nō poterit esse significator. ¶Albumasar vero ꝓponebat solem dño exaltatiōis. Si vō nō inueneris aliqō istorū quere tunc significatorem a planeta q fuit in cuspide decime domus vel. 3. gradibus añ vel. 4. post ⁊ fuerit alias liber ⁊ habuerit ibi aliquā dignitatē: qm̄ ipse erit significator regis. Si vero fuerit impeditus nō erit significator regis. Si aūt nō habuerit ibi dignitatē ⁊ fuerit in cuspide vel. 2. gradibus añ aut. 3. post: vel fuerit dñs domus in quam ceciderit pars regni fuerit liber ⁊ saluus ab impedimētis supradictis ipse erit significator regis. ¶Ō si hoc itez nō fuerit dixit albumasar q̄ si fuerit medium celi domus solis: ⁊ sol in cuspide sua nō remotus nec cadēs ipse erit significator regis: ⁊ similiter cum fuerit in ascendente receptus a marte ⁊ leo in medio celi: q̄ erit ascendēs tūc scorpio. Et dixit cū fuerit mediū celi aries ⁊ sol in cuspide sua ꝑm q̄ oīpi ⁊ mars cadens ab eo ipse erit significator regis: ⁊ si aspexerit martē erit particeps significatione. Et dixit si mars fuerit in loco suo fortis bonūq; fuerit esse suum solq; iūctus fuerit ei erit mars significator regis ⁊ eo dignius si fuerit in capricorno ⁊ sol iunctus fuerit ei ex medio celi. Et dixit q̄ si euenerit casus eius in medio celi aut in angulo ab ascēdēte ꝓiecerit q; radios suos ad ipm̄ sol erit dignior significatiōe. Et similiter cū fuerit sol in angulo medij celi vel ceteris locis aspiciētib⁹ mediū celi aspectib⁹ amicitatis subaudi: ⁊ fuerit dñs medij celi erit dignior significatiōe.

¶Capitulū. 2. qm̄ dños anni efficit significator regis.

QUod si non inueneris sicut dixi tibi vñ si dños 10. fuerit domus vel exaltatio dñi anni ⁊ ipse aspexerit eā a quocūq; aspectu ꝓter q̄ ab oppositiōe erit ipse dñs anni seu significator vulgi significator regis. Ō si hoc itez nō fuerit aspice si dños anni iungatur cū dño. 10. domus vel cū dño exaltationis eius de tali loco q̄ recipiat eū dñs. 10. qm̄ cōmittit ei dispositionē: efficit q; dños anni significator regis. Etiā si dños. 10. domus fuerit in domo vel in exaltatiōe dñi anni itaq; recipiat ab eo dños. 10. dom⁹ cōmittit dispositionē dño anni: nō enim fieret dñs anni significator regis nisi dños. 10. cōmitteret ei dispositionē suaz: q̄ si hoc itez non fuerit aspice si sol fuerit dñs anni: ⁊ ⁊ vtrūipse habeat aliquā dignitatez in. 10. vel fuerit dños. 10. sub radijs solis siue sit combustus a cōbustione siue nō dūmodo non appareat de sub radijs erit sol significator regis ⁊ maxime in regiōe in qua hoc fuerit. ¶Et dixit albumasar si cōmiserit sol dispositionem dño ascītis ⁊ fuerit ei aliqō testimoniuz in medio celi erit dños ascendētis significator regis. Et dixit q̄ si fuerit mediuz celi aliqua domoꝝ saturni aut signum exaltatiōis eius ⁊ fuerit in cuspide sua liber a cōbustione saturnus erit significator regis. Et dixit ⁊ si nō fuerit soli testimoniū in medio celi: aspice dñm medij celi ⁊ dñm exaltationis sue quis eoꝝ fuerit fortior ⁊ plus testimonio ⁊ melioris cē ⁊ plus collectione ac receptiōe luminū planetaꝝ ⁊ melioris casus ex medio celi: q; ipse erit significator regis. Et si ceciderint dños medij celi ⁊ dños exaltatiōis ei⁹ ⁊ sol ab aspectibus ⁊ fuerint mali esse nec inueneris aliqō ex predictis vide fialiqa planetaꝝ aspiciat aliquē ex predictis significatorib⁹ nō aspiciētibus decimā ⁊ aspiciat ipse decimā: ita q; releuet lumē illi⁹ ad illud: qm̄ hoc confortabit eū sup dispositionez regis ⁊ efficiat fīgor regis ille cuius lumē fuerit sic deportatū ad decimā reuolutionis illius. Si aūt nihil hoꝝ inueneris reuertere tūc ad dñm anni ⁊ ad dñm decime ⁊ ad solē ⁊ quem eoꝝ inueneris fortiorē aut minus debilē vel melius dispositū aut minus male aut meliori loco a decima vel minus malo hunc pone significatorez regis. ¶Et dixit albumasar cū fuerit sol dñs ascendētis erit mediū celi taurus. Et si fuerit venus sub radijs eius sol erit significator regis q: dñs medij celi est sub radijs. Si aūt fuerit venus egressa de sub radijs in lumine suo ipsa erit dignior significatiōe erit. n. in ascendēte aut in domo ex qua aspiciat decimā: ⁊ eo melius si fuerit in domo vel in exaltatiōe sua. Et dixit cū fuerit venus in fine anguli ⁊ pulsauerit fortitudinem suā soli q; non poterit esse: nisi cū fuerit ei coꝛporaliter iuncta: tūc si fuerit venus dña medij celi iā pulsauit fortitudinē suaz soli ⁊ erit sol significator regis. Et dixit anguli planetaꝝ sunt vniuersitas equationis eoꝝ veritatis seu certitudinis: ⁊ hoc acceptuz est diametris circuloꝝ eorum brevium.

¶Capm. 3. qm̄ dños ascendentis est dños anni vñ scire esse regis ⁊ eius auxiliatoꝝ ⁊ vulgi ⁊ quorūdam hominum tam religiosoꝝ q̄m̄ secularium.

INuento aūt significatore anni seu revolutiōis ⁊ significatore regis restat inuenire significatorem aliaꝝ diuersaꝝ psonaꝝ: ⁊ ēt vnde aspiciant significatores regis. Ō poteris scire vt ait albumasar ex saturno ⁊ ex sole ⁊ ex decima ⁊ ei⁹ significatore. Cūm si videris istos quatuor bñ dispositos annūcia ex toto ⁊ vndiq; bonū esse regis. Si aūt inueneris eos impeditos annūcia ex toto ꝛrium. Ō si inueneris alterum liberꝝ ⁊ alterꝝ impeditum iudica ꝑm q̄ videris de impedimento seu liberatiōe: sed saturnus est maioris significati q̄m̄ aliquis eoꝝ taz in bono q̄m̄ in malo ꝓter significatorē regis ⁊ significata solis sunt infra significata saturni ⁊ significata dñi decime sunt infra significata solis in hoc casu.

¶Qualiter aspiciatur militibus regis.

ET dixit q̄ debes aspicere milites⁹ regis ex. 11. ⁊ eius dño vnde si videris. 11. aptū ⁊ eius dominum bene dispositum ⁊ martē annuncia esse etiā militum regis bonū. Si aūt videris illud ineptum ⁊ eius dñm impeditū ⁊ martem sibi annūcia ꝛrium eius q̄ dixi. Si autē dños. 11. vel mars fuerit impeditus ⁊ alter fuerit liber annuncia eoꝝ esse mediocre.

¶Qualiter aspiciatur diuitibus ⁊ magnatibus qui sunt infra regem.

SSe aūt diuitum ⁊ magnatuz qui sunt infra regem: accipias exioue ⁊ particip̄em fac dñm in cuius domo fuerit ipse quē si inueneris forte ⁊ bene dispositum annuncia bonum esse ipsoꝝ. Si autē inueneris eum male dispositum annuncia ꝛrium.

¶Qualiter aspiciatur episcopis ⁊ alijs clericis secularibus.

EPiscopis vero ⁊ alijs clericis secularib⁹ ⁊ pape ⁊ cardinalibus ⁊ etiaz legistis ⁊ decretistis atq; consiliarijs: aspicies exioue ⁊ dño domus eius ⁊ ex nono ⁊ dño eius: quos si inueneris liberos ⁊ bene dispositos annuncia ipsoꝝ bonum esse. Si autez inueneris alium fortem ⁊ aliū debilem ꝑm debilitatem vel ꝑm fortitudinem quaz inueneris mediocritatem annunciabis.

¶Qualiter aspiciatur militibus regis ⁊ auxiliatoribus ipsius ⁊ portatoribus armorum.

MIlitibus ⁊ auxiliatoribus regis ⁊ portatoribus armorum causa lucrandi ex bello: aspicies ex marte quem si inueneris bene dispositum annuncia bonum esse ipsorum. Si autem inueneris eum male dispositum annuncia contrarium.

¶Qualiter aspiciatur religiosis regularibus.

Religiosis vero regularibus deo seruientibus z qui ad hoc positi sunt vt deo seruiãt: nec credas quelibet cappatũ religiosum: sed q se z sua deo dedicauerũt inter quos cõnumera monachos z maxime induẽtes nigras vestes z senibus z decrepitis z vilibus grauibus opibus vtẽtibus vt sunt fossiones seu fossores z similes: aspices ex saturno quez si inueneris liberz fortunatũ. s. atq; fortem annũcia bonum esse supradictorum: si autem inueneris cõtrario annuncia contrarium.

¶Qualiter aspiciatur mulieribus.

Si aũt mulierz accipies ex venere z ipsius loco quã si inueneris bñ dispositã annuncia bonum esse mulierz z maxime iuuenculaz: si aũt inueneris eam male dispositam contrarium nunciabis.

¶Qualiter aspiciat mercatorib⁹ z merçariorib⁹ ꝛc.

Si quidem mercatorz z merçariorz z pictorz z scribaz z iudicũ z sapientũ z doctorz z maxime quadruialiũ z puerorz z adolescentiũ z similium: accipies ex mercurio quẽ si inueneris liberz z bene dispositũ annũcia eoz esse bonum: si aũt inueneris eũ impeditũ iudica ꝓrium. Variatur tñ esse mercatorum ab esse aliorz: qm̃ aspicitur eis ex dño anni z ex ascendẽte z eius dño z ex luna z ex ioue sicuti ex mercurio sed mercurius z iupiter prevalent alijs in significato mercatorum.

¶Qualiter aspiciatur vilibus z popularibus.

Vilibus z popularibus z nautis minorz nauium aspices ex luna quã si inueneris liberam ac bñ dispositam annuncia eoz esse bonũ: si aũt fuerit impedita annuncia ꝓrium. Et in oĩbus supradictis sac participez dñm anni z dñm domus in qua inueneris significatorẽ cuius significatũ queris: z cõmisce eos simul: z vide qualiter mozant z qualiter cõiungũtur. Nam si oẽs fuerint liberi fortunati. s. atq; sortes hoc est planeta naturaliter significans rẽ z planeta in cuius domo ipse fuerit z dñs anni iudica vndiq; bonuz sup significato qõ queris. Si aũt omnes fuerint salui z vnus impeditus iudica plus boni q̃ mali. Si vo fuerint impediti z vnus saluus iudica plus mali q̃ boni: z ꝑm q̃ fuerit eoz liberatio vel eorum impedimentũ maius vel minus z ꝑm ascẽdẽs qõ tunc fuerit ꝑm illud iudicabis augmentuz vel diminutionem boni vel mali. Nam si fuerit ascendẽs vel decima aliqua ex domibus planete significantis naturaliter significatũ quesituz vt si querat significatum saturni vt fit ascendẽs capricornus vel aquarius vel decima. Et si querat significatuz Iouis z fit ascendens vel decima sagittarius aut pisces. Et si querat significatũ mercurij z fit ascendẽs vel decima gemini aut virgo. In venere aũt z luna secus est: naz si queratur significatuz veneris non consideraꝫ ascendens nec decima sed septima z quarta. Nam si fuerit septima vel quarta taurus vel libra nocebit vel proderit sicut nocet ascendẽs vel decima: vel ꝑdest in saturno z ioue z mercurio. Et si fuerit septima vel quarta cancer pp eaz z eoz locoz femineitatẽ. In marte vero ꝓsiderantur ascendẽs z decima pp suã masculinitatem: septima ac quarta propter suam nocturnitatem.

¶Caplm quartũ qd significet dños anni seu revolutionis in locis in quibus ceciderit hora revolutiõis.

Vmq; inueneris dñz anni seu revolutiõis atq; significatorem regis z ceterorz quorũz significatorez cõsiderantur in revolutionibus: consideranda sunt in isto capitulo ea que in ipa revolutiõe videãtur posse devenire: sed primo de vniuersalibus accidentibus anni ꝑter partem terrenascentiuz z similia de qbus suo loco z tpe alias dicẽ. ¶Vide igit in quo loco dñs anni seu revolutionis in hora qua revoluitur annus ceciderit in figura quã erigis: qm̃ si ceciderit in ascendẽte vel in locũ amicitie ascendentis significat bonũ z gaudium z tranquillitatem ꝑsonis illius climatis z illius regionis ꝑm naturã domus in quam ceciderit ꝓout alias dx. Si vo ceciderit in locum inimicitie ascendẽtis significabit impedimentum iram z ꝓrietatem: z eo fortius si dñs anni fuerit dñs ascendẽtis. Mã si ceciderit in sexta que est de domibus inimicantibus ascendẽti accidẽt hoibus illius regiõis infirmitates in eoz corporibus z damnũ in animalibus minutis que nõ equitant: z eo fortiꝰ si fuerit domus illa signũ significans tale subiectuz. Si aũt ceciderit in septima accidẽt illius ꝓrietates z susurratiões z guerre. Si vo ceciderit in duodecima accidẽt illis inimicitie atq; proditiões: z oia hec accident ꝑm naturã z substãtiã signi in quo fuerit significator. Et nõ solum hz hoc locum in dño ascendẽtis sed hz ẽt locum in dño exaltatiõis z termini atq; triplicitatis z ceteris alijs significatoribus revolutiõis sed erunt significata aliorz infra significata dñi ascendentis ꝑm esse vniuscuiusq; ipsorz sive bona sive mala sint eorũz significata: z eo fortiora erunt significata mala si cõtigerit q̃ dñs anni seu revolutiõis sit retro gradus licet rarissime hoc cõtingat: tñ posset esse tanta mala dispositio planetarz q̃ de necessitate oporteret dñm anni esse retrogradum: z tunc indiget amini culo alterius planete q̃ eleuet ipm z reddat lumẽ eiꝰ ad ascendẽs vel fiat redditus de planeta ad planetaz vsq; dum inueniaꝫ planeta qui reddat lumen eius ad ascendẽs vel decimam si fuerit significator regis.

¶Capitulum. 5. in scientia accidentiũ que ventura sunt in anno z in qbus partibus euenire debeant.

Licet sit difficillimum posse videre in qbus partibus z in qbus regionibus z in qbus climatibus euenire debeãt accidẽtia que futura sunt in revolutione seu anno quez revoluis: videt mihi tñ conueniens fare nec omittere q̃ exinde sciri põt. Et ego dicã tibi quedam p que aligd tñ percipere poteris nutu dei: nõ enim possum oia tibi ad plenũ propter maximã ciuitatum z regionũ confusionem dare intelligere. Ciuitates enim antique seu ville atq; castra z alie habitationes ciuitatibus equipollentes in climatibus fine nouiter compositis ab euẽtu dñi sunt. 1834. prout a quibusdã sapientibus antiquis recitatum inueni. ¶Ex quibus dixit messaha la indus q̃ sunt. 12. excedẽtes alias in magnitudine de quib⁹ in primo climate sunt due deputate saturno. In scõo sunt due deputate Ioui. In tertio sunt due deputate marti. In quarto sunt due deputate soli. In qnto est vna deputata veneri. In sexto sunt due deputate mercurio. In septimo est vna deputata lune. ¶Vnde cũ volueris scire accidẽtia que ventura sunt in regione in qua fueris ex revolutiõe seu anno quẽ revoluis notabis ascendẽs ꝑm ascensiões ciuitatis seu regionis in qua fueris: z vide vsq; quã tum ad occidentem: quoniam tantum extendetur significatum illud dñmodo ascendens non suscipiat alterationem: ita q̃ expiret transeundo quinq; gradus dando vnicuiq; gradui. 53. miliaria z quidam ad miliarium quo metiti sunt sapientes antiqui qõ est. 4000. cubitorz ꝑm cubitum equalem: z tantum extendetur significatum quantũ est ex natura ascen-

dentis. Vt si fuerit ascendēs .5. gradus alicuius signi durat significatus illius ascendentis versus orientez vsqz ad gnqz gradus post illos quinqz qui iaz transierunt lineā: z versus occidentē vsqz ad tres gradus de illis quinqz qui iā sunt vltra lineam ascendentis z sic extendet illud significatum a loco in quo fueris versus orientē per. 265. miliaria: z versus occidentez per. 159. miliaria: z sic fient inter oia miliaria. 424. z tātum extendet significatum: licet forte aliqñ reperiatur hoc ꝑm magis z ꝑm minus ꝓout planete aspexerint locum vel partem vel planetā significantez rem. Tu aūt ex industria tua considera illud z ꝑm lōgitudinem z ꝑm latitudinē: qñ posset esse aliquādo q extenderet significatū. 90. gradus ante z. 90. retro: z totidem dextrorsum: z totidem sinistrorsum. Arbitrandum tñ est tibi ne regio sit taliter dispōsita q impediat hoc exitum alicuius partis seu bono seu malo: qñ si bonus fuerit situs particularis regiōis augmentabit bonū z diminuet malus sicuti sunt mōtes valles lacus paludes z similia loca regionē alterantia. ¶ Hoc idem seruabis in oibus climatibus terriz z regionibus ꝑm sua ascendentia z ꝑm suas diuisiones z ꝑm sua oriçonta.

¶ Cap'm sextum qualiter terra diuidatur in duas diuisiones primas.

NAm terra diuidit in duas diuisiōes primas: quarū vna est ex quarta orientali z ex quarta meridionali: qñ caliditas earum in qua conuenīūt associat eas z facit vnam sapere naturā alterius. Secunda est ex quarta occidētali z ex quarta septrionali: quoniam frigiditas earum in qua ꝓueniunt associat eas z facit vnam sapere naturam alterius.

Capitulum septimum qualiter diuiditur ꝑm tres alias diuisiones secundas.

ITem subdiuiditur terra in tres alias diuisiones secundas in superiorem. s. mediam z inferiorem. Et ille tres diuisiones adaptātur tribus planetis superioribus saturno. s. z ioui atqz marti: z iō illis potius q̄z alijs: quoniam ab eis descendunt maiora significata q̄z ab alijs: licet enim alij participent cum eis tamen virtus illoꝝ est longe maior atqz fortior virtute inferiorū. ¶ Mā prima diuisio. s. supior que est septēriōnalis que est septimū clima z quicquid inhabitatur de terra extra climata determinata ab antiquis versus polum articum attribuit Saturno cuius particeps est luna: qđ patet per ista: qñ ꝓpter tarditatem saturni z eius tenebrositatem z illarum partium aeris grossiciem z fumositatem terre ipsarum terrestrium z grossarum massa habitantium illas regiones sunt pauce sciētie paucaqz intellectus z sunt obliuiosi: nihilominus tamen cupidi: nec regnat in eis pietas. Attamen si contingat aliquādo aliquem ex eis adherere scientijs vt multum excedet alios sicut fuit ille reuerendissimus predecessor albumasar tricas qui licet studuerit athenis fuit tñ latinus ꝑut ipse idē in tractatu agiget ꝓfitetur. Et ēt quidā alij ꝛz rari inueniant sicut fuit ¶ Michael scotus mei tpis. Et qdam alius iunior. s. Albertus teuthonicus de ordine predicatoꝝ. Os luna ꝓticipet cū saturno patet ꝓpter eoꝝ instātiam z furorē: quod accidit eis ꝓpter instantiam lune atqz ipsius instabilitatem subitāqz mutationem atqz alterationem z ꝓpter eoꝝ colores croceos z albos atqz rubeos vt multum: vt propter eorum domorum oppositionē. ¶ Scōa diuisio. s. pars media que est sextum quinqz z quartum clima attribuit ioui cuius particeps est mercurius quorum domus opponunt: z sol participat etiam cū eo in quinto z in quarto climate z in meridionali parte sexti z hoc apparet p ista: quoniam habitantes in illis regionibus vt plurimū sunt sapientiores z morigeratiores ceteris z maxime habitantes in italia si non essent multum intenti pecuniario lucro. Sunt enim ciues illoꝝ climatum boni z certioris intellectus atqz ꝓfundi z acuti ingenij: z viget in eis pietas z in q̄busdam ex eis veritas z religio pluſq̄z in aliquibus alijs: z modus ꝓpheticus z accidit hoc magis in septēriōnali parte quarti climatis z in toto quinto z in meridionali parte sexti: sed in italia pluſq̄z in alijs regiōibus: licet Auicēna videatur aliud velle dicere. Nam ipse ponit maiorē temperiē sub circulo equalitatis q̄z alibi: ipse tamē non fuit locutus tanq̄z astrologus sed tanquā medicus z ob hoc fuit deceptus in opinione sua. Quod mercurius sit particeps cum eo patet ꝓpter acuitatem eorum ingenij quod est aptum ad omne misterium addiscendū z exercendum z ad omnem sapiētiam atqz scientiam tam mathematicaz atqz naturalem q̄z theologicam addiscendam atqz cōprehendēdam: z etiam ad omnes fabriles artes apprehendendas: licet quidam ex habitātibus in septimo climate sint apti ad quedā fabrilia magisteria. Et patet ēt ꝓpter diuersitatem cōmixtionis colorum ipsoruz ex albo rubeo nigro z similibus: z qr domus eoruz sunt cōmixte atqz composite: z ꝓpter temperatam caliditatem atqz ꝓuenientem subtilitatem aeris illorum climatum z fumositatem terre mediocrem. Et q̄ sol particip̄et cum eo in climatib⁹ supradictis patet per hoc quoniam sciunt pre ceteris alijs per modum regiminis dominari: nouerunt etiam pre alijs hominibus rethoricam z ethicam atqz politicā: z est ista diuisio excellens omnes alias diuisiōes z est melior z dignior ceteris. ¶ Tertia vō diuisio scilicet inferior que est meridionalis ab alijs que est tertiuz z secundum z primum clima attribuitur marti cuius particeps est venus quorum domus opponuntur. Et hec apparent per ista quoniā habitantes in illis climatibus sunt predones z absciſores viarum z fures: vtuntur enim turpi cultu venereo: abutūtur viris z brutis: sunt potatores z lusores ineptum modum potandi z ludendi seruantes z vt plurimum sunt bestiales in omnibus suis actibus imorigerati turpis vite z in omnibus suis actibus sunt turpes: z insulsi z procaces z inordinati victus z reprehensibilis. Quod venus particip̄et cum eo patet ꝓpter eorum cupiditatem veneris cultus z potatiōis z ludi: sed mars omnia hec reducit ad turpitudinem z ineptitudinem. Colores quoqz ipsorum vt plurimū combusti z horribiles z vt multū sunt nigri z adusti ꝓpter ꝓfundatam caliditatem z siccitatem in cuti eorum licet hoc accidat in vna regiōe pluſq̄z in alia: quod accidit ꝓpter nimietatem caliditatis radiorum solis calefacientium z exterminantium dispositionem illorum locorum z ꝓpter intensam aeris caliditatem z eius nimiam exterminatam tenuitatem: licet Alfraganus videat velle dicere q hyems sit ibi equalis complexionis: illud tamen est verum respectu nostre hyemis z nostre estatis: tantum enim distat sol ab equatore quando est in cancro quantū cum est in capricorno.

¶Capitulum octauum qualiter terra diuidatur in septem alias diuisiones.

TErum ille due ⁊ ille tres diuisiones subdiuiduntur in alias septem diuisiones ꝑm numerum septem planetaꝝ que vocãtur climata que septem planetis sic adaptant. Nam primũ clima adaptatur saturno qui est altior ⁊ superior atq; ceteris planetis tardior. Scõm vero clima adaptat Ioui q̃ subsequitur imediate saturnum in tarditate atq; in ordine circuloꝝ succedit. Tertium adaptat marti qui subsequit imediate Iouez ⁊ succedit tam in tarditate q̃ in ordine circuloꝝ. Quartuꝫ adaptatur soli qui martez in ordine circuloꝝ subsequit. Quintum adaptatur veneri qui in ordine circuloꝝ solem subsequitur. Sextum adaptat mercurio q̃ venerem in circuloꝝ ordine subsequit. Septimum vero ⁊ vltimum adaptat lune qui mercurium in ordine subsequitur circuloꝝ: qm̃ ipsa ceteris planetis inferior ceterisq; velocior: vñ quilibet planeta disponit magis super climate sibi deputato q̃ sup alijs: licet quilibet eoꝝ habeat aliqd facere sup quolibet clima te: aliqñ ꝑm magis: aliqñ ꝑz minus. Similiter ⁊ signa ꝓsunt regionibus ⁊ imprimunt in eas qõlibet ꝑm suam naturam: qm̃ ignea imprimunt magis sup regionibus calidis: terrea sup siccis: aerea sup humidis: aquatica sup frigidis: q⁊ non significant signa super partibus mundi per loca vel per eoꝝ positiõẽ: sed per eoꝝ naturam. Unde si fuerit regio cui ꝑsit signum igneũ calida accidet illud significatuꝫ fortius q̃ in frigida: temperat enim in frigida frigiditatem ⁊ qõ in humida humectat in sicca temperat siccitatẽ ⁊ ecõtra: sicuti aries leo ⁊ sagittarius que sunt prima triplicitas calefaciũt in partibus orientis: in partibꝰ septẽrioñs temperãt frigiditatẽ: quoniaꝫ sunt ignea sunt signa orientalia. Unde si fuerit ascendens aliqõ ex signis illis confortabit significatũ ⁊ augmentabit illud: ⁊ orientalis vẽtus est calidus ⁊ siccus. Et sicut taurus virgo ⁊ capricornus que sunt scõa triplicitas deficcãt in partibus meridiei: in partibus occidẽtis temperant humiditatẽ: quoniã sunt terrea ⁊ sunt signa meridionalia. Cñ si angulus decime fuerit ex illis signis ꝓfortabit significatum ⁊ augmẽtabit illud: ⁊ meridionalis ventus est callidus ⁊ humidus. Et sicut gemini libra ⁊ aquarius que sunt tertia triplicitas humectãt in partibus occidentis: in meridianis tempant siccitatem qm̃ sunt aerea: ⁊ sunt signa occidentalia. Unde si angulus septime domus fuerit ex illis signis cõfortabit significatum ⁊ augmentabit illud ⁊ occidẽtalis vẽtus est frigidus ⁊ humidus. Et sicut cancer scorpio ⁊ pisces que sunt quarta triplicitas infrigidãt in partibus septẽtrionalibus in orientalibus temperãt calliditatem: quontã sunt aquatica ⁊ sunt signa septẽtrionalia. Unde si angulus quarte domus fuerit ex illis signis ꝓfortabit significatũ ⁊ augmentabit illud: ⁊ septẽtrionalis ventus est frigidus ⁊ siccus. ¶Et etiã planete adiuuant hoc nam si fuerit significatum in septẽtrione ⁊ prefuerit saturnus illi significato adiuuabit illud facietillud magis apparere: ⁊ eo fortius si mercurius iuuerit eum ⁊ fuerit significatum frigiditatis. Et si fuerit in occidente ⁊ prefuerit iupiter augmentabit illud significatum: ⁊ eo fortius si iuuerit eũ luna ⁊ fuerit significatuꝫ humiditatis ⁊ magis facit illud apparere. Et si fuerit in partibus meridianis ⁊ ꝓfuerit mars augmẽtabitur si fuerit significatũ siccitatis ⁊ magis facit illud apparere. Et si fuerit in partibus orientalibus ⁊ ꝓfuerit ei sol ⁊ fuerit significatũ calliditatis adiuuabit illud sol ⁊ magis faciet illud apparere. Si aũt fuerit venꝰ participata temperabit aliquid calorem illum.



¶Alia diuisio terre.

ETpost has duas ⁊ has tres ⁊ has septem diuisiones iteruꝫ subdiuidit terra in alias duodecim diuisiones ꝑm numerum duodecim signoꝝ: ⁊ ꝑm transitum graduũ ab oriente ad occidentẽ. Mã aries adaptat primo climati: vnde mars qui est domus arietis ꝑest significatis illius climatis ab oriente ad occidentẽ: sed participãt cum eo oñi terminoꝝ: ⁊ est virtus oñi termini ꝓualens virtuti oñi domus in significatis particularibus reuolutionuꝫ nãtiuitatis. Iupiter cuius est primus terminus arietis disponit sup significatis reuolutionis primi climatis a principio terre habitabilis ex pte oriẽtis versus occidentẽ per 318. miliaria. Et post illũ venus per. 424. miliaria. Et post illã mercurius p. 371. milia. Et post illuꝫ mars p. 265. miliaria: ⁊ est fortis ei⁹ significatũ: tũc qm̃ habet virtutez termini ⁊ vtutẽ domus: ⁊ ita euenit de alijs. Et post illũ saturnus per. 212. miliaria. Deinde reuertit dispositio ad iouem ⁊ ad ceteros alios donec pueniat ad vltimũ habitabilis regionis versus occidentez. ¶Taurus adaptat meridionali medietati scõi climatis: ⁊ eius significatis ꝑest venus q̃ est dña tauri ab oriente ad occidentẽ: ⁊ ꝑest venus cuius est primus terminus tauri illis significatis ⁊ disponit sup eis a principio terre habitabilis ab oriẽte

versus occidentē p.424.miliaria: ꝛ erunt hūc significata illius sine ꝓticipatione alcuius: qm̄ est dña domus ꝛ dña termini: ꝛ ꝯ magis apparentia. Et post illā mercurius p.371.miliaria. Post illā iupiter per 371.miliaria. Et post illā saturnus p.106.miliaria. Et post illā mars p.318.miliaria. Post illuꝫ reuertit dispositio ad venerē ꝛ ꝑfect significatis p. 424.miliaria ꝛ sic ad ceteros dños terminoꝝ. ☾Gemini vero adaptat septētrionali medietati scōi climatis: ꝛ mercurius q est eius dña ꝑfect significatis illius medietatis ab oriēte ad occidentē: sed ꝓticipat cū eo in termino. Nā primo termio ꝑfect ipse mercurius ꝛ appebit eius significato fortis: tunc qm̄ est dña domus ꝛ dña termini p.371.miliaria. Et post illā iupiter per.318. miliaria. Et post illū venus p.371.miliaria. Et post illā mars p.318.miliariaria. Post illū saturnus per 212.miliaria. Deinde reuertit dispositio ad mercurium ꝛ sic ad ceteros vsq; in finez terre habitabilis ad occidentē. ☾Cancer adaptat meridionali medietati tertij climatis ab oriēte ad occidentē: ꝛ luna dña eius ꝑfect significatis illius climatis ab oriēte ad occidentē ꝛ ꝓticipāt cū ea dñi terminoꝝ. Mars.n. cuius est primus terminus cancri ꝑfect significatis reuolutiōis q̄ dz esse a principio terre habitabilis ex pte oriētis versus occidentez p.318.miliaria. Et post illā iupiter p 371.miliaria. Et post illum mercurius p.371.miliaria. Et post illū venus p.371.miliaria. Et post illuꝫ saturnus p.159.miliaria. Deinde reuertit dispositio ad martē ꝛ ad ceteros alios planetas vsq; dū puenia tur ad finē terre habitabitabilis ad occidentez. ☾Leo adaptat septētrionali medietati tertij climatis ab oriente ad occidentē: ꝛ sol q est eius dños ꝑfect significatis illius medietatis gnāliter: sed ꝑticulariter cuz eo dñi terminoꝝ. Maz saturnus q est dños primi termini leonis ꝑfect significatis reuolutiōis a principio terre habitabilis ex pte oriētis vſus occidēte p.318.miliaria. Et post illū mercurius p.372.miliaria. Post illum mars per.265.miliaria. Post illum venus per. 318. miliaria. Post illam Jupiter per 318.miliaria. Deinde reuertitur dispositio ad saturnum ꝛ ad ceteros planetas successiue donec pueniatur ad finem habitabilis. ☾Virgo adaptat meridionali medietati q̄rti climatis ab oriente ad occidentē ꝛ mercurius q est dños ꝑfect significatis illius medietatis ab oriēte ad occidentē gnāliter: sed ꝓticipāt cū eo dñi terminoꝝ: ꝛ ipe idē q est dños primi termini virginis ꝑfect significatis reuolutiōis q̄ dz cē a principio terre habitabilis ver occidentē. p.371.miliaria. Est post illā venus p.318. miliariaria. Et post illam iupiter per. 265.miliaria. Post illā saturnus p.318.miliaria. Post illū mars p.318.miliaria. Deinde reuertit dispositio ad mercurium ꝛc. vt dictū est in in alijs. ☾Libra adaptat septētrionali medietati q̄rte climatis ab oriēte ad occidentē ꝛ venus q̄ est eius dña ꝑfect significatis illius medietatis gnāliter ab oriēte ad occidentē sed participant cū ea dñi terminoꝝ. Nā saturnus q est dños primi termini libre ꝑfect significatis reuolutiōis q̄ dz esse a principio terre habitabilis ex pte oriētis vſus occidentem p.318.miliaria. Et post illū venus p.265.miliariaria. Et post illā mercuriꝰ p.265.miliaria. Post illū iupiter p.424.miliaria. Et post illuꝫ mars per 318.miliaria. Deinde reuertit dispositio ad saturnū ꝛc. vt dictū est de alijs. ☾Scorpio adaptat meridionali medietati gnti climatis ꝛ mars q est eius dños ꝑfect significatis illius medietatis gnāliter ab oriēte ad occidentē: sed ꝓticipant cū eo dñi terminoꝝ. Nā ipse idez mars q est dños primi termini scorpionis ꝑfect significatis reuolutiōis q̄ dz esse a principio terre habitabilis ex pte oriētis vſus occidentem p.318.miliaria. Et post illū venus p.371.miliaria. Post illum iupiter p.424.miliaria. Et post illū mercurius per 318.miliaria. Post illū saturnus p.159.miliaria. Deinde reuertit dispositio ad martē ꝛc. vt dictuz est de alijs. ☾Sagittarius adaptat septētrionali medietati gnti climatis ab oriēte ad occidentē ꝛ iupiter q est eius dños ꝑfect significatis gnāliter ab oriente ad occidentem: sed ꝓticipant cū eo dñi terminoꝝ. Nā saturnus qui est dños primi termini sagittarij ꝑfect significatis reuolutiōis illius q dñi esse a principio terre habitabilis a principio oriētis vſus occidentē p.424. miliaria. Et post illum venus p.318.miliaria. Post illā mercurius p.165.miliaria. Post illā saturnus p 138.miliaria. Post illū mars.265.miliaria. Deinde reuertit dispositio ad Iouez ꝛc. vt dictum est in alijs. ☾Capricornus adaptat meridionali medietati sexti climatis ab oriēte ad occidentē: ꝛ saturnus q est eius dños ꝑfect significatis illius medietatis gnāliter ab oriēte ad occidentē: sed ꝓticipant cū eo dñi terminorum. Nā venus q̄ est dña primi termini capricorni ꝑfect significatis reuolutiōis q̄ dz esse a principio terre habitabilis ex pte oriētis versus occidentez p.318. miliaria. Et post illam mercurius per.318.miliaria. Post illā Jupiter per.371.miliaria. Post illū saturnus per.318.miliaria. Post illum mars per.265.miliaria. Deinde reuertit dispositio ad venerem vt dictū est in alijs. ☾Aquarius adaptatur septētrionali medietati sexti climatis ab oriente ad occidentē: ꝛ saturnus q est eius dños ꝑfect significatis illius medietatis vīr ab oriente ad occidentē: sed participant cū eo dñi terminoꝝ. Nā idem saturnus q est dños primi termini aquarij ꝑfect significatis reuolutiōis q̄ debēt esse a principio terre habitabilis ex pte oriētis versus occidentē p.318.miliaria. Et post illuꝫ mercurius p 318.miliaria. Et post illā venus per. 424.miliaria. Et post illam iupiter per.265.miliaria. Post illum mars per.265.miliaria. Deinde reuertitur dispositio ad saturnum vt dictum est in alijs. ☾Pisces adaptatur septimo climati ab oriēte ad occidentem ꝛ iupiter qui est dños ꝓcest significatis illius climatis vīr ab oriente ad occidentē: sed ꝓticipant cum eo dñi terminotum. Nā venus que est dña primi termini pisciū ꝑfect significatis reuolutiōis que dz esse a principio terre habitabilis ab oriente vſus occidentē per 424.miliaria. Et post illaz iupiter p.318. miliaria. Post illā mercurius p.318.miliaria. Post illū mars p.265.miliaria. Post illū saturnus p.265. miliaria. Deinde reuertit dispositio ad venerez vt dictū est in alijs. ☾Si aut̄ clima nō fuerit tante lōgitudinis q̄ significata planetaꝝ possint extendi tm̄ q̄ numerus miliarioꝝ possit cōpleri sicut dictū non refert. Nam deficiente terra expirat significatuz termini planete. Unde debes respicere dispositionē ꝛ esse planetaruz in reuolutiōibus annoꝝ tam natiuitatū seu qōnuz q̄ mundi: ꝛ videre si esse dñi signi fuerit bonū: qm̄ significat bonū esse climatis gnāliter ꝝ ptem cui ꝑfect ꝛ aspicere similiter esse planetarū ꝑfectum terminis. Nā si ꝓcordauerint in vno esse significabit q̄ magis apparebit significatū reuolutiōis tam in bono q̄z in malo: vt si esse dñi signi ꝛ cē dñi termini fuerit bonū significat in regione cui ꝑfect dños termini cōpletū bonum. Si aūt cē vtriusq; fuerit malū significat q̄ apparebit in regiōe cui ꝑfect dños termini cōpletū malū.

Si aũt discordauerint apparebit minus eoꝝ significatum sed significatum oñi signi apparebit minus q̃ significatum dñi termini tam in bono q̃ in malo.

¶ Capl'm. 9. qualr aspiciendũ est esse solis in revolutione anni si fuerit diurna.

ASpice quoq; in revolutõe anni mũdi si revolutio fuerit diurna cẽ solis atq; ipsi⁹ oiſpõnẽ: & vtrũ sit eclypsatur⁹ in anno illo an nõ. Aspice silr aspect⁹ planetaꝝ ad eum fortunaꝝ. s. atq; maloꝝ qm̃ fortune signt bonũ: mali vo econtrario signt malũ. Mã si fuerit sol fortunat⁹ & sortis sigt exaltationez & cuctũ rei magne in revolutiõe diurna. Aspice et cẽ dñi ascntis & vtrũ sit liber ab ipedimẽtis iã dictis an nõ: qm̃ si fuerit liber sigt bonitatẽ & trã gllitatẽ terre cui pest illud signũ q⁹ fuerit ascñs tãc & ciuitã illi⁹ regiõis & gẽtis que significat p illũ planetã. Si aũt fuerit ipedit⁹ sigt ipedimẽtũ atq; detrimẽtũ & malũ q⁹ eueniet hitatorib⁹ illi⁹ regiõis & qui signt p illũ planetaz qui fuerit dño ascntis revolutionis & disponet eoꝝ cẽ p̃m substãciã signi dñantis illi regioni que significat p illud signũ: vt cũ fuerit ascẽdens libra & venus ei⁹ dña fuerit cadens ab ascñte vel ab angulis ĩpedita vel retrograda vel cõbusta vel a duob⁹ malis obsessa vel alio mõ infortunata sigt q; accidẽt in arabia & hitantib⁹ in ea & oib⁹ qui signt p librã vel p venerẽ destructiões & infirmitates atq; tristitie. Et si fuerit ascñs leo fueritq; ipedit⁹ sol sigt q; accidẽt p̃dicta ipedimẽta illis de babylonia & oib⁹ qui significant p leonẽ & solẽ. Si aũt fuerit ascñs cãcer & fuerit luna ipedita ipedimẽtis supradictis significat q; accidẽt ipedimẽta supradicta romanis & oib⁹ q̃ significant p cancrũ & lunã. Et ita intelligas de quolibet signo & de quolibet planeta cuiusq; p̃m sua significata.

¶ Capitulum decimum qualiter aspiciendũ est esse lune si revolutio fuerit nocturna.

SI aũt fuerit revolutio nocturna tãc aspice lunam sicuti aspicis solẽ in revolutione diurna: que si fuerit oña revolutionis seu dispositiõis & fuerit in cancro aspicies ipsam tm̃. Si vero furrit extra cancrũ p̃spice tãc dñm dom⁹ in qua ipsa fuerit: quez si inuenerit fortẽ & fortunatũ ex aliquo loco fortis vel ex aspectu fortunaꝝ ad eũ significat bonũ p ciuibus illius regiõis: si aũt inueneris eũ debilẽ infortunatũ p̃dictis de causis significat malũ esse atq; malã dispositionẽ ciuiũ seu habitatoꝝ illius regiõis & eoꝝ detrimentũ. Silr dicas de dño ascẽdẽtis revolutiõis: qm̃ si fuerit boni esse significat bonũ p̃dictoꝝ ciuiũ si autẽ fuerit mali esse significat eoꝝ detrimentũ. Et scito q; luna in revolutiõe noctis cũ fuerit fortunata & fortis aucta lumine ac numero significat exaltationẽ & pulsationẽ rei magne & ad bonum. ¶ Aspice silr si luminare cuius fuerit auctas & maxime nocturnũ iũgat saturno p corpus vel p aspectũ: qm̃ si fuerit ei iunctũ p corpus vel ex aliquo aspectu sine receptiõe pfecta augmẽtabit ei malicia: & eo fortius si fuerit ei iuncta luna in descensu sui luminis: si vo separet tãc ab eo: & maxime in augmẽto sui luminis minuet malicia illa & nõ inferet tm̃ detrimentũ. ¶ Videbis et vbi sit malus impedit⁹ & cuius domus fuerit dñs: qm̃ nocumentũ eueniet a re q̃ significat per illã domũ: vt si fuerit in scõa eueniet cã sbe vel alicuius ex his que significant per scõam domũ. Si vo fuerit in tertia eueniet causa fratrũ vel cã breuiuz itineꝝ vel ex his que significant p tertiã domum. Si aũt fuerit in quarta eueniet causa patruz vel hereditatum vel ex his que significantur per quartam domum. Si vo fuerit ingnta eueniet causa filioꝝ vel mulieꝝ q̃ non sunt vxores vel amasie vel ex his q̃ significant per quintã domum. Et si fuerit in sexta eueniet cã infirmitatũ vel seruoꝝ seu ancillaꝝ vel ex his que significant p sextã domũ. Si aũt fuerit in septima eueniet cã vxorũ vel socioꝝ vel inimicoꝝ vel aliqua ex his de causis que significant per septimã domum. Si fuerit in octaua eueniet cã mortis vel cã eoꝝ que hereditant ex mortuis vel ex his q̃ significant p octauã domũ. Et si fuerit in nona eueniet cã religiõis seu religiosoꝝ vel lõgi itineris vel cã petitionis eoꝝ que spectãt ad futuram eternã vitã vel aliqua ex his que significant per nonã domum. Si aũt fuerit in decima eueniet cã regis seu regni vel magistratus vel aliqua ex his q̃ significant p decimã domũ. Si vo fuerit in. 11ª. eueniet cã spei vel amicoꝝ vl' ex his q̃ sigñt p vndecimã domũ At si fuerit in. 12ª. euenit cã inimicoꝝ occultoruz seu maloꝝ aialiũ vel aliq̃ ex his q̃ sigñtur p duodecimã domũ. ¶ Postq̃ aspexeris dñm ascendẽtis & iudicaueris sup esse ipsius aspice tãc dñm scõi & iudica super ipm sicut iudicasti sup oñm ascendẽtis: vt si fuerit liber ab impedimentis & fuerit fortunatus & fortis iudica bonitatẽ atq; augmẽtũ sbe similiter & quod ciuiũ atq; habitatoꝝ illius regiõis que significatur p ascendẽs & eius dñm & eoꝝ que significãtur per scõam domũ in regione illa. Si aũt inueneris eũ impeditum eõrũ. ¶ Deinde aspice dñm tertij quem si inueneris liberꝝ & fortunatũ atq; fortem dic eoꝝ breuia itinera fortunata & villa & lucrosa: & q; fratres illius regiõis bñ inuicẽ se hẽbũt & cetera q̃ significãtur per tertiam domũ bene disponent. Si aũt inueneris eum impeditum dic ecõtrario. ¶ Deinde aspice dñm quarti quẽ si inueneris fortunatũ & fortẽ significat q; patres illius regionis bñ se habebunt erga filios suos & q; eorũ predia bene fructificabũt & cetera que significant per quartam domũ bene diponẽtur. Si autẽ inueneris eum impeditum dic econtrario. ¶ Deinde aspice dñm quinti quem si inueneris fortunatum & fortẽ significat q; filij illius regionis bene se habebunt erga patres suos & q; erunt in regione illa ludi & alacritates & q; bene disponent omnia que significant per quintam domum. Si autẽ inueneris eum impedituz dic econtrario. ¶ Deinde aspice dominum sexti quem si inueneris fortunatum & fortem significat sanitatem corpoꝝ ciuium illius regionis & & q; eoꝝ serui & ancille & famuli & famule bene se habebunt erga eos: & q; eoruz animalia minora similiter & que significant per sextam domuz bene disponentur: si autez fuerit male dispositus dic ecõtrario. ¶ Deinde aspice dñm septimi quem si inueneris fortem significat q; eoꝝ vxores vt plurimuz bene se habebunt erga viros suos & q; socij cũ sociis bene participabunt & pauce inimicitie erunt: nisi forte dominus septimi & dñs ascendentis aspiciant se insimul ex inimicitate & omnia que significãtur per septimã domũ bene disponentur. Si autem fuerit male dispositus dic econtrario. ¶ Deinde aspice dominum octaue quem si inueneris fortunatuz & fortem significat q; pauca erit mortalitas in regione illa & q; non mala morte morientur nisi pauci: sed in lectis suis migrabunt nisi forte mali magno impedimento impediant dominum ascendentis vel lunam & q; bene disponentur cetera que significant per octauam domum. Si autem inueneris eum impeditum dic ecõtrario. Deinde aspicias dominum noni quem si inueneris fortunatum & fortem significat eoruz longa

itinera vtilia ꝛ laudanda ꝛ qꝫ augmẽtabunt eorum religiosi ꝛ cetera que significant per nonam domuꝫ bene disponent in regione illa. Si autem contrariũ inueneris contrariuꝫ iudicabis. ¶ Deinde aspicias dominum decimi quem si inueneris fortunatum ꝛ fortem significat qꝫ rex seu presses illius regionis bñ disponent ꝛ qꝫ bene sẽ habebunt erga suos subiectos ꝛ qꝫ bene disponent cetera que significant p̃ decimam domum. Si aũt inueneris eum impeditũ dic ecõtrario. ¶ Deinde aspicias dñm vndecimi quem si inueneris fortunatũ ꝛ fortẽ significat qꝫ spes ciuiũ illius regionis ꝛ eoꝝ fiducia puenient ad bonuꝫ finem: ꝛ qꝫ eorũ fortuna' augmẽtabit in bono ꝛ non erunt inimicitie inter eos nisi pauce ꝛ cuncta ,que significant per vndecimam domuꝫ bene disponent. Si autem inueneris eum impeditum dic ecõtrario. ¶ Deinde aspicias dominũ duodecimi quem si inueneris fortunatũ ꝛ fortẽ significat qꝫ aialia maiora ciuium illius regionis bene disponent ꝛ augmentabunt in bono ꝛ pauce blasphemie pauceqꝫ detractiones erũt iter eos ꝛ qꝫ cetera que significant p̃. 12. domũ bene disponent. Si aũt inueneris euꝫ impeditum dic ecõtrario. Unde si bene prosperaris omnes significatores. 12. domoꝝ oium poteris videre qualiter disponant in reuolutione illa cuncta illius regionis accidentia. Nam ꝑm qꝫ inueneris dominos domorum dispositos ꝑm illud euenient, accidentia significatorum cuiuslibet domus ꝑm. ſ. fortitudinẽ seu debilitatem vniuscuiusqꝫ ipsorum ꝛ sm̃ locuꝫ domini signi ab ipso signo. Et aptatio domini cuiuslibet domus erit ꝑm aspectum ipsius ad ipsum: ꝛ ꝑm qꝫ mali aspexerint planetam dñm. ſ. illius domus. Aspice et angulos ꝛ eoꝝ dños diligẽtius ꝛ subtilius ceteris alijs: qm̃ eoꝝ virtꝰ excedit virtutes alioꝝ. ¶ Capm. 11. qd significet vnusqꝫq; 7. planetarũ in ascẽdente in reuolutione anni.

¶ De saturno in ascẽdente hora reuolutionis.

ASpicies etiã ascẽdẽs hora reuolutiõis qꝫ planetarũ sit in eoꝝm̃ si fuerit ibi saturnus nec fuerit ipse dñs ascẽdẽtis significat detrimẽtuꝫ illiꝰ regionis que subiacet illi reuolutioni ꝑm qꝫ alias dꝫ ꝛ pestilentias vt sunt infirmitates mors fames venti multe nocibilitatis si fuerit directus ꝛ maxime in signis aereis. Si vo fuerit retrogradus ꝺicet ventis nec pmittet eos inualescere erũt tñ nocibiles illi q fuerint. Si aũt fuerit ipse dñs ascẽdẽtis mitigabunt ꝺicta nec erũt tãti nocumẽti.

¶ De ioue in ascẽdẽte hora reuolutiõis qd significet.

SI aũt fuerit iupiter in ascendente hora reuolutionis significat vꝫem bonitatem dispõnis illiuꝰ anni seu reuolutiõis ꝛ erit pax ꝛ securitas atqꝫ bona voluntas inter hoies illius regionis plus solito ꝛ bñ erit diuitibꝰ ꝛ magnatibꝰ eiꝰ: ꝛ augmẽtabuntur bona ꝛ ꝓficient ꝛ meliorabuntur eoꝝ negocia. Et si fuerit e ſtellaꝰ dñs ascẽdẽtis ꝛ dñs eiꝰ exaltatiõis vel ipse illi ꝛ ille fuerit boni eẽ a quocũqꝫ aspectu: ꝛ maxime a trino vel sextili vel p̃ ꝯiunctionẽ corporalẽ erit dilectio inter regem illius regionis ꝛ subiectos suos: ꝛ ꝛ uenient rustica ab eo bonũ ꝛ qꝫ eis placebit.

¶ De marte in ascẽdente qd significet.

SI vo fuerit i ascẽdente mars hora reuolutionis liber fortunatꝰ. ſ. atqꝫ sortis figẽt terremotũ futuꝝ i regione illa. Et si fuerit in signo orientali figẽt ipm futuꝝ in ꝑma q̃rta illius reuolutiõis. Si vo fuerit i signo meridiano figẽt ipꝫ futuꝝ i scda q̃rta illiꝰ reuolutiõis. Si gdẽ fuerit in signo occidẽtali figẽt ipm futuꝝ i tertia q̃rta ipsiꝰ reuolutiõis. Et si fuerit in signo septẽtrionali figẽt ipm futuꝝ i vltia q̃rta ipsiꝰ reuolutiõis: figẽt ẽ[illegible]ucitatẽ pluuie atqꝫ paucitatẽ guerre. Si gdẽ fuer[illegible]pditꝰ atqꝫ mali eẽ dic eꝫrio. ſ. loco boni dic malum ꝛ loco malẽ dic peiꝰ ꝓterq̃ in pluuia qꝛ nõ extermiat sic in ea vires suas. ¶ Si aũt fuerit in linea decime domꝰ vel vltra ipsam. 15. minutis vel infra vel post ipsam vno gradu vel infra significat qꝫ rex vel ꝓsses illius regionis captiuabit seu icarcerabit plures ex sibi subiectis. Et si fuerit vltra ipsaꝫ. 15. minutis vsqꝫ ad. 30. vel post ab vno gradu ad. 3. captiuabit minorẽ quãtitatem ex eis. Et si fuerit vltra ipsam a. 30. minutis vsqꝫ ad finem vnius gradus vel post a tribꝰ vsqꝫ ad finẽ. 5. captiuabit pauciores. Et si fuerint vltra ipsaꝫ ab vno gradu vsqꝫ ad finem. 2. graduũ vel post eam a. 5. vsqꝫ ad finẽ. 10. captiuabit iterꝫ paucissimos. Si aũt fuerit vltra eam a. 2. gradibus vsqꝫ ad. 5. vel post ipsam a. 10. vsqꝫ in finẽ. 25. gradus ꝛ domꝰ non sit remota icarcerabit q̃si nullos ꝛ aliquos. Et ꝛ incarceret non tamẽ interficiet eos nec mutilabit ex eis nisi paucos: torquebit tamen eos. Si autẽ fuerit mars hora reuolutionis in linea quarte domꝰ vel in alijs gradibꝰ seu locis oppositis predictis inteficiet ex eis quos captiuabit ꝑm quantitatem ꝛ proportionem ꝛ modum per quem captiuabit eos cuꝫ fuerit mars in. 10. ꝛ ꝑm loca ꝛ gradus ſoppositos illis. Si vero fuerit in primo vel. 7. in similibus locis ꝛ gradibus mutilabit ex eis aliquos ꝑm quantitatem ꝛ proporꝛtionem predictam.

¶ De sole in ascẽdente qd significet.

SI autẽ fuerit sol ascẽdente hora reuolutiõis liber a malis ꝛ alijs ꝑdimẽtis ꝛ fuerit cũ hoc dñs anni seu reuolutionis figẽt bonũ esse diuitũ ꝛ magnatuꝫ seu nobiliũ ꝛ eoruꝫ gaudium ꝛ augmẽtationẽ bonꝝ atqꝫ ꝓfectũ rex ꝛ si fuerit receptꝰ significat ablationẽ mali. Si autẽ non fuerit in ascendente hora reuolutionis sed fuerit extra illud in bono loco ab ipso liber ab impedimentis significat idẽ sed infra hoc. Si vo fuerit impditꝰ figẽt eoꝝ detrimentũ ꝛ ꝓtiũ eorum que dixi tibi.

¶ De venere in ascēdente qd significet.

Si vero fuerit venus in ascēdente hora revolutiōis libera .s. fortunata z fortis sīgt gaudiū z alacritatē z tripudiū z dimiutionem guerraꝝ z maꝛ iuuēculaꝝ z iuuenculo ꝓ virorꝝ ventiū cultu venereo z bonā dispōnez arabum atq; ipsoꝝ bonoꝝ: z eo melꝰ si fuerit cū dño domus vel exaltationis signi in quo ipsa fuerit. Et si fuerit impedita ꝓtrariū predictoꝝ significat.

¶ De mercurio in ascēdente qd significet.

Si quidem fuerit mercuriꝰ in ascēdēte hora revolutionis in aspectu fortunarum fueritq; liber ab impedimētis fortunat⁹. s. atq; fortis vel fuerit ipse dominꝰ anni sīgt bonū eē atq; bonā dispōnem z utilitatē sapientū iudicum. s. atq; medicoꝝ z mercatoꝝ scriptoꝝ quoq; ac puerorū z eo melius si fuerit iunctꝰ cum dño domus vel exaltationis signi in quo ipse fuerit. Si aūt fuerit impeditus significat ꝓtrariū eoꝝ que dixi tibi.

¶ De luna in ascēdēte qd significet.

Quod si fuerit luna in ascēdente hora revolutionis vel fuerit i domo dñi anni seu revolutiōis uīcta illi p corpus vl' per aspectū ꝓterq; poppōnē z alias fuerit ab impedimentis libera sīgt abūdantiā aquaꝝ seu pluuiaꝝ z incremētum fluminū atq; riuoꝝ z eoꝝ inundationem: augmētū frigoris z bonitatē dispōnis hoium z gaudebūt in bono. Si aūt fuerit impedita minuent ꝓdicta vel forte anni hillabunt.

¶ Caplm. 12. de saturno z marte cuz fuerint impediti in revolutione si fuerint supra terram.

Aspicies sīl' in hora revolutiōis si mars z saturnꝰ fuerint supra terrā impediti qm̄ hz significare hoc gruitatē anni seu revolutiōis. Et eo fortius si mars recepit saturnū z cōmiserit ei dispōnez qm̄ significabit accidētia grauia z durabilia z q; apparebūt z manifestabunt illa figura seu detrimēta: significabū. n. detrimētū atq; debilitatē regis seu prēsidis atq; diuitū z nobiliū seu magnatū illoꝝ. s. q; sunt apti regno: z q; minuet imo q; annihilabitur fides atq; religio z patient detrimētū eoꝝ religiosi: z erūt latrones multi atq; abscisores viaꝝ seu predones: z multiplicabunt guerre atq; ꝓtiones z erūt rixe inter homines plēs solito: z ēt iter ipsos religiosos z iuuide būt sibīnuicē z maxime illi q̄bus adaptat supbia z vanagloria: z eo grauius si saturnus fuerit in decima. Et quāto magis fuerint mali elevati supra terram: tanto magis erūt accidētia grauiora. Et adhuc erit deterius si luna fuerit subterra z cōmiserit dispōnez suam saturno existēti supra terrā vel fuerit ei iuncta ex oppōne vel q̄rto aspectu qm̄ tunc significat detrimenta grauia z tribulationes magnas z horribiles atq; timendas vt est mors regis z magnatū atq; diuitū seu nobiliuz siue mutatio regni ad deteriuz: z eo fortius si fuerint ipsi mali retrogradi vel occidētales vel alias impediti. Si aūt fuerint directi vel orientales nec impediti erūt eoꝝ significata remissiora. Et si non cōmiserit mars dispōnez suā saturno nō erūt ita intensa significata saturni: z significata martis erūt fortiora z maxime in ꝓtentionibꝰ z guerris. Et si saturnꝰ cōmiserit dispōnem suā marti erūt significata martis intensiora z minuent significata saturni. Et si fuerint fortune supra terrā directe fortunate. s. atq; fortes significant ablationē mali z augmētuz boni: z eo fortius si iupiter fuerit sic dispositꝰ in alīq̄ suaꝝ dignitatū z fuerit orientalis: z venꝰ est fortior cū fuerit occidētalis q̄m alias fortunata est. Unde cuz planeta egredit de sub radijs solis est sicut vir qui egrotauit z est liberatus z incipit resumere vires suas z augmentat paulatim donec ad suā pristinam reuertat fortitudinē dūmodo mali nō aspiciant illuz: qm̄ tunc est sicut eger cui supuenit crisis z videt evasus postea recidiuat: z cū ingredit sub radijs est sicut vir qui fuerat sanus z icipit egrotare: vel qui fuerit iuuenis z incipit senescere donec calor naturalis eius deficiat.

¶ Caplm tredecimū de planetis cum intrant in gradus suaꝝ exaltationum.

Aspice itez si saturnus ingrediat in libraz vel sit in ea z maxime in. 21. eius gradu: quoniā mō augmentat eius virtꝰ z manifestificant eius significata z eo fortius si receperit dispōnem aliorū planetaꝝ z maxime malorum: significabit. n. tūc mutationes z res magnas z mirandas atq; stupendas: de qbus tangit in cōmemoratione ꝓiunctionis quam faciunt mars z saturnꝰ in principio cancri. Aspicies etiam vtrum iupiter ingrediat in cancrum vel sit in eo maxime in. 15. gradu eius: quoniam tunc augmētat eius virtus z maiorificātur eius significata: z eo fortius si receperit dispositionem alicuius fortunarum: significabit. n. res magnas z mutationes mirādas z nominatas z durabiles ad bonuz tamē. Aspicies q; similiter si mars ingrediat in capricornum vel sit in eo z maxime in. 28. gradu eius: qz tunc augmētant z maiorificant significata: z eo fortius si receperit dispositionem aliorum planetarum z specialiter alicuius infortune: significabit enim res magnas z terribiles de hīs que ad martez spectare videnf. Sic z omnes alij planete si fuerint inuenti itrare in suas exaltationes in hora revolutionis augent z magnificant in sua significata: fortune. s. ad bonuz: malu vo ad boni contrarium. Sed considerank potius significata superioꝝ quoniam sunt vehementiora z fortiora z altiora z magis nominada. ¶ Et dixit messahala aspice duz revoluit annus fortunas z malos si aspexerint ex signo fixo prolongabit z significauerint ex bono vel malo. Et si aspexerint a signo mobili erit hoc modicum. Si vo aspexerint ex signo communi erit res mediana. ¶ Post hoc cū sciueris eclypsim venturā in eodē anno seu in eadē revolutione aspice dūm signi in quo videris eā futuraz quale sit esse ipsius z qualiter se habeat cum domino signi ascendentis eclypsis venture z vtrum aspiciant se in uicē an nō. Similiter qualiter se habeat cū domino

anni seu reuolutionis illius si aspexerint se an non
& vtrū aspiciant eum fortune seu malī vel non: qm̄ si
aspexerint eū fortune atq; dño ascēdētis eclypsis vel
dño reuolutiōis vel alij planete fortune significat bo
nū. Si aūt aspexerint eū malī nisi forte recipiāt eū a
trino vel sextili aspectu qm̄ receptio minuit de mali
tia ipsoꝝ lz nō tollat eam penit⁹: & nō aspexerint pre
dicti planete vel aliqs eoꝝ aspectu laudabili figāt ma
lum. Si vō aspexerint eū simul cū malis nec fuerint
impediti nec significant hoc nec illud. Si aūt fuerint
impediti significāt malū aliquātulū remissuꝝ. ¶ Si
vō aspexerit sine fortunis vel fortune sine ipsis figni
ficat bonū aliquantulū remtissum. Aspice sīlr signifi
catorem regis vtrū aspiciant eū p̄dicti planete dño. s.
signi in quo debuerit cē eclypsis & dño ascēdētis eclyp
sis an nō: & vtrū aspiciant cū fortune vel malī: qm̄
fortune significant bonū cē regis: malī vō ecōtrario
significāt malum esse ipsi⁹. Et valde aggrauabunt si
gnificata que significauerint planete p̄dicti si fuerint
impediti ab aspectib⁹ maloꝝ. Et eo forti⁹ aggraua-
bit cē regis si ei⁹ significator fuerit dño signi in quo
vētura fuerit illa eclypsis: qm̄ si sic fuerit significat ei⁹
interitū: & hoc qū sol puenerit ad graduꝝ qui fuerit
decima dom⁹ hora ipsi⁹ eclypsis. Et si fuerit idē dño
signi in quo ventura fuerit eclypsis dño anni & signi
ficator vulgi seu popularium significat detrimentū
ventuꝝ sup eos. Et tps illius effect⁹ erit cū puenerit
sol ad graduꝝ qui fuerit ascēdens hora eclypsis ven-
ture. Et erūt hec aut in ptonis aut in reb⁹ tam regio
q̄ populariū. ¶ Nam si fuerit ascēdens eclypsis ge-
mini aut virgo aut libra aut p̄ma medietas sagitta-
rij vel aquarius accident illa detrimenta in ptonis.
Sed in geminis libra & aquario accident, sīlr in aui-
bus. Et eo fortius accidēt ista si fuerit saturn⁹ in ali-
quo illoꝝ signorum siue directus fuerit siue retrogra-
dus: sed si fuerit retrogradus erit deterior. Si aūt fue
rit ascendēs aries vel capricornus accident in ouib⁹
vel capris vel alijs minutis animalib⁹ p̄m ſbam sui
signi. Si vō fuerit ascēdēs taurus aut vltima ſ. medie
tas sagittarij accident in bobus & alijs maioꝝ ani
malib⁹ p̄m ſbam sui signi: sed in bobus grauius q̄
in alijs. Si aūt fuerit ascēdens cancer aut pisces acci
dent in pisib⁹ & alijs aialib⁹ degentib⁹ in aquis que
sunt vtilia hoib⁹. Si vō fuerit scorpio accidēt in ani
malib⁹ venenosis & pungentib⁹ cauda vel rostro: &
fortius vigentib⁹ in aquis. Et semp intellige augmē
tum detrimenti cum saturnus fuerit in signo illi rei
deputato. ¶ Ad sciendū tps durabilitatis ipsoꝝ de-
trimentorum ab hora eclypsis ꝑsiderabis quot ho-
ris & quot minutis hore durauerit ipsa eclypsis: qm̄
si fuerit solaris durabit p̄ vnaquaq; hora vno an
no & p̄ omnibus quinq; minutis vno mense. Et
si fuerit lunaris durabit p̄ vnaquaq; hora vno mē-
se & p̄ omnibus duob⁹ minutis vno die. Et aspi
ce malos impedientes vbi sint: qm̄ si fuerint in dece
mo vel vndecimo vel nono accident ista significata
in septimo climate atq; in ea q̄ habitat de terra ex-
tra climata versus polū articū. Et si fuerint in p̄mo
vel scō vel duodecimo accident in sexto & quinto &
quarto climate. Si autez in septimo vel octauo vel
sexto accident in tertio & secūdo atq; primo climate.
Sed si fuerit in quarto vel qnto vel tertio accidēt in
partib⁹ septentrionalib⁹ regionū in q̄bus euenient.
Ītm̄ si malī impedientes fuerint recepti aliqd min⁹
impedient. ¶ Et dixit magister quē de⁹ voluit: si fue
rit sol dño ascēdentis in reuolutione fueritq; venus
sub radijs quoniaꝝ est domina medij celi erit sol si-
gnificator regis: tunc prospicies quale sit futurum
esse regis in anno illo seu in reuolutione illa: quod
poteris scire per locuꝝ eius significatoris in figura il
lius reuolutionis. Vide ergo vbi ipse fuerit & qua-
liter aspiciat a planetis vtrū. s. aspiciant fortune seu
malī: vtrū sit ipse in angulo vel in succedēti vel in
cadenti lz hoc raro accidat: & vtrū aspiciat eum dño
dom⁹ seu exaltationi: signi in quo ipse fuerit an nō:
quoniaꝝ fortune significant bonū: malī vō econtra-
rio significant malū ꝓout alias tibi dictuꝝ est. Aspi-
cies etiam significatores oium domorum & quē eoꝝ
inueneris fortunatum & fortem iudica bonitatem si
gnificati illius domus cuius dño ipse fuerit: & quez
eoꝝ inueneris infortunatum & debilem. s. retrograduꝝ
vel combustū vel cadentem ab angulis vel ab ascen
dente vel a domo sua iudica malitiam illius dom⁹
cuius dominus ipse fuerit. Et cū aspexeris omnes
domos vide in q̄bus ex eis reperiant fortune: quo-
niam augent significata illaꝝ domorum p̄m q̄ fue-
rint fortunate atq; fortes q̄ fortiter augebūt illa. Si
aūt fuerint debiles debilr augebūt quod auxerint.
¶ Aspicies etiā partem fortune si inueneris solitariā
in quacūq; domo fuerit significabit mal⁹ fortuniuꝝ
significati illius. Si aūt aspexerit eam aliqs bonus
planeta significabit mal⁹ fortunū. Et si receperit eā
significabit itez malus fortunium. Si autez aspexe-
rint eam malī a trino vel sextili aspectu cū receptio-
ne erit ac si nō aspiceret ab aliquo: si vō sine receptio
ne minuent de ipsa bonitate quaꝝ ptem. Si vō
a quarto aspectu vel oppositiōe vel corporaliter fue
rit iunctus aliqs malorum auferent ei totam boni-
tatem & nihil proficiet. Aspicies etiaz domū in qua
fuerit caput draconis: qm̄ hz significare augmentuꝝ
significatoruꝝ domus in qua fuerit tam in bono q̄
in malo. Nam in sexta significat augmentationez infir
mitatum & aliorum significatoꝝ eiusdem domus in
octaua significat augmentationez mortalitatis eius
& aliorum significatoꝝ. Et ita in ceteris domibus ꝑm
significata vniuscuiusq; ipsoꝝ intellige. Aspicies sīlr
caudam: quoniam hꝫ significare diminutionez
significatorum domus in qua fuerit taz in bono q̄
in malo. Nam in sexta significat diminutionem infir
mitatum: & in octaua diminutionez mortalitatis &
aliorum significatorum que significant p̄ ipsas do-
mos. Et ita in ceteris domibus intellige. Et si dom⁹
signi in quo fuerit fortuna promittens bonum, fue-
rit liber ac fortunatus. s. atq; fortio multiplicabitur
illud bonum: & si fuerit impeditus minuet ꝑm quā
titatem illius impedimenti. Et si dño dom⁹ in qua
fuerit infortuna que minuet malum fuerit impeditus
augebit illud malum ꝑm quantitatē impedimenti:
& eo fortius si fuerit septētrionalis vel cōmiserit di-
spositionē suam alicui malo qui sit septentrionalis
& si fuerit liber minuet malum ꝑm quantitatem fue
rit infortunatus. Et si ille malus qui fuerit i domo pla-
nete impediti cōmiserit dispōnem suaz alicui malo
existēti in sexto figāt multitudinē infirmitatū: & eo for-
tius si cōmissio fuerit ab oppōne vel q̄rto aspectu: si
autem a trino vel sextili fuerit erit aliquid infra hoc.
Si vero cōmiserit eam fortune minuet iterū magis
illud significatum. Et si cōmiserit eam malo existen-
ti in octauo significat mortalitatē: & si ab oppōne vel
quarto aspectu cōmiserit erit grauius: si aūt a trino
vel sextili erit infra illud. Si vero cōmiserit eam for-
tune in eo minuet iterum plus. Et si cōmiserit eam

Si autẽ fuerit saturnus dñs anni seu reuolutiõis fueritq; sibi iunctus mercuri⁹ significat ꝙ erunt homines ⁊ maxime diuites ⁊ magnates voluntarij in acquisitiõe simulationis ⁊ facunditatis locutionis atq; philosophie ⁊ astronomie ⁊ medicie atq; dialectice. Similiter ⁊ ꝙ fuerit sub tali figura natus studebit in his ⁊ secundabit ⁊ proficiet in eis. ¶ Et dixit Albumasar ⁊ erit apparitio hoꝝ in hoc tempore in diuitibus ⁊ ciuibus regionū que sunt in diuisione eius. Et si aspexerit cum ☿ercurius ex trino vel sextili aspectu veniet super diuites ex eis omne bonum: ⁊ afferent merces venales eis: ⁊ multiplicabũtur ibẽ ⁊ census ex eis: ⁊ laudabit hoc in ciuitatibus que sunt in diuisione saturni atq; signi in quo ipse fuerit: ⁊ erunt vt plurimũ merces predicte mercurialees: ⁊ erunt firmi ⁊ stabiles in suis cõsilijs. ¶ Si aũt aspexerit eũ ex oppositione erunt in loco donationẽ ⁊ domesticitatũ ꝛrietates ⁊ bellum: ⁊ꝛpgent hi diuites in ꝛrium illoꝝ vt expugnent eos ⁊ debellent ⁊ expellant eos de propriis habitaculis: ⁊ abscindet quicquid afferebat ab eis ad eos ex bono: ⁊ minuet substantia ex eisdem partibus: ⁊ franget census: ⁊ audientur rumores mali: ⁊ occultabit bonum: ⁊ apparebit malum ex illis ciuitatibus: ⁊ eo fortius si mercurius fuerit impeditus ab infortunis vel habuerit alĩquam cõmixtionez cũ eis. Si aũt fuerit fortunatus a fortunis tunc impediet minus: sed nõ tollet impedimentũ oppositõis. ¶ Si vo fuerit aspectus quartus erit infra hoc nec apparebit bellũ: erit tñ diuersitas inter hos diuites seu magnates ⁊ inter diuites ⁊ rusticos. ¶ Et dixit Albumasar cũ huius rei erit res mercurialis put ipse exposuit hoc in libro maiori ꝰ ꝙ ipse idẽ testat. Intelige hoc ⁊ serua in mente tua.

¶ Capitulum sexagesimũ secundũ de ☽iunctione lune cum saturno in reuolutiõe ⁊ ipsi ambo boni esse.

Si quidez saturnus fuerit dñs anni seu reuolutionis: fueritq; luna iũcta sibi erit apparitio legatoꝝ ⁊ rumorũ ⁊ exploratorum ⁊ constitutio rex gloriãtium: ⁊ erit hoc in diuitib⁹ ⁊ magnatibus ⁊ ẽt in populatibus: ⁊ volent equiparari magnatibus in reuolutione illa. ¶ Et si aspexerint tunc luna Saturnum a trino vel sextili aspectu significat ꝙ aduenient ad magnates seu nobiles qui sunt in diuisione signi in quo est luna donationes ⁊ res de quibus gaudebunt: ⁊ afferentur ex ipsis ciuitatibus res venales atq; substantie: ⁊ multiplicabit eorum census ex eis. ¶ Et dixit Albumasar ⁊ deferent res ille ad diuites ꝙ sunt in diuisione signi in quo est saturnus ⁊ erunt res lunares vt plurimũ ⁊ proficient homines ex plãtationibus. Et dixit ⁊ si fuerit aspectus lune ⁊ saturni ex oppositione erit contrarium eius quod dictuꝫ est erunt enim in loco donationũ ⁊ bonorum cõtrarietas ⁊ bella: ⁊ ibunt hi diuites. ſ. qui fuerint in diuisione signi in quo est luna in damnum ⁊ debilitationem illorum: ⁊ tolletur quod deferebatur ab illis partibus ad istas: ⁊ frangetur census ⁊ abscindẽtur vie mercationum: ⁊ surgent ⁊ apparebunt rumores mali: ⁊ tolletur bonũ ⁊ vertetur in malum. Et si fuerit aspectus lune ad saturnum quadratus significabit ꝙ non apparebit bellum: erit tamen inter diuites ⁊ magnates ⁊ rusticos seu populares contrarietas ⁊ etiam inter propinquos causa rerum lunaruꝫ.

¶ Capitulũ sexagesimũ quartum quid significet Saturnus in vnoquoq; signo ⁊ in vnaquaq; triplicitate ⁊ in vnaquaq; domo siue fuerit dñs anni siue nõ.

Cum saturnus fuerit dominus anni fueritq; in ariete vel eius triplicitate significat grauitatem rerum magnatũ ⁊ nobilium qui fuerint in partibus orientalibus: sed in ariete precipue.

¶ Unde cũ fuerit in ariete significat multitudinẽ ventoꝝ ⁊ mortem mulierum deprecatiõis seu ad religiones pertinentiuꝫ: ⁊ hoc in partibus thoracey ⁊ alaroc: paucitatem quoq; annone atq; vini ⁊ butiri ⁊ etiam vnguentoꝝ atq; pinguedinum. Si quidem fuerit impeditus significat multitudinez latronum ⁊ absciſorum viarum ⁊ tribulationes multas in reuolutione illa. Et si fuerit solus significator ⁊ fuerit cadens ab ascendente non aspiciens illuꝫ fueritq; ꝺirectus significat ꝙ intrabit districtio ⁊ angustia super nobiles. ¶ Et dixit albumasar si fuerit retrogradus destruet domos substantiaꝝ ⁊ earum archas: ⁊ eo grauius si reciperet dispositionẽ martis: quoniam tunc significat frigus graue atq; mortem animaliuꝫ cum hoc quod dixit ex guerris ⁊ bellis. Si autez non aspexerit martem erit frigus hyemis graue ſm dispositionem illius regionis ⁊ morietur in ea animalia. Et dixit si non fuerit retrogradus significat ꝙ erit ꝓtentio inter negociatores ⁊ depredationes ⁊ malũ ⁊ eo fortius si aspexerit eũ mars ex angulo. Si aũt aspexerit euꝫ a cadenti minuet impedimentum: imo quasi penitus tollet. ¶ Et dixit messahala si fuerit directus in angulo significat multas pluuias ⁊ contentiones diuitum: ⁊ eo fortius si recepit dñium martis ⁊ eius fortitudinez significat enim tunc ꝙ rustici seu populares ꝓtendent cũ rege. Et si fuerit retrogradus grauabit esse hominuꝫ. Et dixit si receperit dispositionẽ a marte ⁊ a luna simul significat graue frigus ⁊ mortẽ animaliuꝫ ⁊ bella ⁊ guerras. ¶ Attende in reuolutionibus annoꝝ mundi si fuerit saturnus in signo fixo: qñ habet tunc significare mortalitatem ⁊ terre nascentiũ penuriam atq; diminutionem. Sed in leone fortius ac durius ⁊ durabilius ꝙ in aliis. In scorpione vero minus ꝙ in leone. In tauro minus ꝙ in scorpione. In aquario

minus q̄ in tauro. Et quantūcunq; fuerit pelus oīs positus tantū magis augmētabitur malicia ipsius. Et eo fortius si iuuerit eu̇ mars nisi contra operet Iupiter qui hz eius malicīā diminuere ꝑm sui dispositionem. ℂ Si vero fuerit eius latitudo septentrionalis significat corruptionez aeris ꝛ eius grossitudinem ac tenebrositatem in tempoibus debitis ac cō suetis plus solito. Si vero fuerit eius latitudo meridiana significat grauitatem frigoris ac multitudinez gelu in tēporibus suis. Et si fuerit orietalis significat merores ꝛ tristicias diuitū seu magnatum ꝛ eoz cogitatiōes ꝛ videtur q; accidat hoc eis causa gelu. Si aūt fuerit occidentalis significat terremotū venturū in anno illo:ꝛ hoc percipies ex quantitate graduz qui fuerint: ꝛ significat maxime in partibus orientalibus:est tū vbicunq; reuolueris annuz ꝛ inueneris sic aliquid timenduz: sed si fuerit orientalis erit hoc minus: ꝛ iterum minus si fuerit fortunatus ꝛ fortis. Si aūt contigerit esse retrogradū erit valde deterius.

℔ Capitulum. 64. de leone.

Scito si fuerit in leone fueritq; latitudo eius septētrionalis significat multitudinē pluuiarum ꝛ corruptionem rerum magnatum ac populariū ꝛ destructionē ac quisitionis negociatorum. ℂ Et si fueritorientalis significat infirmitates venturas rusticis ꝛ vilibus personis. ℂ Si aūt fuerit occidentalis significat pestilentias que venient in terra ꝛ mortalitatem. ℂ Si quidem fuerit retrogradus significat grauitates venturas ex accidentibus q̄ venient hominibus ꝛ q; prolongabunt ꝛ erunt durabiles. Si autem fuerit directus significat leuitatez eorum.

℔ Capitulum. 65. de sagittario.

Et si fuerit in sagittario ꝛ fuerit latitudo eius septētrionalis significat multitudinem aquaz fontium ꝛ frigus hyemis. ℂ Et dixit Albumasar ꝛ si fuerit orietalis significat proximitatem diuitum de regionibus suis. ℂ Et si fuerit occidentalis significat guerras inter homines nobiles .s. atq; magnates ꝛ cadent inter eos discordie. ℂ Et si fuerit retrogradus significat grauitatem in rebus atq; in bonis hominum ꝛ guerras atq; bella inter eos. ℂ Et si fuerit directus significat prosperitatem peregrinantium per terram ꝛ per aquam.

℔ Capitulum. 66. de tauro ꝛ eius triplicitate.

Si autez fuerit in tauro ꝛ ei⁹ triplicitate significat impedimentum diuitū ꝛ magnatuz: ꝛ erit hoc in partibus meridianis in diuisione signi in quo fuerit Saturnus sed in tauro precipue. ℂ Unde cum fuerit in tauro fueritq; in angulo directus significat cōtentiones ꝛ bella similiter quadrupedum ꝛ specialiter boum atq; vaccaruz ꝛ maxime in terra deputata signo in quo ipse fuerit. ℂ Et dixit Albumasar si fuerit in signo terreo significat destructionem eoz que sunt ex eius seminibus .s. penuriam arboz atq; detrimentum ex vermibus qui cadent in eis atq; locustas. Et dixit erunt tribulationes ꝛ iniuriez ꝛ tremores ꝛ terremotus:ꝛ ciuitatum destructiones ꝛ villarum ac domoz. ℂ Deterea cū fuerit saturnus in reuolutionis hora in tauro qualecūq; ascendens fuerit vel in leone vel in scorpione vel in aquario significat guerras ꝛ famem seu terrenascentium caristiā. Et si fuerit impeditus significat cum hoc mortalitatem ꝛ timebit̄ super magnates in reuolutione illa: ꝛ erit hoc deterius ꝛ fortius in leone q̄ in tauro: in tauro fortius q̄ in scorpione: in scorpiōe fortius q̄ in aquario in quo accidēt ista minus q̄ in aliquo aliorum. Et si iunctus fuerit ei mars ꝛ luna iūgat eis ꝛ maxime saturno in latitudine in quocūq; signo fuerit hoc vel a quocūq; vel qualecūq; fuerit ascendēs significat famem atq; mortalitatem. Si vero marti iungatur significat detrimentum regum ac eorum mutationes ꝛ prelia in partibus illius signi in quo coniuncto fuerit deputata:multeq; sanguinibus effusiones mutationes ꝛ prelia. Et si fuerit retrogradus significat cum hoc destructionem messium:ꝛ significat etiaz bella in multis regionis seu terris ꝛ partibus maxime orientis ac meridiei plusq̄ in alijs partibus: ꝛ eo grauius si fuerit tunc in decima: quoniam erit malum magis vniuersale:ꝛ erunt impedimenta in pueris atq; tuenibus. ℂ Et dixit Albumasar. Si fuerit in his signis remotus ab angulo fi aspexerit ascendens fueritq; directus erit quod dixit in hoc capitulo infra quod erat. Saturnus in tertio ab eo significat mortem regis per testimonium rei annorum. ℂ Et dixit messahala destruet semina ꝛ pauce erunt messes. Si autē nō aspexerit ascendens erit malum minus. Et si fuerit retrogradus significat destructionem seminum:ꝛ modica erit messis:ꝛ timetur super iuuenes in anno illo. Et si fuerit cadens ab ascendēte non aspiciens illud fueritq; directus nec aspexerit eū mars nec ascendens significat diminutionem predictoruz malorum: quoniam non poterit tunc multuz nocere: nisi cōtra operetur mars. Et si fuerit retrogradus ꝛ impedierit eum mars significat destructionē messium ꝛ mortalitatem in terris quibus prefuerit signū in quo ipse fuerit tunc.

℔ Capitulum. 67. cum luna fuerit passa eclypsim.

Et si luna fuerit in tempore illo passa eclypsiz significat interfectionem in partibus orientis occidētis ꝛ etiam meridianis: ꝛ significat niues atq; pluuias in terris in quibus consuetū est pluere. In alijs vero alterationem aeris. Significat equidem habundātiam seminum seu messium ꝛ repentinuz ꝛ interitum boum ꝛ vaccarum: ꝛ paucum erit vinuz atq; butyrum in partibus occidentis. ℂ Et si fuerit latitudo eius septētrionalis significat bonitatem aeris ꝛ eius pulchritudinem atq; bonitatem cōplexionis eius. Significabit etiam pluuias vtiles ꝛ proficuas nec ledentes semina ꝛ similia sed iuuantes illa eritq; terrenascentium eorum mediocre ꝛ etiam aliarum rerum licet non sit penitus. Si aūt fuerit latitudo eius meridiana significat pestilentias mortalitates tremores atq; cōmixtiones cum corruptione aeris ꝛ eius deterioratione atq; paucitate bonitatis eius. Et si fuerit orientalis significat multitudinem pluuiarum vel infirmitates illa de causa. At si fuerit occidentalis significat timorem diuitū ꝛ magnatum seu nobiliū ex causa rusticoz seu popularium ꝛ cō-

mixtionem rerum eorum. Si autez fuerit retrogradus significat mortez ⁊ magnatum ⁊ nobiliū ⁊ multitudinem tremoris ⁊ angustiarum inter homines. Si vero fuerit directus significat infirmitates lōgin quas accidētes in superioribus partibus hominū.

¶Capitulum. 68. de virgine.

Siquidez fuerit saturnus in virgine ⁊ fuerit latitudo eius septētriōalis significat bonitatem ventorum ⁊ eoruz suauitatem ⁊ eorum fortificationez in temporib⁹ messium ⁊ serencium. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat paucitatem pluuiarum ⁊ consumptionem aquarum fontium. ¶Si autem fuerit orientalis significat q̄ mulieres que pregnāte fuerint in illo anno abortient causa ventorum: ⁊ etiam causa concubitus post pregnationem. Sed si fuerit occidentalis significat febres festinas in illo anno ⁊ terribiles atq; tremores. ¶Et si fuerit retrogradus significat timorem regis illius regionis ex inimicis suis ne veniant in eius ꝓtrarium super eum. Siquidem fuerit directus significat illi regi adeptionem de inimicis suis ⁊ fortitudinem ipsius contra eos.

¶Capitulum. 69. de capricorno.

Quz vō fuerit in capricorno fueritq; latitudo eius septentrionalis significat bonā dispositionē aeris atq; mediocritatem pluuiaruz. ¶Si aūt fuerit latitudo eius meridiana significat tenebrositatē aeris in hyeme ⁊ nebulositatem ⁊ frigus. ¶Et si fuerit orientalis significat malum esse magnatū atq; nobilium in illa reuolutione ⁊ ipsorum terrorem ⁊ q̄ nō bene se habebunt cuz rusticis seu popularibus: ⁊ q̄ male participabunt insimul. ¶Si vero fuerit occidentalis significat multitudinem locustaꝝ in regionibus consuetis ⁊ magnum calorem ledentem ⁊ devastantem messes. ¶Verum si fuerit retrogradus significat q̄ rustici seu populares cōmiscentur ⁊ irascentur inuicem. Si autem fuerit directus significat bonā dispositionem diuitum ⁊ magnatum seu nobilium: ⁊ q̄ bene se habebūt erga quolibet ⁊ inter se: ⁊ q̄ diliget iusticiam ⁊ rectitudinem atq; mansuetudinem ⁊ exercebunt eam.

¶Capitulum. 70. de geminis ⁊ eius triplicitate cū fuerit in ea saturnus.

Siquidez fuerit in geminis vel eius triplicitate significat q̄ quicquid significauerit siue bonum sit significatuz illud siue malum vt plurimū apparebit occidētalibus. Sed si fuerit in geminis fueritq; in angulo directus significat grauitatem ventorum septētrionaliuz atq; frigoris hyemis illius anni. ¶Et dixit Albumasar erit detrimentum ⁊ diminutio in auibus ⁊ accidēt hominib⁹ infirmitates de frigido ⁊ sicco in qualicunq; cōmixtione calidi ⁊ humidi: eruntq; homines mendaces ⁊ cōtentiosi ⁊ significatur etiaz ex hoc effusio sanguinis. Et dixit si fuerit in signo aereo significat grauitatem frigoris ⁊ multitudinez gelu ac nebule ⁊ corruptionem complexionis aeris ⁊ tonitrua ac coruscationes ⁊ fulgora ⁊ impedimentum ex multitudine pluuiarum: ⁊ maxime si fuerit a quinto gradu signi vsq; in. 26. ⁊ erit impedimētum ex ipsis fulgoribus ⁊ ignitis scintillis in aere discurrentibus sub astilibus. Et si fuerit retrogradus significat contrarietates regum ⁊ nobilium atq; magnatum seu diuitum: ⁊ timebitur super eo mors in anno illo siue in reuolutione illa: ea de causa significat terremotum vērum in eodem anno. Et si fuerit remotus ab angulo multiplicabuntur venti tam orientales q̄z occidentales. ¶Et dixit Albumasar significat etiam grauitatem frigoris: eruntq; homines in mutationibus. Et si cum hoc fuerit retrogradus erunt homines similiter in motu: eruntq; infirmitates ex ventis ⁊ hymbribus rores atq; pruina. ¶Si autez fuerit cadens non respiciens ascendēs: fueritq; directus accident ista in regionibus que fuerint in diuisione signi in quo fuerit tunc saturnus: ⁊ multiplicabuntur venti ex diuisione meridiei. Si autem fuerit directus accident ista fortunis absq; debilitate: ⁊ cadēt infirmitates ⁊ dissolutiones ꝓfractiones atq; predationes in ciuibus qui fuerint in diuisione signi predicti ⁊ accident plus atq; fortius ista in rusticis ⁊ popularibus atq; vilibus personis. ¶Et dixit Albumasar: si autem fuerit in angulo terre saturnus ⁊ fuerit dōs anni in dicta triplicitate: vel si non fuerit dōs anni sed receperit dispositionem dōi ascendētis illius reuolutionis significat q̄ in eodem anno ⁊ in locis predictis morientur plures homines ex terremotu. Si vero receperit dispositionem dōi medij celi significat guerras ⁊ contrarietates in petitione regni seu dignitatis alterius vel diminutionez districtus alicuius ciuitatis vel terre magnatis que volet ei auferri ab alio per vim. Et dixit significat multitudinē aq̄rū ⁊ iundationē fluuiorꝝ atq; submersiones: multitudinē ēt ruinā: ⁊ detrimentū in annona: ⁊ erit multitudo vētorꝝ ⁊ significatur mors in viris. ¶Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat vehementem flatum ventorum ⁊ aeris tenebrositatē atq; corruptionem ⁊ mutationez coloris ipsius ad latus ingredinis: significat etiā terremotus ⁊ maxime in partibus signi in quo ipse fuerit. Si autem fuerit latitudo eius meridiana significat calorem aeris ⁊ eius siccitatez: paucitatem quoq; pluuiarum: ⁊ multitudinem pestilentiarum pestiferarum atq; mortalium. Si autem fuerit orientalis significat infirmitates vēturas magnatibus terre babilonie atq; regi eorum. Si quidem fuerit occidentalis significat siccitatez aeris ⁊ paucitatem pluuiaruz ⁊ hoc si fuerit directus: quoniam retrogradus nocebit nimis.

¶Capitulum septuagesimumprimum de libra cuz fuerit in ea saturnus.

Dixit Albumasar si fuerit saturnus in libra ⁊ fuerit latitudo eius septētrionalis significat calorem aeris ⁊ eius siccitatez: ⁊ significat paucas pluuias in illa reuolutione ⁊ consumptionē aquarum. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat bonitatē aeris ⁊ sua

uitatem ipsius nec erunt venti nocibiles. ¶Et si fuerit orientalis significat appetitū turpium criminum hominum. Et si fuerit occidentalis significat infamiam casurā super fornicationes ⁊ turpi coitu abutentes. Si autem fuerit retrogradus significat infirmitates seruoꝝ ⁊ ancillarum ⁊ vilium personaruꝫ. Et si fuerit directus significat mediocritatem annone ⁊ specialiter ordei. ¶Et dixit Albumasar significat cōfractionem census super regem.

¶Capitulum septuagesimum secūdum de aquario cum fuerit in eo saturnus.

SIquidē fuerit Saturnus in aquario ⁊ fuerit latitudo eius septētrionalis significat multitudinem pluuiarum ⁊ grauitatem frigoris ⁊ gelu. Et si fuerit latitudo eiꝰ meridiana significat paucitatem aquarum fontiū ⁊ fluminum. ¶Si fuerit orientalis significat paucitatem acquisitionis hereditatū: ⁊ paucitatem substātiarum rusticoruꝫ. Et si fuerit occidentalis significat multitudinem cōbustionis ⁊ fortitudinem. Et si fuerit retrogradus significat grauitatem ⁊ infirmitatem eiusdem rei. Et si fuerit directus significat mortem animalium quibus vtuntur homines in suis villitatibus.

¶Capitulum septuagesimūtertium de cancro ⁊ eiꝰ triplicitate cū fuerit saturnus domin⁹ reuolutionis ⁊ fuerit in eo vel eius triplicitate.

SI autem fuerit saturnus dōs anni ⁊ fuerit in cācro vel in eius triplicitate dixit albumasar quicquid ipse significauerit siue bonum siue malum erit in parte septentrionis. Sed si fuerit in cancro significat multiplicationem aquarū ac pluuiarum ac piscium locustarum ⁊ repentiū terre. Et si non aspexerit eū mars grauabitur frigus: ⁊ multiplicabunt locuste: ⁊ erunt infirmitates in terris que sunt in diuisione signi in quo fuerit saturnus ⁊ signi qō fuerit in eius oppositione vel quarto aspectu. Et si fuerit retrogradus timebitur super regē illius regionis mors. Si autem aspexerit eū mars sine aspectu fortunarum significat mortalitatem in terra pdicta: ⁊ multiplicabitur malum ⁊ impedimentū. Si autem non aspexerit ascendens multiplicabunt pluuie atq; rores ⁊ frigus. Si vero fuerit directus minuetur maluꝫ: ⁊ eo magiꝰ si aspexerit eū aliqua ex fortunis nisi fuerit tunc luna in primo: quonīā significat impedimentuꝫ casurum super reges ⁊ magnates illius regionis ⁊ mortem. Si autem fuerit retrogradus ⁊ aspexerit eum mars significat interitum ⁊ maluꝫ in terra signi predicti ⁊ eius oppositionis ac quarti aspectus ⁊ etiā locustas. Et si fuerit cadens non aspiciens ascendens fueritq; directus ⁊ mars cadens ab eo significat securitatē hominum: ⁊ eo melius si iam transierit. 15. gradum signi: erunt tamen infirmitates in terra illius signi. Et si fuerit retrogradus ⁊ aspexerit euꝫ mars fuerintq; ab eo absentes fortune occurrent ignobilibus illarū regionum tribulationes ⁊ mala ⁊ grauabit frigus: multiplicabuntur aque atq; locuste. ¶Et dixit Albumasar ⁊ erit impedimentū in aqua ex naufragio ⁊ ex fractione nauium: ⁊ periclitabunt peregrinantes in aquis: morietur animalia aque ⁊ his similia. Dixit si vero aptus fuerit absq; impedimento significat eorum que dixi bonum ⁊ conuersionem mali in bonū ⁊ aptationē in vniuersis substātijs suis eoꝝ significatio eius. Et dixit ⁊ aspice malū q impediet eū q est mars ⁊ cauda p̄iunctionis ⁊ mars p̄ p̄iūctionē ⁊ per aspectū. Et dixit proprietas saturni est super diuites antiquos ⁊ iudeos ⁊ religiosos ⁊ agricolas ⁊ senes ⁊ decrepitos. Quod si fuerit impeditus hora reuolutionis iudica destructionez ⁊ impedimentum. Et si fortunatus iudica fortunū. Et si fuerit latitudo eius septētrionalis significat paucitatez aquarum ⁊ diminutionem fluuiorum ⁊ pluuiarū. ¶Si aūt fuerit latitudo eius meridiana significat occupationem hominum in victu suo ⁊ paucitatem acquisitionis eorum. Et si fuerit orientalis significat corruptionem aeris ⁊ eius tenebrositatem atq; multitudinem frigoris in tempore suo. Et si fuerit occidētalis significat multitudinem pluuiarum ⁊ carum corruptionem ⁊ impedimentū rerum ex ventis. Et si fuerit retrogradus significat fortitudinem illorum que dicta sunt: ⁊ q rex illius regionis que fuerit in diuisione signi in quo fuerit saturnus cadet in opprobrium ⁊ dedecus valde magnum q non possit ei malus euenire ⁊ eparabit quasi morti. ¶Et dixit messahala erit guerra maxima ⁊ mors valida. Et si fuerit directus significat benuolam dispositionez aeris ac ipsius complexionis bonitatem.

¶Capitulum septuagesimūquartum de scorpione cum in eo saturnus fuerit.

SI vero fuerit saturnus in scorpiōe fueritq; latitudo eius septētriona significat multitudinem pluuiaꝝ ⁊ abundantiam aquarū fluminum ⁊ eorum corruptionem. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat famem venturam hominibus ⁊ grauitatem fori rerum venaliuꝫ ⁊ maxime terrenascentiū. ¶Et si fuerit orientalis significat multitudinem bellorum inter diuites ⁊ magnates. Et si fuerit occidētalis significat destructionem ⁊ impedimentum in mari ⁊ rerum marinarum ⁊ casum mali in eis. Et si fuerit retrogradus significat pestilentias in terra ⁊ guerras. ¶Et dixit albumasar si fuerit directus significat salutationem climatis babilonie.

¶Capitulum septuagesimumquintum cum fuerit saturnus in piscibus.

ET si fuerit saturnus in piscib⁹ fueritq; latitudo eius septentrionalis significat multitudinem statue vētorum septētrionalium ⁊ grauitatem frigoris hyemis. Et si fuerit latitudo eiꝰ meridiana significat temperatem in mari: ⁊ illa de causa fractionem naulum: ⁊ q venient impedimenta his qui morātur in aqs ⁊ qui operantur in ipsis. ¶Et si fuerit orientalis significat rixas ⁊ contrarietates diuitū ⁊ inter eos mutuas interfectiones. Sed si fuerit occidentalis significat q rustici atq; populares ⁊ ignobiles exaltabun-

tur ⁊ leuabunt calcaneuꝫ cõtra nobiles ⁊ magnates ⁊ deijcient ⁊ deprimẽt eos. Et si fuerit retrogradus significat tribulationes, religiosoꝝ ⁊ guerras inter homines ⁊ deo seruientium atq; ipsum per moduꝫ religionis colentium ⁊ eorum merores. ℂ Et dixit Albumasar si fuerit directꝰ significat populares domorum religionum ⁊ diuine culture.

ℂ Capm. 76. quid significet saturnus in vnaquaq; domo in reuolutione anni tam mundi q̃ natiuitatum seu interrogationum siue sit dñs anni siue non.

Cum fuerit Saturnus in reuolutione vel in natiuitate seu q̃stione. In primo si fuerit reuolutio anni mundi significat merorem multorum hominuꝫ causa debiti vel causa terraꝝ. Si fuerit natiuitas vel eius reuolutio vel q̃stio significat illud nato vel querẽti. Si autem fuerit in secundo significat cõturbationem amicoꝝ in anno illo ⁊ pdent homines ⁊ diminuent de bonis suis. Si vero fuerit in tertio significat rixas ⁊ discordias vẽturas inter fratres plus solito. Et si fuerit in quarto significat destructionẽ edificiorum: ⁊ depopulationem terraꝝ ⁊ detrimentum seminum ⁊ thesaurorũ ⁊ periculuꝫ venturum causa ipsorũ ⁊ mortem. Et si fuerit in quinto significat abortiuos in anno illo plus solito: ⁊ detrimẽtum filiorum ⁊ merores causa ipsorũ ⁊ contentiones cũ nunciis ⁊ legatis ⁊ q; ipsi non bene exercebunt quod sua iterest in anno illo. Et si fuerit in sexto significat malam voluntatem seruorũ ⁊ ancillaꝝ erga dñs suos ⁊ eoꝝ inobedientiam ⁊ infirmitates plures ⁊ nocumẽtum minorum animaliũ. Si vero fuerit in septimo ⁊ signum sit femininũ ⁊ eius dñs planeta femininꝰ significat malam voluntatem mulierũ erga viros ⁊ earum inobedientiam. Et si fuerit signum masculinum vel eius dñs planeta masculinus significat malam voluntatem virorum erga vxores suas: ⁊ fraudem sociorum ⁊ lesionem inimicoꝝ aduersus inimicos absentes potius q̃ palam: ⁊ tribulationem causa terraruꝫ: ⁊ vt multum detestabilem finem rerum.

ℂ Idem dicas si fuerit sic inuentus in natiuitatibꝰ vel interrogatiõibus. Et si fuerit in octauo significat litigia causa petitionũ hereditatuꝫ seu reliquiarum mortuorum ⁊ causa petitionũ antiquarum rerum: ⁊ contristationem causa mortis: ⁊ significat res quarum dolor ⁊ angustia seu tristicia diu durabit. Et si fuerit in nono significat diminutionem fidei: ⁊ ablationem misericordie atq; pietatis: ⁊ q; mutabuntur quidam ex heremitis seu religiosis a religionibus suis ⁊ derelinquent eas ⁊ assument sibi mala cõsilia etiam ⁊ alijs similiter: ⁊ studebũt quidam homines in vilibus ⁊ horribilibus rerũ alienarũ vt sunt quidam qui euellunt mortuos de sepulchris ⁊ expoliãt eos: significat merores ⁊ tristicias ⁊ anxietates venturas itinerantibus in peregrinatiõibus suis ⁊ longam moram in eis. Si vero fuerit in decimo significat tam in natiuitatibus seu questiõibus q̃ in alijs reuolutionibus merorem ac tristiciam ⁊ attractiões ⁊ grauitates ex parte regis seu potestates ⁊ pplerate carceris. ℂ Et dixit albumasar q; si fuerit sol dñs decime domus interficiet eũ rex in carcere suo. ℂ Et si fuerit luna dña. 10. domus significat illud idez qõ sol nisi ipsa sit iuncta saturno. ℂ Et si fuerit dñs. 10. domus iupiter interficiet eum rex ⁊ faciet sibi iniuriam absq; culpa. ℂ Et si fuerit dñs decime domus mars peribit culpa sua. ℂ Et si fuerit dñs. 10. domꝰ venus significat q; sequet ex hac tribulatione prosperitatem atq; sublimitatem ⁊ gaudiũ atq; profectum ⁊ penitebit regem fecisse hoc ⁊ confitebit se non bene fecisse ⁊ humiliabit erga eum. ℂ Et si fuerit dñs. 10. domus mercurius interficiet eum ex iniuria sine ratione quãdo seret falsum testimoniũ cõtra eũ. ℂ Et si aspexerit mercurius martem percutietur flagellis. ℂ Et si fuerit mercurius cũ sole sub radijs eius faciet ei rex viz ⁊ auferet ei substantiã ⁊ faciet sibi redditionem suoꝝ bonoꝝ. Et dixit q; scito q; hec proprietas sit saturno in. 10. inter ceteras planetas. ℂ Et si fuerit in. 11. significat merorẽ ⁊ tristiciam ab amicis ⁊ cã amicoꝝ ⁊ paucitatem profectus in his que speravit ⁊ in quibus habuit fiduciã ex bono ⁊ inuolutionez in rebus ac duriciam earũ ⁊ multitudinẽ fiducie in rebus falsis que nihil proficiũt. ℂ Et si fuerit in. 12. significat impedimenta q̃ accident ex parte regis vel alterius rectoris significat etiã q; capietur ab inimicis ⁊ erit timendum in omnibus suis rebus. Et sm q; tetigi tibi superius omnia ista possunt cõsiderari in reuolutionibus annoꝝ mundi: in reuolutionibus natiuitatũ: in questionibus ⁊ similibus in omnibus capitulis ⁊ in quolibet per se. Et sicut in saturno ita in q̃libet alio planeta tã in bono q̃ in malo.

ℂ Capitulum. 77. de cõiunctione saturni ⁊ martis in reuolutione quid significet.

Aspicies etiã in reuolutione quãdo reuolutis annũ siue mundi fit siue natiuitatis si coniuncti fuerint saturnus ⁊ mars in aliqua domorum. 12. quoniã habet significare grauitates ⁊ impedimenta sm significata domus in qua cõiũcti fuerint. ℂ Mã si fuerit coniunctio eoꝝ in primo significat vniuersale malũ atq; impedimentũ venturum super rusticos ⁊ populares. ℂ Si fuerit in scõo ab ascendente reuolutionis significat destructionem substãtiarum atq; domoꝝ ipsaꝝ ⁊ cadent diuites ac magnates in oblitionem gentiũ ⁊ quasi pro nihilo reputabũtur ⁊ exaltabunt familiares eorũ atq; seruientes: eorũq; milites ⁊ superbient contra eos nec volent eis obedire nec fidẽ eis seruare nisi modicam imo quasi nullam. ℂ Si quidem fuerit in tertio dixit albumasar significat destructionem domorũ religionis ⁊ desolationem horribilium super religiosos ⁊ deum colentes. Et si fuerit in quarto significat destructionez edificiorum ⁊ mansionũ seu domoꝝ. ℂ Si autem fuerit in quinto significat destructionẽ atq; impedimentum casuruꝫ super filios: ⁊ abortus in anno illo plures solito: ⁊ mutationem voluntatũ amicoꝝ adinuicem ⁊ etiam personaꝝ seinuicem diligentiũ ⁊ cadet inter eos loco dilectionis tedium ⁊ mala voluntas. Si vero fuerit in sexto significat impedimentũ atq; detrimentum casurũ in quadrupedia minora ⁊ maiora ⁊ maxime quibus vtũtur homines vt sunt boues equi asini cameli ⁊ similia: ⁊ in seruos ⁊ ancillas atq; famulos ⁊ famulas: ⁊ significat etiam infirmitates. ℂ Si vero fuerit in septimo significat q; cadent rixe atq; contentiones ⁊ discordie similiter ⁊ dissensiones multaq; mala inter socios ⁊ alios participes ⁊ etiam inter viros ⁊ vxores ⁊ insurgẽt inimicitie inuicem inter homines. ℂ Si quidez fuerit in octauo significat q; q̃ plures homines dimittent suas do-

mos ⁊ habitacula in quibus morant ⁊ ibunt errando per terras alienas atq; regiones ⁊ cadet interitus super eos ⁊ erunt inter homines sollicitudines causa reliquiarum mortuorum ⁊ bonorum que hereditantur ex mortuis ⁊ pecunie mulierum. ℂ Et si fuerit in nono significat detrimentuz religiosorum largarum religionū vt sunt episcopi archiepiscopi cardinales ⁊ similia. Et abscisiones viarum ⁊ itinerum ⁊ maxime longorum ⁊ peregrinationū quibus vadunt homines longe a suis habitaculis petēdo magnas ⁊ nominatas domos orationis. ℂ Si fuerit in decimo significat detrimentū regum ⁊ magnatuz ⁊ destructionem esse eorum ⁊ mortem magni regis. ℂ Si vero fuerit in vndecimo significat dissentionē ⁊ iram ⁊ rixam seu discordiam casuram inter amicos. ℂ Et dixit Albumasar mutabitur omnis qui habuerit amicum super socium suum significat etiā malum esse militum atq; familiariorz regum. ℂ Si quidem fuerit in duodecimo significat impedimenta que cadent super omnia quadrupedia ⁊ maxime super predicta. ſ. bones equos asinos ⁊ similia: ⁊ cadet detrimentum ⁊ deterioratio super omnem venditionem bestiarum ⁊ specialiter magnaz tam equitantium q̄m non equitantium. ℂ Et dixit Albumasar omnia hec accident in regionibus que sunt in diuisione signi in quo ipsi fuerint coniuncti: ⁊ planeta qui fuerit dominus termini in quo ipsi coniungun tur erit particeps: ⁊ accidēt ista similiter in ciuitatib⁹ seu regionib⁹ q̄ sunt in diuisiōe signi in q̄ ipse fuerit.

ℂ Capitulum. 78. quid significet iupiter in reuolutione in vno quoq; signo ⁊ in vna quaq; triplicitate cum fuerit dominus anni ⁊ in vnaquaq; domo siue fuerit dominus anni siue nō.

Cum fuerit iupiter dōs anni fueritq; in ariete vel in eius triplicitate significat apparitionem religionū in partibus orientis quibus p̄ est signū in quo ipse fuerit: ⁊ maxime cum fuerit in ariete significat earuz apparitionem ⁊ sectarum ⁊ obseruationem preceptorz diuinorum ⁊ iusticie atq; bonorum operū in illa reuolutione: ⁊ significat multitudinem ventorū ex parte orientis ⁊ frigus hyemis ⁊ pluuias non tamen exterminatas ⁊ inundationē fluminum ⁊ aptationem vinearuz ⁊ arborum ⁊ q̄ horrea erunt bona. ℂ Et si fuerit iupiter tunc boni esse atq; bene dispositus significat multitudinez substantiarum duibus regionuz quibus prefuerit ⁊ bonitatem esse eorum atq; ipsorum gaudium ⁊ alacritatem ⁊ dilectionem popularium seu rusticorum erga diuites ⁊ nobiles atq; magnates. ℂ Et dixit Albumasar si fuerit impeditus seu malus esse significat contrarium eorum que dicta sunt. Et dixit ⁊ scito q̄ opus in re iouis ⁊ aspectus planetarū ad eum est sicut opus in re saturni equaliter. ℂ Et dixit Iupiter est significator nobiliū ⁊ iudicum ⁊ episcoporum ac consulum ⁊ religiosorum ac ciuium sectarum. Et si fuerit impeditus detrimētum patietur omne quod est ei⁹. Et dixit q̄ si fuerit in humāis signis vl' igneis significabit delectionē diuitum ⁊ paruitatem donationum eorum ⁊ seruationē eorum ordinum ⁊ solliciudinum caruz erga propinquos suos: destructionemq; regni babilonie ⁊ arabum ⁊ paucitatem substantiarum ⁊ curiositatis: ⁊ erit hoc super ciues ciuitatum que sunt in diuisione signi in quod descendederit: iupiter: ⁊ exercitiuz mendacij in latitudine hominum cum assensione mali vel iniuriarum ⁊ infirmitates corporum ⁊ debilitationem acquisitionuz

ℂ Capitulum. 79. de eius existentia in leone.

Et si fuerit in leōe significat frigꝰ hyemis ⁊ multitudinē aquarum ⁊ ventos validos ⁊ furibundos eradicantes arbores ⁊ significat temperantiā aeris ⁊ eius claritatem in vltima medietate hyemis ⁊ frigus in eius fine ⁊ pluuias in vere plures solito ⁊ in temperatas ⁊ paucitatem aquarum fontium ⁊ paucitatē pastus animalium campestrium pascentium in hyeme ⁊ multas tusses ⁊ significat annum fertilem.

ℂ Capitulum. 80. de ipsius existentia in sagittario.

Et si fuerit in sagittario significat tēperamentū aeris in principio hyemis ⁊ in eius medietate frigus ⁊ in ipsius fine vētos graues ⁊ niues atq; gelu in vere ⁊ vētos meridianos ⁊ multitudinē pastuum campestriū: ⁊ impedimētū vineaz ex niue atq; frigore ⁊ paucitatē frugū ⁊ impedimentū arborz. ℂ Si vo fuerit latitudo eius septētrionalis significat bonā cōplexionē aeris ⁊ paucitatē pluuiaz. Et si fuerit latitudo eiꝰ meridiana significat corruptionē vētorz ⁊ grauitatē eorz. Et si fuerit orientalis significat gaudiū ⁊ letitiā ⁊ bonū esse diuitū ⁊ magnatū atq; nobiliū ⁊ eorz gaudiū ⁊ letitiā ⁊ q̄ erūt in ludis ⁊ tripudijs. ℂ Et dixit albumasar si fuerit occidētalis figit sublimitatē sapiētū ⁊ diuitū atq; nobiliū. Et si fuerit retrogradꝰ figit impedimentū in mari nec erit nauigare bene tutuz. Et si fuerit directus significat multitudinē piscium ⁊ animaliū degentiū in aquis ⁊ eorum saluationem.

ℂ Capl'm. 81. quid significet iupiter in v naq; reuolutiōe anni tā mūdi q̄ natiuitatū seu interrogationū siue sit dōs anni siue nō.

Et q̄n Iupiter fuerit in reuolutione vl' natiuitate seu qōne in p̄ si fuerit reuolutio āni mūdi figit in āno illo q̄ reuerabunt vnꝰ alterꝰ ꝑs q̄ decebit reuereri vnūquemq; iuxta suū esse ⁊ seruabūt hōestatē ⁊ pulchritudinē ⁊ mūdiciaz atq; fidē ⁊ religionē ⁊ exercebūt ip̄s in disciplia ⁊ rōe ⁊ erit finis itētiōis eoz exercē in his q̄ spectāt ad saluatiōez

aliaꝝ nisi ꝯ opent saturn⁹ ⁊ mars: et accidēt hoib⁹ ḡs occurerit ꝑncipat⁹ et filia. Si aūt fuerit nattuitas vel qō vel eaꝝ reuolutio fiḡt aliud nato siue ḡrēti. ¶Si vero fuerit in secūdo significat studium ⁊ eoꝝ intentiones in aggregatione pecunie in ipsiusq; accumulatione atq; adeptione ⁊ hoc cū retētione animi bona ⁊ licita ⁊ cōuenienti. ¶Et si fuerit in tertio significat fortunā bonā ex vno fratre in aliū ⁊ inuicem ⁊ gaudebūt hoies ex parte ꝑpinquoꝝ ⁊ maxime minoꝝ ⁊ sotoꝝ ꝑmaꝝ seu matoꝝ. ¶Et si fuerit i ḡrto significat augmētationem bonoꝝ pluriū hoiuꝫ ex reliquijs mortuoꝝ ⁊ ex hereditatib⁹ atq; predijs vel ex thesaurīs absc̄ditis vel inopinatis ⁊ ex rebus antiquis: ⁊ auferenk merores ab hoib⁹ ⁊ venient eis res de qbus poterūt letari vt in plurib⁹ ⁊ gaudere ⁊ auferenk ab eis cogitationes male ⁊ tristitie: cessabunt etiam rixe atq; omne horribile. ¶Si gdeꝫ fuerit in gnto significat incrementū filioꝝ ⁊ bonū esse ipsorū ⁊ q; non erūt aborsus in anno illo nisi forte aliq casuales: ⁊ significat profectū causa eoꝝ ⁊ fient res honeste que merenk laudē. Et significat bonū esse diuitum ⁊ magnatum atq; nobiliū ⁊ vtilitatꝫ rerū de qbus habent homines fiduciā in bono. ¶Et si fuerit in sexto significat bonū atq; proficuū in quadrupedib⁹ ⁊ maxime in minorib⁹ vt sunt oues ⁊ filia: ⁊ significat saluationem personaꝝ ⁊ paucitatem infirmitatū preter q̄s in regionib⁹ atq; locis naturaliter infirmis: tamen in illis minuenk infirmitates ⁊ significat vtilitatem ex seruis ⁊ ex ancillis ⁊ obedientiaꝫ famulorum atq; famularum. ¶Si aūt fuerit in septimo significat vtilitatem ⁊ bonum atq; gaudium exparte mulierum ⁊ coniugū seu nuptiarum ⁊ bonum ex parte socioꝝ ⁊ ipsorum fidelitatꝫ: ⁊ significat etiam victoriam ex inimicis illis de regione illa: ⁊ etiam nato siue interroganti. ¶Si vero fuerit in octauo significat ablationeꝫ male mortis atq; suspicione vniuersaliter in regione illa si fuerit reuolutio anni mundi. Si autem fuerit reuolutio natiuitatis seu q̄stionis significat maluꝫ esse nati seu ḡrentis q̄ eueniet ei cā inimicoꝝ: ⁊ q; ipse cadet in manus eoꝝ nisi bene cauerit sibi: ⁊ q; sequeḳ inde grauitatē atq; impedimētū: vltimo tū terminabīt in finē sustinendū ⁊ qui non erit malus imo poterit quodām odo laudari. ¶Et si fuerit in nono significat itinera ꝓficua ⁊ maxime longa ⁊ vtilia in āno illo ⁊ q; erit iter hoies fides ⁊ honestas atq; bonuꝫ: ⁊ erūt somnia ⁊ multū vera: ⁊ cadet expositio somnioꝝ ſm naturaꝫ planete qui separat tūc a ioue vel a quo ipse separet si fuerit ab aliquo separat⁹: ⁊ ſm nām significatoruꝫ illius erūt somnia exponenda in illa reuolutione ⁊ etiam in alijs somnijs potest hoc habere locū. ¶Si vero fuerit in decimo significat accumulationē substantiaꝝ ⁊ eaꝝ collectionem ⁊ affectabūt hoies laudari ⁊ laudabunk glibet laudandi ſm suū esse ⁊ vigebit iter eos honestas. ¶Si aūt fuerit in vndecimo significat laudē ⁊ bonaꝫ famam ex parte amicorum ⁊ q; gaudebūt homines: ⁊ erunt in alacritate ⁊ bonus effect⁹ ⁊ profectus in reb⁹ de qbus habebūt homines fiduciam ⁊ de quib⁹ sperant bonuꝫ. ¶Si quidem fuerit in duodecimo significat impedimenta que occurrent ex parte seruitutuꝫ: ⁊ significat paupertates atq; indigentiaꝫ: ⁊ significat grauitatē que occurret ex parte seruoꝝ ⁊ ex eoꝝ occasione: ⁊ etiā ex parte seruitutis in quā cadūt homines ⁊ tristabunk ex accidentibus que venient eis occasione quadrupedū ⁊ marie magnoꝝ aialiū vt sūt eq̄ oues ⁊ filia.

¶Capitum. 82. quid significet mars cum fuerit dominus anni in vnaquaq; triplicitate ⁊ in vnoquoq; signo ⁊ vnaquaq; domo siue sit dominus anni siue non.

¶Cum autem fuerit mars dñs āni fueritq; in ariete vel in eius triplicitate fiḡt vētos validos ⁊ multas ac varias mutatiōes aeris in ptib⁹ orīētalib⁹: fiḡt et dolores oculoꝝ ⁊ paucitatꝫ pluuiaꝝ: ⁊ fiḡt bellū in eisdem ptib⁹ ⁊ habūdētiā anne fiḡt etiā in eisdem ptib⁹ in ciuitatib⁹ in qbus pre fuerit ⁊ qui fuerint in obuisione arietis malū futurū ⁊ iram atq; iniuriam ⁊ rixam: ⁊ fiḡt victoriā in bello ciuib⁹ illarū ciuitatū ⁊ habitatorib⁹ illaꝝ regionū sup inimicis eorū q; venerint de alijs ptibus ad illas cā nocēdi eis: ⁊ fugationē eorū ⁊ fiḡt exercitū eorū ⁊ eorū regis in reb⁹ marcialib⁹: ⁊ q; patres ⁊ lōgeuiores docebūt ⁊ istruent filios suos ⁊ alios iuuēculos luctamina ⁊ exercitiū bellorum. ¶Et si fuerit mars tūc boni esse fiḡt ciuib⁹ seu habitatorib⁹ ꝓdictis siue ipsoꝝ regi victoriam de suis inimicis: ⁊ q; adipiscet eos ⁊ oēs q cū eis ꝓtēderint: ⁊ fiḡt magnitudinē cordis illi⁹ et cito in volūtatē atq; velociter mutabilē: et ad apprehēsionē reꝝ: fiḡt et q; rustici atq; subiecti sui diligēt et reuerebunk eū et obediēt ei glibet eoꝝ iuxta suū eē. ¶Et si fuerit mars dñs āni et dñs ascēdētis et fuerit boni eē nō impedit⁹ fiḡt q; erit in eodē āno fertilitas et erit ann⁹ pluuiosus: erūtq; pestilētie ac terremot⁹: et erit modicū hoc: eritq; in eodē āno gaudiū et leticia et dimicabūt laboratores ac portatores armoꝝ: et inuenient bonū: eritq; bellū et ꝓtentio ppe regē illi⁹ regionis. ¶Si aūt fuerit mali eē fiḡt paucitatē adeptiōis inimicoꝝ suoꝝ et q; satis erit eis si poterūt se tueri ab eis: imo videt ꝓpius q; inimici adipiscant vel superent eos: et significat q; rex ille nō erit bene stabilis super res quas debuerit exercere: et maxime super nobiles et vtiles atq; iustas: nec seruabit bene sua secreta imo patefaciet illa et suas operationes exercebit in rebus marcialibus plus q̄s in alijs. ¶Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat calorem aeris et paucitatem pluuiarum. ¶Si autem fuerit latitudo eius meridiana significat tonitrua corusc̄ationes et fulgora. ¶Et si fuerit orientalis significat bella casura iter diuites magnates et nobiles. ¶Et si fuerit occidentalis significat turbationes atq; timores venturos hominibus. ¶Et si fuerit retrogradus significat infirmitates oculorum ac totius corporis humani. ¶Et si fuerit directus significat multitudinem hypocritum qui apparebunt in vestimentis ouium intrinsecus erunt lupi rapaces.

¶Capitulum octuagesimum tertiuz cum mars fuerit in leone.

Si autē fuerit in leone signa bella ⁊ cōtentiones ⁊ paucitatem annone in partib⁹ orientalib⁹ ⁊ erit mors in hominib⁹ ⁊ maxime in iuuenibus. 40. annorum vsq; ad 50. in pueris tñ erit hoc fort⁹. ¶Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat paucitatem aquarum. Si autem fuerit latitudo eius meridionalis significat multitudinem aquarum fontiuz ⁊ fluuioruz. Et si fuerit orientalis significat impedimentum animaliuz quibus vtunt homines ⁊ similia. Et si fuerit occidentalis significat paucitatem piscium: ⁊ mortem animalium in aquis degentium. Et si fuerit retrogradus significat impedimentum atq; grauamen quod cadet in diuitibus ⁊ magnatibus. Et si fuerit directus significat flatū ventoz occidentalē: ⁊ saluabunt naues in mari.

¶Capitulum octogesimumquartum cuz mars fuerit in sagittario.

¶Et si fuerit in sagittario mars significat bellum futuz in partibus occidentalibus: ⁊ q; erit paucitas vini in partibus illis: ⁊ erit malum impedimentū atq; mors in habitationibus illaz regionum ⁊ in negociatoribus: ⁊ erunt infirmitates ⁊ tusses atq; dolores oculorum: ⁊ erunt lumbrici perniccantes pueros ⁊ ledentes etiam alios: ⁊ significat paucitatē pluuiarum: ⁊ q; generabit frigus in tempoib⁹ suis ita q; illa de causa deuastabunt arbores ⁊ herbe atq; annona: ⁊ patient apes in illa reuolutione detrimentuz: qui si fuerit bene dispositus fortunat⁹. s. atq; fortis significat bonum esse auctorum bellorum ⁊ eorū consiliatorum ⁊ portatorum armoruz causa guerricandi ⁊ guerriçatoriorum: ⁊ coruz qui querūt iniustiçiam ⁊ abscisores viarum prout hi qui vtunt his reputant esse suum bonum. ¶Et dixit albumasar q; si fuerit mars in signis humanis vt sunt gemini virgo libra vltima medietas sagittarij ⁊ aquarius signi ficat multitudinem belloz ⁊ guerraz: ⁊ q; insurgent homines in regē suū in ei⁹ cōtrariū. Significat etiā mortē subitaneam ⁊ febres tertianas ⁊ alias febres fortes ⁊ graues ⁊ multitudinē infirmitatū: multitudinem etiam abscisoruz viaz: ⁊ effusionē sanguinis hominū: ⁊ combustiones ⁊ fulmina. Si vo male dispos⁹ fuerit significat malitiam omniū predictoruz grauioꝛē atq; deterioꝛē ⁊ magis ledentem nisi cōtra operet iupiter. ¶Si vo fuerit latitudo ei⁹ septentrionalis significat bonitatem aeris ac ipi⁹ pulchraz dispositionē. Et si fuerit latitudo ei⁹ meridiana significat significat luchtū negociatoz ⁊ eoz luchri pulchritudinem. ¶Et si fuerit orientalis significat pacem ⁊ quietudinē atq; securitatē: ⁊ pauca vel q̄si nulla erūt bella. Et si fuerit occidentalis significat saluationem arboz ⁊ multitudinem frugū. Et si fuerit retrogradus significat tusses vēturas hoib⁹: ⁊ dolores in posteriorib⁹ partib⁹ capitis Si aūt fuerit direct⁹ significat pestilētias vēturas in aialia que morant iuxta littora maris.

¶Capm octogesimumquintuz de alio significato martis nephario.

Attendendū est etiā in reuolutiōe anni mūdi vtrū mars sit in geminis an non. Nam si fuerit mars in geminis in reuolutione anni fueritq; gemini nona dom⁹: fuerintq; planete iferiores secuti eū sigt ecclesiam romanam accepturaz gladiū tpalē in anno illo ⁊ q; exercebit illū: ⁊ nitet effusionez sanguinis xp̄ianoz tam insontiū q̄z sontiū. ¶Cū mars fuerit in reuolutione anni in primo siue sit ipse dñs anni siue nō q̄liscūq; fuerit reuolutio siue mūdi siue natiuitatis vel sit natiuitas siue q̄stio significa horribilitatē venturaz hoib⁹ siue nato seu q̄renti in anno illo: tristiciam atq; timores ⁊ contrarietates ⁊ pretentiones: ⁊ nitent homines in auferendo substātiā vn⁹. s. alteri: ⁊ res que nō pertinent ad ipsos cū ingenio ⁊ calliditate absq; rōne ⁊ absq; modo laudabili. ¶Et si fuerit in secūdo significat sīr ablationē sbe p iniustiçiam ⁊ absq; rōne: ⁊ erit pauptas ⁊ indigētia causa inducens eos ad hoc faciendū: ⁊ perturbabunt familiares atq; ministri ꝑtra dños suos seu illos cuz gb⁹ habuāt vel morant. Quidā voluerūt dicere q; mars in secūdo nō sit vituperandus: dixerūt. n. q; sigt mercationes: sed non inueni hoc exptum q; meminerim. ¶Et si fuerit in tertio sigt iram ⁊ odiū atq; inimicitiā ⁊ p̄rietatē atq; pretentionē casurā iter fratres ⁊ minores p̄sanguineos: ⁊ q; plēs eoz interficiēt se ad inuicem ex parua occasione: ⁊ eo tpe si tertia dom⁹ fuerit capricorn⁹ vel aquarius. ¶Et dixit albumasar si tertia dom⁹ fuerit ex domib⁹ veneris sigt gaudiū ex fratrib⁹ ⁊ sororib⁹. Et si fuerit ex domib⁹ iouis sigt multitudinē sbaz ⁊ acqsitionē negociatoz. Et si fuerit ex domib⁹ saturni sigt expoliationem mortuoz positoz in sepulchris: ⁊ suffossionem parietū ⁊ ablationem aliaz reruz p modū latrocinij: sigt exercitiū hoium in lucrando ⁊ extorquēdo pecuniam vndecūq; poterūt p modū dñationis non licite atq; p falsas attestationes ⁊ p vba malitiosa ⁊ fraudulenta: ⁊ patient homines pericula ⁊ tribulationes. Et si fuerit domus lune significat latrocinia ⁊ suffossiōes parietum vt illa de causa furentur ⁊ per nephas furripiant: ⁊ erunt latrones securi atq; audaces in furando: furabunt enim in foro ⁊ in locis mercationum ne dum in nocte sed etiam in die. Et si fuerit domus solis significat abscisores abscisiones viarum: ⁊ depredationes in villis ⁊ interim in ciuitatibus ⁊ in alijs habitaculis: ⁊ etiam in hospicijs hospitantiuz forenses ac peregrinos. ¶Et dixit albumasar scito q; proprietas sit martī inter ceteros planetas. ¶Et si fuerit in quarto significat mortem ⁊ interitum egritudine: ⁊ interfectionem ex gladijs: ⁊ effusionez sanguinis ⁊ ei⁹ suspitionē: ⁊ finient ista in meridie a quacūq; parte aspiciant ⁊ in oracē: ⁊ ex tribulatione plira erit tñ initium eoz ex⁹ septentrione magis.

¶Et si fuerit in gnto sigt qꝫ erunt fornicationes in anno illo ⁊ qꝫ nascent ex eis multi filij quoꝝ plures reputabunt legittimi cū sint adulteri ex qb⁹ paꝝ vel nihil proficient parētes coꝝ: erit tñ victꝰ hoiam illi⁹ anni ꝓueniens. ¶Et si fuerit in sexto significat egritudines calidas vt sunt febres calide: ⁊ sicce que habebūt motū a sanguine corrupto ⁊ ex colera venturas in hoies in reuolutione illa: sigt etiam merores ac tristicias que eueniunt occasione seruoꝝ ⁊ ancillaꝝ atqꝫ famulorum ⁊ alijs de causis que significant p sertam domū. ¶Et si fuerit in septimo significat ꝓtentiones ⁊ contrarietates ⁊ ꝓturbationes in oib⁹ reb⁹ ⁊ damnū illa de causa: ⁊ significat mercationes cum fraude atqꝫ deceptione: merorēꝫ quoqꝫ atqꝫ tristiciam in illud. ¶Et si fuerit in octauo acgsitionēꝫ ex substantijs mortuoꝝ in aligb⁹ hoibus ⁊ hoc tam in reuolutionib⁹ natiuitatū seu questionū ⁊ tam in ipsis questionib⁹ qꝫ in reuolutionib⁹ annoꝝ mūdi: ⁊ fiet ius acgrentib⁹ eas illa de causa: ⁊ perdent eas post acquisitionem earum: ⁊ cadent in paupertatēꝫ atqꝫ indigentiam: ⁊ significat interfectionem atqꝫ mutilationem seu perditionem membrorum manuuꝫ scilicet atqꝫ pedum: ⁊ cadent in opprobrium atqꝫ vituperium valde turpe atqꝫ reprehensibile. ¶Et si fuerit in nono significat diminutionem statuꝰ religiosorum: significat etiam petitionem equorum et armoruꝫ causa bellandi atqꝫ guerriçandi: ⁊ petent hoies sibi bella: ⁊ affectabūt castrametari atqꝫ ire in exercit⁹: ⁊ significat potationes ac ebrietates ⁊ incontinentiam ab inhonestis ⁊ illicitis: ⁊ erūt hoies multum infideles atqꝫ mendaces ⁊ nitent exponere somnia ⁊ exponent ea in mendacū. ¶Et si fuerit in decimo significat tribulationem venturā rusticis atqꝫ popul⁹ ex parte regis vel diuitum ac potentuꝫ ⁊ significat vulnera ⁊ ꝓcussiones gladioꝝ atqꝫ flagella ⁊ angustiam ex eis atqꝫ carcerem: ⁊ penuriam seu indigentiam victualiū: ⁊ significat bella ⁊ ꝓtentiones de reb⁹ que nō sunt illoꝝ qui petūt eas nec ptinent ad eos. ¶Et si fuerit in vndecimo significat paucitatem lucri seu ꝓfectus in reb⁹ de qbus sperab⁹ vtilitas: ⁊ qꝫ cadent in inimicitias amicoꝝ: ⁊ significat diminutionem substātie: ⁊ desperabūt hoies de rebus in qbus habebāt fiducia ⁊ de qb⁹ sperabāt: filꝰ ⁊ natus seu ḡrens. ¶Et si fuerit in duodecimo significat ingenia in latrocinijs ⁊ in hijs similibus: ⁊ pigriciaꝫ atqꝫ dilationē in his que facere debuerit ⁊ poterūt: diminutionē substantiaꝝ hoium: ⁊ significat merorem ⁊ tristiciam venturam causa magnorū animalium tam illoꝝ que equitant qꝫ illoꝝ que non equitant nisi deus auerterit.

¶Capitulum octuagesimum sextū de marte in tauro quid significet.

Mars si fuerit in tauro vel in ei⁹ triplicitate apparebunt ea que significant in partibus meridianis ⁊ maxime si fuerit i tauro: significat enim tūc ventos validos venturos: ⁊ destructionem frugum que fuerint in locis de quibus debent recolligi: similiter ⁊ arborum ⁊ hoc ex causa caloris excedentis debitum atqꝫ naturalem modum: significat etiam multitudinem nubiuꝫ atqꝫ nubilarum: pluuiarum quoqꝫ ac tonitruoꝝ ⁊ fulgurū. ¶Et dixit albumasar significat mortem mulierum ⁊ vaccaꝝ: ⁊ significat bella ventura inter ciues orientis ⁊ ciues occidentis: significat etiam dolorem oculorum ⁊ magis sinistrorum qꝫ dextrorum: ⁊ abūdabit plus in mulierib⁹ qꝫ in viris: nec erūt cultus terrarum multuꝫ vtiles: eritqꝫ paucitas annone. ¶Et si fuerit latitudo septentrionalis significat multitudinem pluuiarum ⁊ bonitatem herbaruꝫ ⁊ vtilitatem ex ipsis. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat multitudinem ventorum septentrionaliū. ¶Et si fuerit orientalis significat pacem futuraꝫ in reuolutione illa in partibus babilonie atqꝫ in parti occidentalibus ⁊ illorum ciuium securitatem. Et si fuerit occidentalis significat multitudinē infirmitatū ⁊ mortem. Et si fuerit retrogradus significat infirmitates pueroꝝ. ¶Et dixit albumasar si fuerit direct⁹ significat odium mulierum.

¶Capitulum octuagesimum septimuꝫ de marte cū fuerit in virgine.

Arratione premissa in capitulo p̄cedenti de re fratrū conueniens videtur mihi subsequētur de re patrum mentionem facere ⁊ a quo loco circuli res patrum sit accipienda. ¶Ait enīz aomar q̄ debes aspicere a signo quarto ab ascendente natiuitatis nati ac eius domino: a parte quoq; patruz ⁊ a sole atq; saturno: a sole in die: a saturno in nocte: a pte patrū ⁊ a signo quarte domus debemus tam in die q̄z in nocte sibi aspicere. Videbis locum nāq; vniuscuiusq; istoꝝ in figura natiuitatis p̄dicte ⁊ cōsiderabis almutez sup locum cuiuslibet eoꝝ: ⁊ quem ipsoꝝ inueneris fortiorem operare p ipsum incipiendo. s. a dño quarte domus deinde a parte patris ⁊ eius dño sic ⁊ a sole postmodum a saturno: vltimo vero a planeta qui fuerit in quarto. Nā per illum per quē operatus fueris potes scire spacium vite patris natiuruz longa futura sit ⁊ maxime primogeniti ⁊ eo liberi⁹ si natiuitas patris ignoratur: q̄n̄ variatur vita parentis in natiuitate predicta sicut variant anni mundi atq; natiuitatum per eoꝝ revolutiones: prout tractatum est supra in capīo de forma ⁊ figura corporis nati: fortior nāq; illorum erit ille qui fuerit in angulo non remotus a cuspide anguli plus tribus gradibus ante vel gnq; retro vel qui fuerit in succedentibus similiter nō remotus aut aliquis dominoꝝ aliarum quatuor dignitatum gradus in quo ipse fuerit. ¶Postq̄z vero videris quantitatē vite patris ⁊ volueris scire quale sit futurum esse vite illius aspicies graduz partis p̄ris ⁊ quarte domus ⁊ gradū solis aut saturni ⁊ videbis illum qui fuerit magis aptus esse ylez ⁊ illum dirige ad loca fortunaꝝ ⁊ malorum: ⁊ sm q̄ videris quantitatem annoꝝ ipsius qui significantur per almutez predictum dices finem vite patris illius nati que vir aut nunq̄z discordabit ab eo quod significatum est in natiuitate ipsius: ⁊ dirigies similiter ad sciēdum veritatem esse patris omni anno ad gradū profectionis patris ad gradus fortunarum atq; maloꝝ ⁊ sm q̄ videris de esse dicti anni profectionis vel ēt revolutionis: ita poteris iudicare de ipsius patris eē atq; corporis ipsius incolumitate. ¶In eius dignitatum atq; sublimitatum siue honoruz cognitione. Considerabis dustoriam solis a planetis diurnis si natiuitas fuerit diurna que significatur p planetas qui fuerunt orientales a sole. Et si fuerit nocturna cōsiderabis ex dustoria saturni a sole ꝑpte. Quod si dustoria fuerit significat magnas dignitates magnosq; honores patri euenturos. At si contrarium inueneris contrarium poteris iudicare.

¶Capitulum secundum de tempore supradictoꝝ.

Ad sciendum vero in quo tempore ista debeāt euenire considerabis dños triplicitatis solis si fuerit natiuitas diurna: si autem fuerit nocturna cōsiderabis dominos triplicitatis saturni ⁊ sm q̄ videris de ipsoꝝ esse ita pronūciabis primi scilicet aut secundi vel tertij.

¶Capitulum tertium de genere mortis patris.

Quod si volueris aspicere in re mortis patris in ipsius gravitate siue in ipsius cōuenientia. Considerabis almutez super re patris vtrum scilicet sit liber ab impedimētis: q̄n̄ hoc significabit q̄ mortē decīti pater in lecto suo migrabit: ⁊ eo magis atq; certius si iupiter aut venus in .8. a domo patris inueniatur. At si fuerit impeditus erit contrarium eius qđ dictum est suspicandum: ⁊ eo magis si fuerit Saturnus aut mars in octaua a domo patris locatus. Nam si fuerit impeditus ā marte in die vel a Saturno in nocte ab oppositione siue quarto aspectu sine presentia siue aspectu alicuius fortunarū nec ille malus receperit eum significabit hoc malā mortem patris ac ipsius gravitatem. Si aūt fuerit ille malus q̄ impedierit almutez dictum dños ascendentis vel almutez super ascendens significat q̄ natus ille interficiet patrem vel erit causa mortis ipsius. In cōcordia vero ipsorum aspicies almutez sup ascendens ⁊ super domum patris qui si cōuenerint simul fuerintq; cōcordes significat q̄ erit inter eos cōcordia similiter ⁊ benuolentia: ⁊ eo fortius si se inuicē receperint. Qđ si non sic fuerit fuerintq; discordes significabit q̄ discordia ⁊ lis atq; odium futura sint inter eos. ¶Et dixit aomar q̄ poteris tūc dicere nō sit legitimus. Et si sol fuerit impeditus a marte in die vel a Saturno in nocte pater suspicat ne sic eueniat ei ab illo nato. Similiter si luna fuerit impedita in die a marte vel in nocte a saturno non credet se illi ⁊ semp suspicabitur de ipso malum. ¶Et refert etiam aomar q̄ quidam ex sapiētibus dixerunt q̄ cū dominus partis patrum non aspexerit domum filioꝝ: nec sol tunc aspexerit dñm domus in qua ipse fuerit: nec dños partis patrū aspexerit eam non erit natus ille filius illius patris: sed si alter eorum aspexerit erit legitimus.

¶Capitulum quartum de esse patris ⁊ matris.

Aboali vero dixit q̄ debes aspicere in re p̄ris si natiuitas diurna fuerit a sole: si autem fuerit nocturna debes aspicere a saturno: ⁊ tam in die q̄z in nocte debes aspicere patrī a quarta ⁊ parte patrum ac ipsaruz dominis. Et dixit iterum aboali q̄ debes aspicere in re matris a quarta sicut in re p̄ris: ⁊ in die ac in nocte a pte matris ⁊ eius domino que accipitur in die a venere in lunaz ⁊ in nocte econtrario ⁊ proiicitur ab ascendēte. Si quidem inueneris signum patris ⁊ matris vel dños signoꝝ in quibus ipsi fuerint vel plures ex ipsis in angulis vel in eoꝝ succedentibus fueritq; aliqua ex fortunis in domo significante patrē: dominiq; triplicitatis domus in qua fuerit luminare cuius fuerit auctoritas salui ac bene dispositi ⁊ in bono loco in figura natiuitatis significat prosperitatem ac bonū esse patris eiusq; alacritatis ⁊ gaudij multitudinem. Si quidem contrarium videris contrarium de patris esse poteris iudicare eiusq; infortunij atq; infirmitatis durabilitatē. At si fuerit sol i bono loco figure natiuitatis dicoq;

q̄ fuerit boni esse ac bene dispositus dñiq3 triplicitatis domus in qua ipse fuerit impeditꝰ ac male dispositꝰ significat bonū esse patris tunc. s. tempore natiuitatis filij: in futuro vero indubitanter contrariū iudicabis. Si autem sol fuerit impeditus eiusq3 triplicitatis domini salui reperiantur significat malū esse patris eiusq3 impedimentum tempore natiuitatis filij: in futuro tamen eius fortunium ac bonū esse bonamq3 dispositionem.

¶ Capitulum quintum de esse patris per directionem.

Si aūt esse patris quale sit futuruꝫ ꝛ qualis sit eius dispositio futura ꝑm directionez scire intenderis si natiuitaꝫ fuerit diurna dirige a loco solis ꝛ a loco partis patrū. Si aūt fuerit nocturna dirige a loco saturni ꝛ a loco partis patruꝫ vt facis cum dirigis a loco solis ad corpora fortunarꝫ atq3 infortunarum ꝛ ad ipsarū radios: quoniā illic transument significata bonorꝫ siue malorum accidentium que patri ventura sunt post natiuitatem filij: que cum puenerit ad corpus alicuius fortune vel ad ipsius radios absq3 presentia infortune vel radiorꝫ ipsius tunc significabit accidētia bona ꝛ prosperitates ꝛ proficua ꝛ corporis ipsius incolumitatē ꝛ placentia patri venturа debere: ꝛ eo fortius si pars patris ꝛ dñs domus in qua ipsa fuerit in angulis vel in eorꝫ succedentibꝰ inueniant. Cum vero peruenerit ad corpus alicuius infortune tunc significabit contrarium omniū eorū que dicta sunt: ꝛ q̄ patri accident infirmitates atq3 impedimenta ꝛ vilitates: ꝛ eo magis atq3 fortius si pars p̄ris ꝛ eius dñs fuerint in locis cadentibus ab ascendente. ¶ Et dixit aboali q̄ idē est aspiciendum in rebus matris. s. a venere in die ꝛ a parte matris: ꝛ a luna in nocte ꝛ a pte matris. Et dixit q̄ debemus aspicere gradus ꝯiunctionis atq3 ꝓuentionis quē si aspexerint fortune: fueritq3 malꝰ cadēs ab eo significat bonū esse patris ac ipsius exaltationē. Si autez aspexerint eū malꝰ ꝛ fortune fuerit cadēs ab eo sigt eius vtilitatē. Si aūt aspexerint eū fortune sil atq3 infortune sigt mediocritatē esse p̄ris. Et dixit q̄ signum ꝯiunctiōis ꝛ eius dñs significāt cās patris: signū vo ꝓuentionis ꝛ eius dñs significāt causas matris. Et dixit aspice quartū signum qñ si fuerit in eo iupiter aut sol aut venus: vel aspexerit ipm aliquis eorum aspectu laudabili significat exaltationem matris ac eius altitudinem ꝛ fortunaz. Et si fuerit in eo aliqs malorum vel aspexerit ipm malo aspectu absq3 presentia vel aspectu alicuius fortune: vel fuerit signuz quartū domus vel exaltatio planete in cuius domo fuerit dñs quarti significat debilitatē ꝛ casum patris ac eius seruitutē. Si aūt fuerit idem signū quartum taurus vel cancer significat malum esse matris eiusq3 debilitatē ꝛ casum similiter ꝛ seruitutem. Et si fuerit sol ꝛ luna in signis mobilibus significat q̄ p̄ nō erit eiusdem generositatis cū matre: sed erit vnus vilioris parentele q̄m alter: ꝛ ꝑm q̄ ipsi fuerit in viliori loco atq3 debiliori significabit minus generosum naz si fuerit sol significabit patrē si aūt fuerit luna significabit matrē. ¶ Et dixit aboali q̄ sol in die ꝛ luna in nocte significat causas patrū in tempore natiuitatis filij: ꝛ domui domorū in quibus ipsi fuerint significāt id q̄ erit de patre in futuro. Et q̄n significatores patris qui sunt dñs domus in qua fuerit sol in natiuitatibus diurnis ꝛ dñs triplicitatis ac ipsius exaltationis: ꝛ dñs domus in qua fuerit saturnus in natiuitatibꝰ nocturnis ꝛ dñs triplicitatis ac ipsius exaltationis ꝛ ps patris ꝛ dñs domus in qua ipsa fuerit tam in die q̄m in nocte fit in domibꝰ vel exaltationibus suis liberi a malis ꝛ aspexerint ipsos fortune significat exaltationē sublimēq3 patris dignitatem atq3 substantiarū acquisitionē. Et eo magis atq3 fortius si pars fortune atq3 dñs domus in qua ipsa fuerit extiterint fortunati atq3 fortes. Et iteruz magis si cum hoc ps patris fortunata fuerit eiusq3 dñs significabit. n. per hoc q̄ fortuna patrisq3 dignitas atq3 honor sit magne durabilitatis atq3 constantie post natiuitatem illius filij. Aspicies etiam in valitudine patris similiter ac eius precio in natiuitatibus diurnis si fuerit aliquis planeta diurnus in domoria solis quoniā significabit hoc magnitudinez ac exaltationem valitudinis patris nisi contra operet multū natiuitas patris q̄ si sic esset tunc diminuerētur predicta. Si aūt cōcordauerit augmentabunt. Et si predicti significatores fuerint impediti ꝛ in malis locis vacui cursu ꝛ maxime luminaria ꝛ in suis casibus: sulsq3 descensionibꝰ atq3 detrimētis significabit casum atq3 impedimētū seu detrimētū patris eiusq3 vtilitatē miseriaq3 vitam ac suorum bonorꝫ diminutionē atq3 amissionem: ꝛ eo fortius si venus ꝛ saturnus fuerint mali esse ac male dispositi. Et iterum magis si mars ascenderit post solē vel saturnus post lunam ꝛ fortune solem vel lunaz non aspexerint. Et semper aspice in esse patris in die a sole ꝛ dño domus in qua ipse fuerit ꝛ dñis triplicitatis ipsius. In nocte vero a Saturno ꝛ dño domus in qua ipse fuerit ꝛ dñis triplicitatis ipsius. ¶ Et dixit aboaly scito q̄ sol ꝛ luna ꝛ dñi domorꝫ illorꝫ ꝛ dñi triplicitatis eorūdem cū fuerint in angulis liberi a malis a impedimentis significat fortunitatē patris nati ac matris ipsius. Et cuz fuerint impediti ꝛ iuncti malis fueritq3 cadentes ꝛ vacui cursu significat malum esse nati ꝛ parentū suorum ꝛ destructionem rerum eorundem.

¶ Capitulum sextum de morte patris.

Et dixit Ptholomeus aspice cuius natiuitatis sol in die aspexerit ascendentem: ꝛ dirige eum ad corpora malorꝫ ꝛ ad ipsorum radios per gradus ascensionū dans vnicuiq3 gradui annū vnum. Et si non aspexerit sol ascendens ꝛ aspexerit Saturnus dirige eum sicut direxisti solem. Quod si non aspexerit saturnus ascēs dirige tūc gradū anguli terre. Deinde aspice quantū puenerit ei ex annis. Quod si fuerit tantū illud quod prouenerit quantū fuerit illud quod significat planeta qui habet maiorez dignitatem in die a sole ꝛ a dño domus in qua ipse fuerit in nocte vero a saturno ꝛ a dño domus in qua ipse fuerit inuentus in die autem ꝛ nocte a quarta ꝛ domino eius ꝛ a parte patrum ac ipsius dño vel propeipsos significat q̄ pater eius morietur in eodez anno.

¶ Capitulum septimum de morte matris.

Et dixit Ptholomeus in vita quidem matris aspice si natiuitas diurna fuerit a venere, que si fuerit aspiciens ascendens dirige ipsam ad corpora malorꝫ ꝛ ad eorꝫ radios per gradus ascensionū dans vnicuiq3 gradui annum vnum. Si aūt venus non aspexerit ascendens ꝛ aspexerit ipm luna dirige eaz sicut dictum est de venere. Si autez luna non aspexerit ascendens dirige tunc gradū decime domus. Et incipe in natiuitatibus nocturnis a luna postmodū a venere: deinde a gradu decime domus. Post hoc prospicies q̄tum prouenerit ei ex annis quod si fuerit equale annis quos significat planeta qui habuerit maiorem dignitatē in die a venere ꝛ domino do

mus in qua ipsa fuerit. Et in nocte a luna ꝛ dño domus in qua ipsa tunc ceciderit. In die vero ꝛ in nocte a gradu decime domus ꝛ dño eius ꝛ a parte matris ꝛ dño eiusdez domus in qua ipsa fuerit vel prope ipsos significat mortem matris in eodem anno.

¶ Capitulum octauum de scientia annoꝝ vite pfis.

ADsciendū vero annos vite patris si natiuitas fuerit diurna videbis si sol fuerit in angulo vel in succedēti: fueritq; dñs domus vel exaltationis vel termini seu triplicitatis aspiciens eum: quoniaz tunc poteris accipere yleg ab eo qualiscūq; fuerit aspectus; verum si nullus planetaꝝ aspexerit tunc solem: ꝛ aspexerit eum dño facies a trino vel sextili aspectu: fueritq; alias boni esse ac bene dispositus poteris etiā accipere yleg a sole atq; dirigere patri: ꝛ ille g fuerit almutez super gradū in quo fuerit sol dicetur alcocodē ꝛ significator annoꝝ vite patris illius nati. Et si nō fuerit quod dictum est de sole aspicies tunc saturnum quē si tu inueneris in aliquo angulorum vel succedentiū: fueritq; aliquis dominoꝝ dignitatum predictarum aspiciens ipsum poteris tunc accipe yleg a saturno: ꝛ planeta dñs dignitatis illius gradus erit significator annoꝝ vite patris. Si autem fuerit saturnus ita dispositus vt dictū est aspicies tunc partem patris: quam si tu inueneris in aliquo angulorum vel eorum succedentibus: fueritq; aliquis dñorum predictarū dignitatum aspiciens eam ipsa erit yleg. Et planeta qui fuerit dñs dignitatis illius ꝛ aspexerit eam erit significator annoꝝ vite patris illius nati. ¶ Et dixit aboaly q; si nō fuerit de parte patrū quod dictū est aspice gradū domus patruz: ꝛ si aspexerit eū aliquis dñorum dignitatem eius, ille gradꝰ erit yleg ꝛ planeta dñs dignitatis aspiciens erit alcocoden. Si vō nativitas fuerit nocturna incipies aspicere primum a saturno: deinde a sole: postmoduz a parte patrū: vltimo vero a gradu domus patrum.

¶ Et dixit Ptholomeus si fortune aspicientes solē vel lunam aspexerint partez fortune in natiuitatibꝰ q; significat substantiā parentum duraturā ꝛ q; ipsa vtiliter saluabitur. Quod si contrariū predictoruz inueneris. s. q; fortune nō aspiciant partem fortune neq; aliquod luminarium: ꝛ eo fortius si aspexerint infortune non gaudebit natus bonis parentum nec proficient ei.

¶ Capitulum nonum de longitudine seu breuitate vite patris.

IN longitudine seu breuitate vite patris aspicies si iupiter ꝛ venus fuerint iuncti soli aut saturno vel fuerit iupiter iunctus cū venere ꝛ sol ꝛ saturnus fuerint iuncti simul tali coniunctione aspectuali. s. aut corporali q; vnus recipiat ab altero mutua receptione: fueritq; vterq; ipsoꝝ fortunatus atq; fortis significabunt longam vitā patris nati. Si aūt contrariū videris contrariū poteris iudicare preter q; non poteris esse certus ad vnguem de longitudine vel breuitate vite patris: erit tamē potius dubitandum de breuitate q̄ sperādum de ipsius longitudine. Similiter poteris dicere si mars fuerit septētrionalis a sole vel a saturno vel fuerit orientalis a saturno ꝛ occidētalis a sole vel fuerit sequens eos in figura hoc est q; vnus sit in aliqua domo alicuius figure: fitq; mars in alia domo que immediate succedit illi fitq; similiter saturnus iunctus cū sole a quarto aspectu vel ab oppositione. Si aūt fuerit cōiunctio a trino vel sextili minuet malicia: ꝛ eo fortius si receptio interueniat. Et si sol ꝛ saturnus fuerint cadentes ab angulis significabunt finistrū esse patris ac eius debilitatem. Et dixit Ptholomeus q; si fuerint sol ꝛ Saturnus in angulis vel in locis ascendentibus ad angulos q; significabunt breuem vitā patris: nec tamē est cōtrarium ei quod dixit superius Ptholomeus q; cum sol vel saturnus fuerint in angulis significāt vitam patris quoniā ibi loquitur in yleg hic loquitur in vita post yleg: vel aliquod eius detrimentum seu nocumentū ei simile seu equipollens ꝛ eo magis si fuerint in primo vel decimo vel secundo vel undecimo: quoniam isti duo anguli sunt velociores aliis. Si aūt fuerint in .7. vel in .4. vel in .8. vel in .5. minꝰ breuem vitam patris iudicabunt. Et si mars solem a .4. aspectu vel ab oppositione aspexerit alteꝝ duorum patri ventuꝝ significabit mortē. s. citam vel subitaneam vel ipsius oculoꝝ detrimentum propinquum. Si quidem fuerit aspectus ab octaua significabit mortem: ꝛ eo fortius si octaua fuerit scorpio. Si autem fuerit a sexta significabit impedimentū predictum ꝛ eo fortius si sexta fuerit virgo. Si vero mars a dictis aspectibus saturnuz aspexerit illius nati patri mortem aut febrem cū typo valde frigido vel mutilationem vel cōbustionem vel damnuz per latrocinium iudicabit. Qd̄ si fuerit ꝛiunctio ab octaua mortem: si a sexta febrem si ab aliis locis p̄ter q̄ a .12. mutilationem. a .12. vero per latrocinium vel per inimicos occultos. Et si tunc saturnus ꝛ sol suptadictis aspectibus sine receptione perfecta iūcti fuerint a quibuscunq; domibus illa cōiunctio fuerit causa morborum ꝛ maxime frigidorū mortem patri futuram nunciabunt.

¶ De quinta domo.

¶ Capitulum primum de filiorum ac ipsorum esse.

Licet visum fuerit quibusdam ex sapientibus antiquoꝝ premittere capitulum cōiugij capitulo filiorum: eo q; filij subsequātur coniugiū: tamen videtur mihi cōueniens post narrationem patruz facere de filijs mentionez nec incassum cū filij a parentibus teneriue q̄z coniuges ac affectius diligantur: ꝛ domus significans filios i subsequntia domoꝝ precedat domū coniugij significatem. ¶ Dixerunt annum ꝛ baruth in capitulo de filijs: nec videnꝫ a sniꝫ Ptholomei discrepasse q; in re filioꝝ debes aspicere decimuz in natiuitate cuiuslibet nati similiter ꝛ .11. primū quoq; .7. ꝛ videre si aliquis ex planetis vel alijs significatoribus significātibus filios in aliquo ex predictis locis reperiat qui sunt iupiter ꝛ venus luna etiā atq; mercurius ꝛ dñs quinti: ꝛ pars fortune ꝛ pars filioꝝ ꝛ eoꝝ dñi: vel si fuerit in eis aliquis ex filios denegātibus qui sunt sol mars atq; Saturnus. Iam si fuerint predicti significatores filiorū vel aliquis eoꝝ in locis predictis vel in aliquo ipsoruz vel etiā in quinto ꝛ ipsi fortunati atq; fortes aspexeritq; illos aliqua ex fortunis a trino vel sextili aspectu cum receptione vel sine receptione vel ex a quarto cum receptione natum filios habiturum indubitanter significabitur: nisi fuerit ille significator cū aliqua de stellis fixis de natura martis vel saturni in eodem minuto. Si aūt debiles fuerint ei paucos filios futuros iudicabūt. At si non fuerint ibi aliquis pre

dictorum significatorū ⁊ fuerit ibi pars fortune aut pars filiorū aspexeritq; illā aliquis malor filios penitus denegabit siue debiles fuerint siue fortes: nisi forte aliqua ex fortunis aspexerit malum a trino vel sextili aspectu ⁊ cū receptione vel fuerit cū aliqua de stellis fixis que sit de nā Jouis aut veneris aut lune in eodē minuto: nec sit in leone aut virgine vel libra vel capricomo vel aquario siue in tauro. Variat tamen hoc in significatione mercurij: qm̄ si fuerit in alio quo p̄dictor̄ locor̄ inclinabit ad nām illius cū quo iūctus fuerit. Et si fuerit vn⁹ p̄dictor̄ significator̄ significantium filios in aliquo ex locis p̄dictis ⁊ ipse vacuus cursu significat q; erit nato vnicus filius tantū.
¶ Capm̄. 2. in qua etate sit natus filios habiturus.

CONsiderabis et cum mercurius significauerit natū habere filios vtrū ipse iungat planete orientali: qm̄ significabit filios in iuuētute. Si āt fuerit ille planeta occidētalis sigbit eos post iuuētutē. Illud idē poteris dicē de oīs triplicitatis Jouis qr si p̄m⁹ fuerit orientalis significabit in iuuētute: si sēs in media etate: si tertius in senectute. Si autē oēs fuerint orientales in qualibet etate significabūt: sed in p̄mis 25. annis magis. Si vo oēs occidētales significabūt ei filios post iuuentutē collectā. Similiter si almutez super domo filiorū aut iupiter aut planeta in cuius domo fuerit almutez fuerit orientalis vel fuerit pars filior̄ in ascendente significabit q; natus ille sit habiturus filios in iuuētute sua. Oō si planeta ille apparens mane aute solē longe ab eo trib⁹ signis vel plus vel fuerit p̄ filiorū in. 10. significabit ei filios in mediocri sua etate. Si q̄dem fuerit occidētalis vel fuerit p̄ filiorū in. 7. vel in. 4. significabit in sua senectute filios habitur̄ ⁊ ℞ has domos ceteras p̄recturabis.
¶ Aboaly vero dixit q; si fuerit pars filior̄ in ascendente significabit filios in iuuētute: si fuerit in medio celi significabit eos in media etate. Et si fuerit in q̄rta vel in septima significabit eos in senectute: tu tamen poteris omnia eor̄ dicta cōmunicare ficq; coniecturando poteris rectius atq; securius iudicare.
¶ Capitulū. 3. de multitudine vel paucitate filiorū.

IN multitudine aūt filior̄ aspicies iouem atq; venerē ⁊ p̄m eorū esse iudicabis. In paucitate vero aspicies saturnū atq; martē ⁊ dic p̄m q; videris de ipsor̄ dispositione. In mediocritate siquidē ⁊ lunam requires: de mercurio aūt dices sicut de ipso videris vt dictū est supra. Si aūt p̄dicta loca fuerit signa cōia dūmodo non de sterilibus: ⁊ significator filiorū fuerit similiter in signo cōi significabit gemellos trīa filios habitur̄ ⁊ illius sexus quez habent significare loca predicta vel p̄dicti significatores. Et si fuerint loca illa in signis que habēt significare filios que sunt aquatica videlicet cancer scorpio ⁊ pisces que significant maiorem quantitatē filior̄ q̄ cetera significabit natū plures filios habitur̄. Oō si planeta significans filios fuerit femininus ⁊ locus significans filios fuerit signū masculinum vel ecōtra vtriusq; sexus filios habiturum nunciabis. Et si planeta ⁊ locus fuerint eiusdem sexus illius sexus cuius fuerint filios iudicabunt futuros. Et si datores filior̄ fuerint in signis sterilibus suptadictis: vel fuerint mali eleuati super eos vel sint almutez super locis significatnibus filios in nō dimittendo natū filios habere conabunt. Oō si non poterunt resistere quin filios habeant vir aut nunquā plus q̄ vnū filium habere p̄mittent: videbitq; pater mortē illius filij ⁊ non viuet diutius: ⁊ si vixerit erit infortunatus atq; tribulatus ⁊ inueniēt eum mala. Si autē mars ⁊ saturnus siue sol fuerint in ascendente siue in. 10. vel. 7. aut etiā in. 11. vel in. 5. vel aspexerint illa loca sine cōiunctione siue aspectu alicuius fortune ad loca vel ad planetas p̄dictos vel fuerit ascendens signum sterile: ⁊ loca significantia filios fuerint signa sterilia significabit hoc q; natus filios nō habebit.
¶ Et dixit Ptholomeus q; si dicte infortune in signis masculinis vel sterilibus existāt licet fortune aspiciant eas: eū nullum filiū habiturū significabunt: quoniā signa masculina quasi vt sterilia filios ꝓtradicunt. Et si fuerint in signis femininis vel multor̄ filior̄ ⁊ aspexerint eas fortune significabunt natum filiū habiturum cum aliquo vicio personali quod patietur: signa enim feminina veluti ⁊ aquatica filios largiunt: aut filius ille non erit longe vite sed breuis. Et vero si fuerit in aliquo predictorū locorum significantium filios signum masculinum vel sterile: in aliquo alio femininū vel multorum filiorum significabitur natus habiturum aliquos filios quos nulli homines familiaritates affectabunt: imo ipsos penitus abhorrebunt: vel erūt ipsi filij ab oriui: ⁊ accidet hoc p̄m q; maior pars eorū fuerit in aliqua predictar̄ naturarum: nam si maior pars fuerit in signis masculinis ⁊ sterilibus vel p̄m q; illorum planetarum vnus fuerit altero fortior vel super ipm̄ elevatus: vel fuerint plures numero vel fuerit in locis illis fortiores vel p̄m q; ex eis fuerit maior pars orientalis vel magis prope angulos predictos vel ad ipsos euntes conditionibus predictis ita quālitas illorum significatorum erit maior.
¶ Et dixit Homar post hoc aspice signū filiorum ⁊ signū almutez super res esse natī ⁊ ascendens que si fuerint signa multor̄ filiorum habūdabit natus filijs. Si nulla cōcordia fuerit inter almutez ascendentis ⁊ almutez super domum filiorum fuerit q; iupiter cōbustus ⁊ venus impedita significat natū futur̄ sterilē absq; filijs: ⁊ hoc i vtroq; sexu seruabis.
¶ Et dixit Ptholomeus res aūt filior̄ particulares p̄ extimationem deprehendi possunt cū planetam datorem filiorum in loco ascēdentis posuerimus: tunc etenim cuncta filiorum particularia quēadmodum ex natiuitate sciunt generaliter agnoscemus.
¶ Homar vero dixit aspice planetas qui fuerint almutez super domum filiorum siue vnus fuerit siue plures. Oō si aliquis vel plures eorum conguerint dño ascendentis erūt filij boni ⁊ iusti diligentes patrē sive vero cōtrarium fuerit erunt impedientes. Et dixit si fuerit significator filiorum multum impediens ascendēs ac dñm eius erunt filij immittentes patri diuersa impedimēta. Et si impedierit lunam ingerent matri diuersa impedimenta. Et dixit si vero salui fuerint significatores filiorum salua buntur filij ⁊ nō peribunt. Et si impediti fuerint significatores filiorum raro erunt cōcordantes filij. Idez poteris dicere de parte filiorum que si fuerit in angulis vel succedentibus decime aut q̄rte significat multitudinem eorum ac bonitatem ⁊ gaudium cum eis. Si aūt fuerit in aliis sex locis significabit paucitatez filiorum atq; citam mortem ipsorum. Quod si fuerit vacua cursu significat mortem primogeniti natī illius vel forte aborriet eum mater sua tristaturq; super filijs vel causa filiorum.
¶ Et dixit Aboaly q; si dñs ascendentis fuerit applicatus cum dño septimi significat multitudinem filiorum ex cōcubinis. Si autez fuerit applicatus cum domino sexti significat eos ex propriis pedisequis vel ancillis. Aspicies etiam dominos triplicitatis Jouis qui si fuerint in angulis

vel in succedentibus angulorum significat multitudinem filiorum. Si aute sint in alijs locis preter. 6. 7 12. in suis dignitatibus siue impedimentis in fortunarum significabit cōpetentem filiorum quātitatem. Et si fuerint cadentes ab angulis vel alias impediti a malis: vel fuerint cōbusti significat filiorum paucitatem ac ipsoꝝ ineptitudinem. ¶Item dixit Aboaly iupiter 7 Mercurius fuerit in domibus vel in exaltationibus suis in angulis vel eoꝝ succedentibus 7 dñi triplicitatum eoꝝ in bonis locis ab ascendente nō impediti fortunati. s. atq; fortes significat multitudinem filiorū 7 bonum atq; gaudium cum eis. Idem poteris dicere de parte filioꝝ si fuerit in bonis locis bene dispositā. s. q; sit in angulis vel in eoꝝ succedentibus: quoniā significabit tunc multitudinem filiorum eorum habilitatē atq; eorum bonam puerisationem. Et si fuerit cadens ab ascendēte 7 maxime in sexto vel in. 12. significat paucitatē filiorum 7 ipsorum vite breuitatē. Et si aliqua fortunarū que sit libera fortunata. s. atq; fortis ptē filioꝝ a trino vel sextili aspectu aspexerit: 7 maxime cū receptione multitudinem magnam filiorū significabit. Si autem ex dictis aspectibus sine receptione vel a quarto cuꝝ receptione illa fortuna partem dictaꝝ aspexerit erit significatum satis infra predictum erit tamen in quantitate conuenienti. Si aūt a quarto aspectu sine receptione ipsam aspexerit significabit filios: sed erit eius significatum multū infra hoc. Si ūt illa fortuna impedita fuerit vel aspexerit in fortuna partem filiorū: 7 eo fortius si a quarto vel ab oppositione ille aspectus fuerit erit iteruꝝ eius significatū debilius 7 paciores filios indicabit. Quod si iupiter partem filiorum nō aspexerit: fueritq; venus a saturno impedita sterilitatem nati poteris vel paucissimos filios nūciare: 7 iterum magis si cum hoc luna fuerit impedita. ¶Et dixit Aboaly q; si iupiter 7 venus 7 mercurius fuerint liberi a malis 7 retrogradatione atq; cōbustione erit natus plurimū filiorum. Si aute fuerint impediti a malis vel in detrimēto suo: vel in descensione sua vel sub radijs solis nō habebit filios: vel si habebit premorient patre. Aspicies etiam quintuꝝ si fortuna fuerit in eo 7 dñs eius liber ab impedimētis predictis: aspexeritq; decimaꝝ domum significat natum multos filios 7 benivolos habiturū. Si autem in quinto fuerit in fortuna 7 eius dñs fuerit impeditus significat paucitatē filiorum ipsorūq; mortē festinam: 7 maxime si fuerit eius impedimentū in tertia vel in sexta. Similiter si sol aut luna fuerint impediti a malis ablsq; aspectu alicuius fortune significabit paucitatem filiorum: ipsiusq; nati substātie diminutionem.

¶Capitulum. 4. de tempore filioꝝ ꝑm aboaly.

ITem dixit Aboaly replogādo predicta aspice planetam qui dignior fuerit in significationibus filiorum qui si fuerit orientalis significat filios in iuuentute: fuerit occidētalis significat filios in senectute. Et si fuerit in decima vel undecima significat filios in iuuentute: 7 si fuerit in quinta vel in octaua vel in nona significat filios in media etate. Et si fuerit in quarta vel in septima significat filios i fine vite. Item dixit 7 si fuerit pars filiorū in ascendente significat filios in iuuentute: 7 si fuerit in medio celi significat filios in media etate. Et si fuerit in quarto vel in septimo significat filios in fine vite. Item dixit 7 cum peruenerit iupiter aut venus in reuolutione annorum ad locum partis filiorum aut aspexerit eam a quarto aspectu vel oppositione significat euꝝ habere filios in eodem tempore. sed iupiter hēt maius significatum in filijs: 7 similiter quādo peruenerit annus ad signū in quo fuerit iupiter aut venꝰ in natiuitatibus eius significat filios in eodem anno. ¶Et dixit aspice in quentione filiorum ad patrem planetā q fuerit dignior significationibꝰ filioꝝ 7 dominum ascendentis quoꝝ si alter alteꝝ fortunauerit significat concordiā eoꝝ: 7 si alter alteꝝ impedierit significat discordiā 7 inimicitiā eoꝝ: tu aūt industrialiter circa hoc intentionē tuā atq; discretionē versabis ꝓecturando de domo in domū: de significato in significatū. non enim pūt sigillatim que in operibus cadunt oia scribi redigeretur. n. studiū taꝝ in nihilū.

¶De sexta domo.

¶Capitulum primū de seruis 7 ancillis atq; famulis seu vernaculis nati 7 de animalibus minoribus que non equitantur neq; iungantur ac de ipsius infirmitatibus similiter 7 morbis.

d

Acto in capīo quod precedit istud de re filioꝝ cōueniens vī in isto subsequēter de re seruoꝝ atq; ancillarum 7 famuloꝝ seu vernaculoꝝ 7 minorum animalium que non equitātur nec iungātur ac de infirmitatibus nati eiusq; morbis tractare atque de ipsis facere mentionē. ¶Ait enim Aboaly sup facto seruoꝝ 7 ancillaꝝ seu famuloꝝ atq; pedissequaꝝ debes: aspice sextam eiusq; dñm necnon 7 mercurium similiter 7 lunā: 7 videre si mercurius fuerit orientalis 7 in ascendente vel in decima iunctus iouī p conīunctionem corporalē vel per aspectū in signo mobili vel cōi: vel fuerit aliqō luminarium vel aliqua ex alijs fortunis in sexta vel in. 12. vel fuerit dñs domꝰ seruorū fortunatus: fueritq; liber ab impedimentis iunctus mercurio in aliquo anguloꝝ vel fuerit mercurius liber iunctus cū aliqua ex fortunis vel petēs cōiunctionem ipsius: vel fuerit dñs domus fortune in bono loco ab ascendente: vel fuerit ipse in ascendēte vel fuerit in sexta liber ab impedimentis fortunatus. s. atq; fortis iunctus alicui fortune: qñ istud hēt significare q; natus habūdabit seruis 7 ancillis 7 famulis 7 familiaribus 7 vernaculis 7 q; hēbit ex eis 7 pro eis 7 ab eis bonū 7 lucrū 7 gaudiū atq; vtilitatē. Et si mercurius fuerit retrogradus vel cōbustus vel iunctus cū malis in signo fixo vel eoꝝ conīūctionem petens: vel fuerit aliqua ex infortunis in domo seruoꝝ vel in. 12. vel fuerit dñs domus seruoꝝ in fortuna: vel fuerit retrogradus vel alias ipeditus a malis vel fuerit cadens ab angulis vel ab ascendente sine aspectu alicuiꝰ fortune: vel fuerit de mercurio q; dictum est dño domus seruorū: vel fuerit cauda in domo seruoꝝ significat hoc seruoꝝ penuriam: ipsorumq; paucitatē 7 iram atq; tristiciā 7 incōmodum ex eis 7 eoꝝ occasiōe nato euentuꝝ. ¶Et dixit aboaly aspice incōuenientiā ac impedimentū 7 proficuū nati cum seruis ad planetā qui dignior fuerit in sexta domo 7 dñm sexte 7 partem seruorū 7 dñm eius 7 planetam q; fuerit in sexta 7 mercuriū 7 dñm ascendentis: videbisq; si se inuicē fortuna abūt: qñ si sic fuerit significabit profectū 7 bonitatem atq; cōcordiam

nati cū seruis. Si aūt inuicez se impedierint ꝛrium poteris iudicare: ꝛ ſm illud qđ videris de bonitate vel malicia vtrorūqz dñi. i. aſcēntis ꝛ alioꝝ significato ruꝫ q dicti sunt ꝑ multitudine testimoniorꝝ boni vꝫ aut mali ſꝫ illud iudicabis nā ſi dño aſcēntis bene se hūerit erga significatorē seruoꝝ ꝛ significatoꝛ seruoꝝ erga dñm aſcēntis bonitatē virtuſqz erga aliū significabit. Si aūt inuicē male se habuerint vtrorūqz malum iudicabūt. Qđ ſi vnus erga alīū sēbi habuerit ꝛ alius male se habuerit aduersus illuꝫ vnus sequet bonum ꝛ alter malum a suo ꝛtrario sic q vnus erit alteri benuolus alter vero illi malluolus iudicabit.

¶ Capitulum. 2. de pecudibus ꝛ aliꝫ animalibus que significantur per sextam.

QUo in precedētibus de seruis ꝛ ancillis ꝛ aliꝫ in his que ꝑcesserunt videndū est nunc de pecudibus ꝛ aliꝫ bestiꝫ que significanf ꝑ sextā domū anteqz ad infirmitates nati pueniank. Utilum est. n. sapiētibus antiqz qbus ego satis familiariter assentio q res pecudū capraꝝ porcoꝝ alioꝝ animaliū tā bipediū qz ēt quadrupedium que non equitank nec lūgank ꝛ autū domesticatā atqz mansuetaꝝ acciptak a domo sexta. Unde aſpiciēda est sexta domus ꝛ aſpiciēdus est eius dño: similiter ꝛ mars ꝛ qualiter ip ſi sint diſpoſiti ꝛ in qbus locis ab aſcendēte reperiantur vel alter eoꝝ: ꝛ virum ſit mars directus vel retro grade: qm̄ ipſe hꝫ naturaliter significatuꝫ ſup aialibus ſupradictis. Unde cū ipſe fuerit in ariete vel capricorno in aſcendēte vel in. 10. vel ēt in sexta: fueritqz iupiter aut sol aſpiciēs eū a trino vel sextili aſpectu: ipſeqz aliter fortunatus atqz fortis liber ab impedimentis significat q natus erit fortunatus in habēdo multitudinē animaliū predictoꝝ: ꝛ q sequet bonuꝫ vtilitatē ꝛ gaudiū ex eis ꝛ causa illoꝝ. Et eo magis ſi fuerit mars in aliqua ſuaꝝ dignitatuꝫ laudat ēt vt ipſe ſit in leone: similiter vt ſit sexta domus ex signis predictis ꝛ dño eius in aliquo illo ſuctus cū aliqua ex fortunis vel in eius trino vel sextili aſpectu ꝛ significat hoc q habebit lucrū atqz proficuum ex eis: ꝛ q multiplicabunk ei ꝛ in eiꝰ vtilitatē. At ſi sexta domꝰ fuerit taurus vel leo vel scorpio vel aquarius ꝛ Saturnus in ea vel aſpexerit eā ab oppoſitiōe vel quarto aſpectu significat q natus triſtabit ꝛ impedief cā predictoꝝ animaliū ꝛ damnū exinde patiet: ꝛ in leone fortius qđ in aliis: in aquario vero minus. Et ſi mars vel iupiter hūerit tunc dignitatē in sexta maiꝰ erit impedimentū ſaturni niſi aliqs eoꝝ aſpiciat illā a trino vel sextili aſpectu ꝛ cū receptione ſpiqz fortunati ꝛ fortes.

¶ Et dixit Albohaly q ſi fuerit ibi aliqđ ex signis bestiarū ꝛ cōueniens fuerit aſcendēti ꝛ dño aſcendentis fuerit cū marte aut in aſpectibus ipſius ex locis laudabilibꝰ erit natus diligēs bestias ꝛ gaudens cum eis. Similiter ſi luna fuerit in locis predictis significat tantum qđtum dominus aſcendentis.

¶ Capm. 3. de infirmitate nati ac de eius morbo.

QUato in his que ꝑcesserunt in capitulo ſto de seruis ꝛ ancillis nati ꝛ de ipſius animalibus paruis ꝛ que non equitank: reſtat nunc dicere de ipſius infirmitatibus atqz morbis. Et differūt infirmitas ꝛ morbus. ¶ Infirmitas enim est accidens siue debilitas: corporis aduenies ꝛ recedēs. ¶ Morbus vero est infirmitas siue accidens corpori aduenies ꝛ nō recedens. Unde oportet te considerare q tu debes aſpicere in natiuitate cuiuſuis nati aſcendens ꝛ eius dominū: sextam quoqz ac eius dominum lunā ac dominum domus in qua ipſa fuerit ꝛ planetam qui fuerit in sexta ſi aliquis in eo reperiatur mercurium etiam ꝛ partem infirmitatum ꝛ planetā in cuius domo ipſa fuerit tam in nati morbo qđ in eius infirmitate: loca ſimiliter in quibus ꝓdicti significatores fuerint videre almutez ſuper locis illis ꝛ maxime ſuper sextā domum que hꝫ significare infirmitates nati ac eius morbos que ſi fuerit fortuna fueritqz inter ipſm ꝛ dñm aſcendēte cōiunctio ꝛ eo fortius ſi receptio interueniat significat ſanitatē nati ac ipſius proſperitatē: ſaluationem ſiquidē ab infirmitatibus atqz morbis ꝛ q eius infirmitas atqz morbi erūt pauci atqz leues. ¶ Et dixit aomar q erit fortunatus in aialibus ꝛ seruis atqz vnaculis ſi fuerit almutez ſuper ꝓdicta loca fortuna aut ꝓgruerit dño aſcendētis. Si aūt almutez ꝓdictus fuerit malus qualiſcūqz ipe fuerit ex ꝓdictis significatoribus fueritqz tūctus dño aſcendētis vel fuerit in aliquo angulorꝝ vel succedentium impediens dñm aſcendētis vel ipm aſcendēs quocūqz impedimento ipm impedierit significat q natus erit iuolutus ac impeditus multis infirmitatibus multiſqz morbis. Qđ ſi fuerit almutez saturnus significat q eius infirmitates vt multū erunt de cā frigida ꝛ ficca: erunt ſiſr prolixe vt ſunt cancer gibbositas podagra epilenpſia ypoſarca anaſarca morphea elephācia paraliſis ꝛ ſimiles egritudines incurabiles vel quaſi incurabiles seu multum difficiles ad curandum. Et ſi mars fuerit almutez fueritqz in aliquo angulorꝝ iunctus cum dño aſcēntis impediēs ipm significat q infirmitates nati eiuſqz morbi fient de cā calida ꝛ ficca ſicut ſunt illi qui fiūt de colera rubea vel ēt de ſanguine vt ſunt febres acute freneſis ꝛ apoſtemata que non facile maturank. ¶ Et dixit aomar pars azemena qđ est accidens inſeparabile cum luna in nona ꝛ mars in octaua fuerint in signis mēbrorum abſciſorum in natiuitate abſcindetur aliqđ membrorum eius ferro. Similiter ſi fuerit mars cū luna in alia quarta ꝛ aſcendens fuerit impeditum ab aliquo malo inuenient natū accidentia in membro signi in quo fuerit luna vel in oculo ſiniſtro in natiuitatibus diei: ꝛ in oculo dextro in natiuitatibꝰ noctis. Et dixit luminaria cū fuerint in conjunctione vel preuentione ꝛ mali fuerint in quarto aſpectu conjunctionis vel preuentionis ꝛ aſcenderit malus poſtea natus amittet a ſole oculum dextrum: ꝛ a luna ſiniſtrum. Dicterea ſi virūq; luminare fuerit impeditum ex quarto aſpectu malorum vel eorum oppoſitiōe vel fuerit in eius ꝛiunctiōe corporali vel nō aſpexerit illud aliqua ex fortunis perdet oculum ſignificatum per illud luminare. Si autem vtrunqz luminare fuerit impeditum perdet vtrūqz oculum.

¶ Et dixit aomar ſi fuerit luna impedita in natiuitate ſubaudi in aliquo ſigno a malis abſqz proiectione radiorum fortunaꝝ ad ipſum terminum deſtruetur ipſum membrū quod pertinet ad ipſum ſignuꝫ in quo fuerit luna. Et dixit cuꝫ luna fuerit in ſignis que ſignificant impedimentum in oculis vt cancer leo ſcorpio ſagittarius capricornus ꝛ aquarius ſignificat impedimentum oculorum ſimiliter ꝛ aſcendens. Et dixit cum luna fuerit in ſagittario ſiue impedita fuerit a malis ſiue non accidet ei impedimentum in oculis ꝛ timetur ſuper eum cecitas niſi aſpexerit eam fortuna ſubaudi. Quod ſi fuerit luna impedita in geminis vel in libra vel aquario a marte ſignificat putredinem oculorum ac ipſorum lippitudinem. ¶ Et dixit Aomar lepraꝫ niſi aſpexerit eam aliqua ex fortunis. At ſi fuerit impedita in cancro

vel scorpione vel pisce dus a Saturno sine aspectu: fortune significat canceres podagras bocii ⁊ lepra ⁊ baras ⁊ squinantes. ¶ Et dixit tiberiadis cum luna fuerit in quarto aspectu solis aut cū eo in vno signo subaudi combusta: aut in q̄rto aspectu martis vel in eo⁹ oppositione comburet nat⁹ igni. Et si ven⁹ fuerit impedita simul a saturno ⁊ a marte ⁊ a sole atq; mercurio i natiuitate alicui⁹ sine aspectu fortune abscindent virilia nati. Q̄d si aspexerit eam dñs .g. vel fuerit aliqs predictor⁹ dñs .g. morietur natus ex abscisione illa. Si qdem dñi triplicitatis signi in quo fuerit tūc ven⁹ fuerint fortunati ⁊ fortes ac bñ dispositi sequet nat⁹ dignitatem atq; honorem per absciſionem illā. Et si fuerint impediti sequet inde malū supra malū quoniam cadet illa de cā in tristitiam ⁊ angustias ⁊ labores atq; afflictiones ⁊ depressiones ⁊ detrimēta que non poterit vitare. Q̄d si fuerit mulier exuberabit nec erit ei cura de viro nec volet vti cū eis nec ali quo amore nec de aliquo venereo solatio curabit.

¶ Et dixit aomar luna cum fuerit in primo gradu signorum vel fine eorum proiecerintq; radios mali ad ipsum terminū ⁊ maxime saturnus diliget dilectione maxima ⁊ publicabitur ex hoc. Et si fuerit saturnus in domo infirmitatuz vel fuerit in sexta a signo in quo fuerit tūc luna vel fuerit in oppositione vel in q̄rto aspectu illorum locorum significat multitudinem egritudinū nati de frigida causa euenientium: ⁊ magis si fuerit in signo humido. Q̄d si fuerit mars in sexta ab ascēdēte vel in sexta a signo in quo fuerit luna vel in predictorum locorum quarto aspectu vel in eorum oppositione significat multitudines egritudinum nati de calida causa euenientiuz atq; velociter ad bonum vel ad malum terminantium. Nam si aspexerit dñs ascendentis aut luna martem a trino vel sextili aspectu nec recepit eum significat determinationē ad bonū. Si aūt aspexerit eum a q̄rto aspectu vel ab oppositione vel a quouis alio ⁊ receperit eum significat determinationē ad malū: ⁊ qp potius fit ex egritudinib⁹ illis moritur⁹ q̄z nō. Et si fuerit luna ⁊ dñs dom⁹ in qua ipsa fuerit fr ⁊ signum sextū liberi ab infortunis significat nati a suis egritudinib⁹ liberationem. Si qdem luna ⁊ dñs dom⁹ in qua ipsa fuerit ⁊ dñs dom⁹ infirmitatū fuerint impediti ab infortunis significat multitudinem egritudinū nati diuersaz. ¶ Et dixit aboali ⁊ si malus fuerit in ascēdente ⁊ maxime si mars fuerit in natiuitatib⁹ diurnis: ⁊ saturn⁹ in natiuitatib⁹ nocturnis iunctus soli vel lune significat debilitatem visus vel destructionez oculi. Si aūt luminaria fuerint impedita a malis vel a cauda iūcta eis significat visus debilitatem vel oculi destructionem. Et dixit cū aūt luna iūcta fuerit malis vel in eoz q̄rto aspectu vel oppositione ⁊ in signo humido significat qp plures infirmitatum nati erunt ex frigiditate ⁊ humiditate. Et si fuerit in signo sicco significat egritudines ex calore ⁊ siccitate.

¶ Capm quartū in qua etate hec accidant.

Et si planeta qui habet significare infirmitates fuerit orientalis erunt infirmitates in prima medietate vite nati. Si aūt fuerit occidentalis erunt in vltima medietate vite illius. Et si fuerit in ascendente erunt in initio vite. Si vero fuerit in decima erunt in collecta etate vite sue. Quod si fuerit in septimo erunt in declinatione vite sue. Si vero fuerit in quarto erunt circa finem vite sue. Aspicias etiam esse illius significatoris quoniam fm fortitudinem ⁊ debilitatem suam erunt egritudines debiles. s. aut fortes. ¶ Videbis etiam si paro infirmitatum ⁊ dominus dom⁹ in qua ipsa fuerit fuerint liberi ab impedimentis quoniā illud significat saluationem nati atq; sanitatem ac ipsi⁹ ab infirmitatib⁹ saluationez. Si autem fuerint impediti significat infirmitates atq; dolores graues vēturos: ⁊ eo fortius si aliqua fortunarum nō aspexerit eos vel saltim alterum eorum. ¶ Et dixit aboali ⁊ est verum: ascēdēs enim ⁊ luna sunt significatores corporis: ⁊ dñs ascēdētis ⁊ dominus dom⁹ lune sunt significatores anime. Et si ascēdens ⁊ luna fuerint impediti a malis ⁊ domini eoz fuerint salui significat infirmitatem corporis nati ⁊ sanitatez anime ipsi⁹. Et si ascēdēs ⁊ luna fuerint liberi a malis ⁊ dñi eorum impediti significat sanitatem corporis ⁊ pauorem ⁊ tristitiam aie. ¶ Ptholome⁹ vero dixit qp debemus pſiderare ascēdēs ⁊ septimaz ⁊ etiam sextam que naturalr habet significare infirmitatem eo qp ipsa cum ascēdēte nullam habet amicitiam. Debes similiter considerare saturnum atq; martem ⁊ videre qualr sint dispositi: nam si fuerint ambo vel alter eorum in aliquo predictorum locoz vel aspexerint illum a quarto aspectu vel ab oppositione vndecūq; aspect⁹ ille aduenias significat qp natus plurib⁹ infirmitatib⁹ atq; impedimentis sibi aduenientib⁹ infestabit: ⁊ eo certius si cum hoc solem ⁊ lunaz inueneris impeditos. ¶ Et adhuc eo fortius si fuerit illud impedimentum in angulis vel in eoz succedentibus. Et itez magis si aliqs predictorum malorum aspexerit eos vel aliquem eorum. Et itez plus si illi mali fuerint in angulis vel in eorum succedēnib⁹ ⁊ aspexerint eos a q̄rto aspectu vel ab oppositione: ⁊ etiaz a trino vel sextili si ne receptione ⁊ erit ei⁹ egritudines debiles que p ascēdens vel p septimaz vel p sextā vel p ipsos malos significant fm quem predictor⁹ locorum almutez sup infirmitatib⁹ fuerit inuentum vt supra dictū est.

¶ Capitulum quintum in quo membro euenient supradicta.

Et accident egritudines in illa parte corporis que significat p signum in quo infortunatus siue impeditum fuerit almutez predictum ⁊ que fuerit significata p ipsum almutez. Quod si almutez significauerit vnam partem corporis ⁊ signū in quo ipse, fuerit significauerit aliam accident predicta in vtroq; membro p ipsos significato sicut aries qui significat caput: ⁊ taurus collū: gemini brachia ⁊c. ⁊ saturnus oculum dextrum iplenem vesicam ⁊c. iupiter manū dextram pulmonem costas ⁊c. mars oculum sinistrū ⁊ aurem sinistram virilia ⁊c. sol vtrūq; oculum sed dextrū magis faciem ⁊ quāñ totam partem corporis dextrā: ⁊ hoc pp suam diurnitatez ⁊c. ven⁹ nates epar ⁊c. mercuri⁹ linguam interiora narium ⁊c. luna interiora gutturis epiglotū stomachū ⁊c. in mulierib⁹ vētrem pudibūda ⁊ totā sinistrā ptem ppter suam nocturnitatē. ¶ Et dixit Ptholomeus impedimenta contingent in maiori pte cum infortunatrices stelle que sunt eorum occasio fuerint orientales in figura vel a sole. Infirmitates autem in maiori parte ⁊ si non semper tunc euenient cum eedem stelle. s. infortunatrices fuerint occidētales vel in mūdo vel a sole eo qp inter vtrūq; istorum duorum est separatio vel differentia. Nam impedimenta nō nisi semel contingent nec multum durabunt eorum dolores: infirmitates vō vel semper durabunt vel reciprocando contingent scilicet interualliatim. Et dixit

in rebus vero per quas particularia deprehendunt accidentia cum ipse propie experimētate sunt & obseruate figure & qualitates inuente sunt infirmitates & impedimenta significantes: qō deprehensuz est ex accidentib⁹ que sequunt & accidūt in prematori ꝑm consimiles positiones stellaꝝ in qualitatib⁹. Erit.n. in altero oculoꝝ visus amissio cū luna sola fuerit impedita tm̄ in predictis angulis. s. orientali vel occidē tali fueritq; ipsa hora ꝯiunctio vel preuentio: vel cū fuerit in alia figura cū sole & habuerit altitūd cū aliqua stellaꝝ que nubibus assimilant: vel fuerit in trino vel sextili aspectu vel ōrto velut stella nubilosa que est in cācro: & pleyades que est in tauro: & acumē sagitte sagittarij: cauda quoq; scorpionis: & id qō est circa aldhafera & q̄si sunis vel trica ex partib⁹ leonis calbez necnō aquarij. Cūq; luna fuerit impedita in aliquo angulo⁹. s. quarto occidentalio a sole: & mars & saturn⁹ orientales luna quoq; ad martem & saturnum eunte vel ad altez ipsoꝝ: vel fuerit sol in quarto angulo & dicte due infortune ascenderint ante solem vel fuerint ei tūcte: & fuerint luminaria in vno & eodem signo ꝯiunta: vel fuerint opposita sibi inuicē & fuerint dicte due infortune occidentales a luna accident nato in vtroq; oculo impedimenta & accidet hoc cū aliquo ictu vel ferro. Et si fuerit in ariete vel leone vel sagittario accidet hoc cā ignis. ¶Et si fuerint dicte infortune vel saltim mars cū mercurio lūcte accidet hoc ex ꝓlio vel ludo qui possit quodāmodo prelio assimilari: vel accidet ab aliquo qui mouebit iniquitate contra ipm̄ natū. Si aūt fuerit mercurius iūct⁹ cū saturno accidet hoc ex decursu aque in oculū vel ex ipsoꝝ oculorū tortura & similib⁹. Et si luna fuerit in medietate orientali iūcta marti & venus iūcta saturno cū mercurio modo predicto associet: fuerit mars septentrionalio ab ea vel se innicem oppositione aspexerint nat⁹ sua virilia non habebit aut vtroq; seru funget vel nasc̄et ablq; ano vel eius nimia ꝯstrictione. Et si fuerit mulier nō habebit sua pudibunda vt debuerit. Et cū venus ita se habuerit cum mercurio marte atq; saturno vt dictum est: fueritq; ven⁹ petens solis ꝯiunctionē: fuerintq; luminaria in signis & quartis masculinis & venus & luna occidētales a sole dico: infortune quoq; in gradib⁹ sequētib⁹ & ven⁹ & luminaria impedita dixit Ptholomeus si nat⁹ fuerit masculus mutilabit vel in suis test iculis impedimenta patiet: maxime aūt cuz hoc in leone ariete vel scorpione aut capricorno siue aḡrio fuerit. Sed si fuerit mulier erit sterilis & fortassis alicui⁹ oculoꝝ impedimenta nō effugiet. Cōsiderabis etiam vtrū mercuri⁹ & saturnus sint in angulis predictis cū luminari diurno: fuerit mercurius retrogradus occidentalis vadens ad solis ꝯiunctionez fueritq; luna in eoꝝ ꝯiunctione mercurij. s. atq; saturni q̄m̄ si sic fuerit significabit natū balbucientem futuꝝ ipsius lingue tenacitatē: & nō ex toto priuabit locutione. Si aūt mars eis lungat significat minorē lingue tenacitatem & nō penit⁹ eā resoluat. Si aūt iupiter aspexerit eius lingua paruz impediet. ¶Et Ptholomeus dixit q; scietur hoc per gradus directionis qui fuerint inter ipm̄ & luminare cui⁹ fuerit auctoritas. Item si fuerint predicte infortune in principijs signoꝝ vel prope significat q; erunt nati impedimenta ab vmbilico supra. Si aūt fuerint in fine signoꝝ vel prope significat q; erunt ab vmbilico infra. Si aūt luna in illis locis fuerit impedita idē poteris iudicare.

¶Capm̄ sextum iterum de impedimentis supradictis vbi erūt & qua de cā eueniant ꝑm Ptholomeū.

CConsiderabis etiam vtrū luminaria ; vadant ad ꝯiunctionē dictaꝝ infortunaꝝ martis atq; saturni ipsis in angulis existētib⁹ vel fuerint in eoꝝ oppositione: lunaq; in çençahar alicui⁹ eoruz vel in ei⁹ cauda existente vel in capite vel in cauda draconis vel in signis infirmitatū que sunt vt ait Ptholomeus aries taurus cancer scorpio capricornus: q̄m̄ significabit hoc q; nat⁹ erit gibbosus vel habebit aliq̄ mēbrū destructū vel inuadet eū ęgemena vt claudicatio dislocatio aut alicui⁹ mēbri officialis diminuto. Et si fuerint infortune iūcte cuz luminaribus corporalr vel ab oppositione vel a quarto aspectu in hora natiuitatis idez poterit nūciare. Q̄d si dicte fortune fuerint in decima fuerintq; a luminaribus septentrionales vel fuerint luminaria in quarta significat q; ista impedimēta & iste infirmitates vt multū venient per accidentia multum magna ex q̄bus sequunt terrores maximi atq; vltimati sicuti sunt submersio precipitatio in man⁹ inimicoꝝ capitalū seu desperatoꝝ latronū aut viaꝝ absciso⁹ nulli parcentium casus vel per equi calcitrationez: vel boutis cornicationem & sistia. Q̄d si mars fuerit septētrionalis ab ipsis luminarib⁹ fueritq; almutez sup aliquo ex locis predictis accidēt predicta impedimēta occasione ignis vel alicui⁹ cōbustionis vel magnoꝝ vulnerum illatione. Si autem saturnus fuerit septentrionalis fueritq; almutez accident impedimēta que poterūt nato euenire p̄dictis occasionib⁹ submersione vel p̄cipitatiōe & paralisi. ¶Impedimēta q̄dez que accidūt frequenti⁹ cū luna in duob⁹ punctis egnoctialib⁹ & in duob⁹ solstitialib⁹ existit si luna tm̄ & signa ipsa fuerint ipedita sunt hec: q̄m̄ cuz ipsa fuerit in puncto egnoctiali vernali tūc impedimētū accidens nato erit ꝑpue morphea & sunt macule albe & lepre particulares & sunt curabiles. Et si fuerit in pūcto solstitiali estiuali erit ipetigo vel herspila & fistia. Et si fuerit in puncto egnoctionali autūnali erit albaras & fistia. Et si fuerit in pūcto solstitiali hyemali frequētius ꝓtingēs erit lentigo. ¶Cōsiderabis etiam si fuerint dicte infortune saturn⁹ & mars in angulis tūcti cū luminarib⁹ vel cū altero eoꝝ si fuerint orientales ab eis: q̄m̄ si fuerit saturnus significabit egritudines natū demacrantes ꝑ humoꝝ frigiditatē & ꝓcedentes ei⁹ mēbra atq; vulnera atq; nati corpus infirmitatib⁹ plenū ethicam tussim vulnera intestinoꝝ & alia vulnera occulta: & q̄sdam alias egritudines ipsi⁹ nati corpus exterminantes & deiccātes & alīq̄ ipm̄ le prosuz facientes. Q̄d si fuerit mulier egrotabit in suis pudibūdis. Q̄d si fuerit mars significabit vt multuz egritudines de cā calida & ficca: sputū figdez sanguinolentū & etiā fetidā: & pulmonis vlcerationez atq; trachee arterie: sensus amissionem scabiem apostemata pulmonis atq; concauitatum prouenientia ex sanguine adusto atq; colerico: & etiam eueniens ipsi nato impedimenta ex vulneribus & incisionibus atq; adustionibus in eum illatis vel factis propter aliquas suas egritudines & maxime occultas vt fūt fistule atq; ficus & similia que in corpore nascuntur & augmentantur atq; assunt vlcera calida ignea nec non & vlcera que corrodendo crescunt: & in mulieribus egritudines q̄ sibi eueniunt ꝑ abortus & alios ineptos partus. Considerabis etiam mercuriū qui si fuerit cum aliqua predictarum infortunarum in aliquo predictorum locorum & non aspexerit eos

aliqua ex fortunis iuuabit illã infortunã in augmẽ
tando suam malitiam in egritudinib⁹ atq; impedi-
mentis exercendo: augmẽtando suam malitiam in
qualibet specie cuiuslibet egritudinis. ¶ Iuuant et
signa dictas ifortunas in augmentando malitiam
ipsaꝝ in egritudinib⁹. Nam cũ fuerit ascendens vel
septima vel sexta vel fuerit ꝓiuncta predictaꝝ infor
tunaꝝ in cancro vel capricorno vel piscib⁹ vel leone
vel scorpione que sunt signa egritudinũ nec tñ sola:
iuuant predicte infortune in egritudinib⁹ que corro
dendo augmẽtant vt cancer fistule ipetigines et filia
carnes nati corrodentia et lepre: gemini vero et sagit-
tarius iuuant eas in faciendo epilẽpsiam siue ꝓmor-
buz caducũ et filia. Cũq; predicte stelle fuerint in vlti
mis partib⁹ signoꝝ significabũt q infirmitates nati
erũt in partib⁹ postremis illi⁹ et accidet hoc propter
impedimenta ei ꝓtingentia et pp discrasiaz humoꝝ
quoruz occasione erit lepra et podagra et ciragia nisi
aliqua ex fortunis aspiciat tũc illas ifortunas vel eis
corporalr iungat: et erũt infirmitates atq; impedimẽ-
ta que illa de cã prouenerint valde grauia et incura-
bilia. ¶ Et dixit Ptholomeus idem eueniet cũ eis
associant fortune fuerintq; ifortune sup ipsas eleua-
te vel magis fortes: cum aũt in suis dignitatib⁹ et for
tiores infortunis que sunt opeꝝ occasiones fortune
fuerint tunc non erũt impedimenta turpia nec vere
cũda sed erũt infirmitates leues: hoc aũt eueniet cuz
fortune fuerint orientales. Et dixit iupiter enim im
pedimenta occultat et facit gescere infirmitates. s. cũ
iuuaminib⁹ extrinsecis vt medicoꝝ et etiaz cũ expen
sio: et eo magis si mercuri⁹ cũ eo fuerit. Et dixit ven⁹
aũt decorabit impedimenta. s. qr illa occasione nat⁹
vouet se deo et sic liberabit ab impedimentis et infir
mitatib⁹ vel saltim ipsa alleuiat: et etiaz iustorum in-
cantationib⁹ vel exorcismis et diuinis prolationib⁹
et experimentis et medicaminib⁹ eas aliq̃ delitesce-
re facit velut aliq̃ in somnijs et apparitionibus vt si
videat sibi dici dormiendo vade ad talem crucez vel
ad talem sanctũ vel ad talẽ locũ et liberaberis et aliq̃
sic euenit. Ista tñ iz pendeant a fide non sunt ob hoc
abijcienda: multuz. n. opat et valet fides in oi re. Et
dixit sigdem saturn⁹ cũ venere iunct⁹ fuerit erit hoc
notũ et manifestũ vel eoꝝ eqpollens. At si fuerit cum
ea mercuri⁹ fiet hoc cuz ꝓficuo et lucro patientis qõ
eueniet ei cã illius egritudinis.

¶ Capl'm septimũ de impedimẽtis aie ac de ipsi⁹ in
firmitatib⁹ atq; modis.

Facta superius mentione de infirmitatib⁹ cor-
poris ac de ipsi⁹ impedimentis: restat nũc vi
dere de infirmitatib⁹ aie de ipsiusq; impedimentis
aliqd subiũgendũ. Et differũt infirmitates et impe-
dimenta: nam infirmitates anime prout ipsas acci-
pit astrologus principalr sunt due magnanimitas
et pusillanimitas: et iste due vir aut nunq̃ possunt
curari: licet forte aliq̃ aliqne curent ex ipsis: nã ma
gnanim⁹ magna vilipendit: pusillanim⁹ parua ma
gnificat ꝓut dixi alias. Quedam alie sunt sc̃arie vt
alacritas tristitia iracũdia et filia que facile curant et
remouent ab anima et recedũt. Impedimẽta vo aie
vt plurimũ nõ recedũt sed q̃si semp inseparabilr in
sunt vt cũ aia debeat esse sapiens sm eq̃litatẽ et boni
tatem ipsa est sapiens excedẽter ita q ex illo excessu
fit decepta vel fit min⁹ sapiens q̃ esse debeat ita q ne
sciat cauere a malefactẽdo vel sit imperuosa vltra q̃
debeat vel min⁹ timida. Dia ista et filia impedimenta
sunt anime et talia que vir aut nunq̃ ab ea recedũt.

¶ Cũ tu debes aspicere in natiuitate cuiusuis nati
quale sit esse mercurij atq; lune cũ eoꝝ interfit hoc si
gnificatũ ostẽdere qualr ad inuicẽ se habeant: et vtr
ipsi sint in angulis vel in eoꝝ succedẽtib⁹ et vtrũ iun
gant cũ infortunis corporalr vel per aspectuz: qm̃ si
fuerint ambo simul iũcti vel fuerint iũcti cũ infortu-
nis in ascẽdente fuerintq; illic infortune septentriona
les ab eis vel obsederint eos vel fuerint eis opposite
significabit hoc aiam nati multoꝝ impedimentoruz
futuram. Idem poteris dicere si almutez sup ascen-
dens a dictis infortunis aliquo predictoꝝ modorũ
fuerit impeditũ. Alie aũt anime q̃litates que modũ
non transgrediunt nec nimis infra subsistunt com-
mendabiles approbabilesq; dicenf. Si aũt alie q̃li-
tates que predictis modis nõ fiunt sed propter excẽ
dentiam tpamenti nature supuenerint infirmitates
anime dica poterũt. Accident tñ hec aie irrõnali et nõ
accident rõnali. Et accident aliq̃s q̃daz egritudines
que nõ sunt aie rõnalis iz forte videat i pte apta nata
posse suscipe impressiones sicut videm⁹ in q̃busdam
epilenticis in quoꝝ natiuitatib⁹ luna et mercurius
nõ associant simul nec cũ dño ascẽdentis nec cũ eius
almutez: fueritq; saturn⁹ in angulo in natiuitatibus
diurnis et mars in nocturnis. ¶ Et dixit Ptholo-
meus ita tñ q ipse huic q̃litati dñet. s. saturn⁹ in di-
urnis vel mars in nocturnis. Quod si natiuitas fue
rit nocturna tũc predñabit saturn⁹: mars vo in die
illi q̃litati. Et egritudines ille que tunc supuenerint
aie dicent insania et filia: et eo magis si luna et mercu
rius nõ associent simul vel cũ dño ascẽdentis et aliqo
predictoꝝ malorũ sit in angulo et fuerit hoc in cãcro
vel sagittario piscib⁹. Saturn⁹ tñ magis demonia-
cos: mars vo magis furiosos efficiet. Et accidẽt ista
ex superflua humiditate abũdãte i eoꝝ cerebris: et erit
eoꝝ occasio existẽtia ifortune in angulis cum q̃litate
predicta: et eo magis si fuerit saturnus in suo esse vel
mars in suo super lunam eleuatus et ipsa iuxta exi-
tum de sub radijs solis et dñs dom⁹ in qua ipsa fue
rit iunctus saturno fueritq; natiuitas cõiunctionalis:
vel marti et natiuitas sit ꝓuentiõalis: ipso quoq;
in sagittario vel piscibus cõmorante. Si vero satur
nus et mars in natiuitatib⁹ predominent fuerintq;
ambo almutez super ipsa erunt predicte infirmita-
tes epilempsia insania mania et similia incurabiles
non tamen multuz intense nec multũ pallicabunt.
Quod si iupiter et venus in loco predictarum infor
tunarum fuerint: fuerintq; in ascendente: infortune
vero in septima erunt egritudines predicte curabi-
les etiam si multum videantur intendi. Quod si so
lus iupiter cum luna iungat significat egritudines
illas tam per dictas q̃ per medicinas minus tamẽ
grauiter curaturas. Et si venus sola lune associetur
significat q psalmis vel exorcismis vel incantationi
bus vel alicuius sancti precibus siue intercessionib⁹
aut diuinis orationibus et similibus videtur q cu-
rari possit. Si vero ifortune predicte fuerint in ascẽ
dente: iupiter vero et venus fuerint in septima exi-
stente qualitate predicta significat egritudines predi
ctas incurabiles et intensas valdeq; fortes et manife
stas et clamorosas atq; timorosas futuras: et q tales
infirmi erunt instabiles nec retinebuntur nisi vin-
culati siue incarcerati: et q contra quoslibet taz suos
q̃ alienos turpia verecundabilia q dicent: turpiaq;
facta similiter exercebunt. In demoniaca vero in-
firmitate dicetur q eius occasio sit quedam humidi
tas que nato sensum aufert et post ablationẽ sensus

cum furere facit: nec dimittit eū vti sensib⁹ corporeis
z sic dum aliquando furia torquentur z etiam cum
aliqñ furia non vexant futura predicunt: z aliqñ fa-
ciunt hi tales insultū in homines z petunt ipsos z
his filia faciunt. ¶ Sunt z alie qualitates aliarum
stellaꝝ iuuantes qualitates predictas. Maz si sol fue-
rit cum marte in predictis locis vel in angulis z spe
cialiter in ascendente vel in septima augebunt insa-
niam. Si vero iupiter cum mercurio societatem ha
buerit augmentabit epilempsia. Ten⁹ vero augmē
tat ea que predicuntur per predictos infirmos. Si
quidem saturnus cum luna in predictis locis per-
manserit passiones demoniacas z humiditatuz no-
ciuarū abundantiam augmentabunt: impedimen-
ta similiter ac anime rationalis nocumēta eiuscz in-
firmitates accrescent. Et he predicte infirmitates sunt
ille que cura predictarum qualitatum curari cōsue-
uerunt. Ea vero que differum a predictis illa. s. que
recipiunt dispositionem in anima non rationali eū
augmento vel diminutione considerantur in rebus
naturaliter accidētibus z in vtroqz sexu apparebūt:
ad que videnda z cognoscenda oportebit nos assu-
mere talem modum per quem ad eorum cognitio-
nem peruenire possumus videlicet aspiciamus so-
lem si cum luna associatus non fuerit nec cuz domi-
no ascendentis nec fuerit in ascendente: fueritqz sa-
turnus in natiuitatibus diurnis in angulo: z mars
in nocturnis: fueritqz alter eorum almutez sup ascē-
dens vel super domū in qua fuerit dominus ascen-
dentis: aspexeritqz mars aut venus solem aut lunā:
z fuerit dominus domus in qua fuerit luna iunct⁹
saturno si natiuitas fuerit coniunctionalis vel mar-
ti si fuerit ipsa preuentionalis z principaliter in ali-
qua domoꝝ iouis: z fuerint infortune predicte vin
centes in figura illius natiuitatis: sintqz luna z sol
in signis masculinis significat qz egritudines anime
non rationalis erunt excedentes modum naturalez
in actib⁹ veneris z vltra concessum a natura eis vte
tur. Innata vero ea que sibi naturaliter pmissa fue-
rint muliebri natura in virilem trāsmutata eis mo-
do virilis assuesset eis autem que sibi natura prohi-
buerit se indebite admiscebit. Preterea si mars aut
venus in signis masculinis z in quartis masculinis
in natiuitate alicuius extiterit: nec fuerit aliquod ex
luminaribus cum eis iunctum: nec cum domino
ascendentis nec cuz domino signi in quo fuerit ipse
significat qz natus vel nata circa venereos actus ni-
mis solicitabit eiuscz intentionez in eis ponet ac in
eis conuersabitur z dicta turpia contra legis pmis-
sionem leuiter ac indecenter committet si fuerit vir.
Si vero fuerit mulier innaturalis actus venereos
affectabit eoscz plus debito exercebit cōmiscebitur
libenter z inhoneste cū mulieribꝰ. ¶ Et dixit Pto
lomeus si venꝰ sola masculina fuerit id quod inde
perpetrabitur erit occultum z ignorabitur. Sed si
mars masculinus extiterit ita erit illud manifestum
qz quandoqz mulieres que cum eis cōuersabuntur
quasi sibi proprias vxores fore demonstrabunt. Si
autem ambo fuerint masculini erit res inter vtrūqz
scz nec ex toto manifesta nec ex toto occulta. ¶ Item
dixit Ptholomeus qz si eedem stelle in predicti con-
trarium fuerint scilicet qz sola luminaria cum pre-
dictis qualitatib⁹ in signis femininis extiterint mu
lieres ea que sibi naturalia sunt operabuntur: viri
autem ea que sibi sunt contra naturam committent
z cū mollitie ac femineitate anime naturalia trās-
gredientur. Si autem sola venus fuerit femina il-
legitimos actus venereos mulier nimis adimplebit
z cum quolibet ita qz nulli coitum denegabit siue
difformis sit coitus siue contra legem: homines au-
tem erunt effeminati z molles z ad venereos actus
valde prodiues nec prohibebunt aliquem ab illici-
to coitu nec ab eius turpitudinibus hoc excepto qz
perpetrabunt illud in occulto. Item si mars femi-
nus extiterit ita qz non venus istorum duorum scz
fornicationem z turpitudines accusqz illicitos dete-
ctos z absqz frontis rubore facunt: ita qz pre nimia
detectione blasphemabuntur. Orientales in figura
scilicet a sole qualitates veneris z martis in mas-
culinitate detectionem adiuuant: eorumqz vespertina
lis a sole z occidentalis qualitas in figura feminini-
tate iuuat occultationem. Similiter etiam si satur-
nus cū eis fuerit horriditates putredines magnāqz
verecundiam eos incurrere iuuat scilicet natuz z na
tam eo qz ipsius, natura vnumquodqz istorum de
more iuuat. Et si iupiter cum eis fuerit rerum pul-
chritudinem atqz decorem aptamqz verecundiam
augmentabit. Et si cum eis mercurius fuerit rerū
detectionem z futurorum festinationem suarumqz
specierum multitudinem z augmentū adiuuabit.

¶ De septima domo:

¶ Capm primū de ꝓiugio nati ac de ipsius socio
eiuscz inimicis palam sibi aduersantibus.

f

Acta mētione in capi-
tulo precedenti de ser-
uis z minoribus aiali
bus atqz infirmitatib⁹
nati videdū est imedia
te de ipsi⁹ nati ꝓiugio
atqz socijs necnō z ipsi
us inimicis palaz sibi
aduersantib⁹. Cōside-
rabis igit in his septi
maz z ei⁹ dñm z qz ex
planetis iueniaꝰ in ea vn⁹. s. aut plures: lunā quoqz
ac venerē: necnō z ꝓiugiū ptem z planetā in cui⁹ do
mo ipsam inueneris: z aspicies planetam qui fuerit
almutez sup locis illis vel sup angulis figure natiui
tatis quā queris z eoꝝ succedētib⁹: videbisqz si fue-
rint liberi ab ipedimentis q̄ plurimi dicta sunt atqz
fortunati z sortes qui si fuerint iūcti dño ascēdentis
natiuitatis vel ei⁹ almutez oēs vel aliq eoꝝ: z maxi-
me dñs septime vel almutez sup ipso a trino vel sex-
tili aspectu: z eo magis si receptio interueniat: sitqz
ipse leuior dño ascēdentis figit qz nat⁹ nubet in vxo-
rem bonā z aptam z cū qua ipse gaudebit ad suum
velle. Si aūt fuerit aspect⁹ ꝑdict⁹ sine receptione vel
fuerit aspect⁹ quart⁹ cū receptione figit qz nat⁹ nubet
sederit eius connubium multuz infra predictuz. Si
aūt fuerit quart⁹ sine receptione erit iteruz valde ma
gis infra ipm. At si dominus ascendentis fuerit iun
ctus dño septime ita qz ipse sit leuior eo significat na
tum cum mulieribꝰ copulari desideratuꝝ. Si qdem
signum septimū fuerit cancer vel scorpio aut pisces
vel fuerit coniunctio dñi septime vel ei⁹ almutez cū
dño prime vel eius almutez in eis vel ex eis vel ali-
quo illoꝝ significat natū plures vxores siue magnaz
copiam aliarum mulierum habiturum. Si quidez
contrarium eius quod dictuz est inueneris poteris
ꝓtrariuz iudicare. Oōsi ven⁹ fuerit tūc in angulo vel

in succedenti eius fortunata. s. atq; fortis dñiq; triplicitatis signi q̄ ipsa tunc possiderit silr: fuerintq; ipsa; et ipsi orientales figt natū in sua iuuentute mri monii p̄tuz: ipmq; futurum cum mulierib⁹ fortunatū atq; ab eis dilectū. Idem dicas si tu inueneris lunā in prima quarta sui mensis vel in tertia. s. in separatione ipsi⁹ a sole vsq; ad medietatē sui luminis: a p̄uentione vsq; ad medietatē diminutionis ipsi⁹: que due ḡrte put alibi testat a Ptholomeo dicunt orientales: tardabit tñ ei⁹ ꝓiugium aliqd plus et cō trahet illud cum iuuencula: eritq; fortuniū ei⁹ cum mulierib⁹ minus tñ q̄ sit predictū. Si aūt ven⁹ fuerit impedita cadēs. s. vel cōbusta vel retrograda vel iuncta malis: fuerintq; dñi triplicitatis signi in quo ipsa fuerit impediti: vel fuerint occidentales ipsa et ipsi: vel fuerint inter ascendens et quartam vel inter septimam et decimaz: vel in secūda quarta mēsis lunaris vel in vltima: quas duas quartas Ptholomeus appellat occidētales figt et postponet ei⁹ coniugiū: et nubet post iuuentutez in sua magna etate et in vetulaz causaq; mulier erit infortunat⁹. ¶ At si venus fuerit libera fortunata. s. atq; fortis fueritq; in angulo vel in eius succedēti et dñi triplicitatis signi q̄ ipsa tūc occupauerit impediti figtq; nat⁹ nubet cuz muliere bona et ꝓueniente atq; decenti; sed tñ sequet malū et detrimentum causa illius cōiugij. Q̄d si venus tñ fuerit impedita fuerintq; dñi triplicitatis signi in quo ipsa fuerit ab impedimētis liberi significat natū cum inepta muliere atq; discōuenienti mrimoniū ꝓtracturum: eritq; tamen causa illius coniugij fortunat⁹ et sequet inde vtilitatem et conueniens bonum. ¶ Et dixit aboali. Si fuerit ven⁹ in natiuitatibus mulierum vel virorum a malis et ab impedimentis libera et in locis aptis significat bonam et aptam desponsationem. Si aūt fuerit impedita et in malo loco significat destructionē et malignitatem disponsationis. ¶ Alomar vo dixit si ven⁹ fuerit exaltata super saturnum ex decima erit ꝓiugium in media etate in tempore sibi ꝓuenienti et erit ꝓiugū mediū et filij silr. Cum aūt fuerit ven⁹ in natiuitate alicui⁹ in signo mobili et maxime in cancro vel capricorno figt firmam stabilitatē nati sup vnā vxorē. Si q̄dem fuerint luna et ven⁹ inuicem oppposite vel in q̄rto aspectu figt malū atq; impedimētū in ꝓiugio. Et si fuerint in geminis aut virgine vel sagittario siue in pisce figt natuz cum plurib⁹ vna muliere coniugium contracturum.

¶ Cap'lm. 2. de mō venerei act⁹ nati.

Aspicies etiam vtrum venus sit in ariete vel scorpione fitq; mars in tauro vel libra quoniam hoc significabit excessum cult⁹ veneret habunt⁹ in nato illo et impedimentū in psona sua et suarum rerum destructionem illa de causa. Quod si fuerit venus in capricorno vel aquario fuerit saturnus in tauro vel libra vel fuerit in geminis aut virgine: fueritq; mercurius in tauro vel libra aut fuerint venus et mercuri⁹ in capricorno vel aquario: fuerintq; iuncti simul et fuerit vn⁹ petens ꝓiunctionez alteri⁹ significat turpitudinem coit⁹ nati ac ipsi⁹ in sodomiticū vitium exercitationem: delectabiturq; plus in turpitudine coitus virorum q̄ mulierum. Si quidem venus fuerit in domo vel exaltatione sua eleuabit mulier super natum illum et predominabit ei: et eo magis si fuerit domin⁹ septime septentrionalis a dño ascendentis. Si autem fuerit in triplicitate vel termino suo predñabit ei sed valde minus. At si fuerit in facie sua predominabil itez multum ac plurimum min⁹. ¶ Et dixit aomar si vo fuerit ven⁹ et sol et ps coniugij aut plures significatoruz nati et dominus dom⁹ coniugij in ariete aut leone aut libra seu capricorno que sunt significantia fetiditatem coit⁹ significat natum futurum superfluum in coitu superfluitate turpi atq; seda. Quod si fuerit venus corporaliter iuncta marti vel in ei⁹ oppositione vel quarto aspectu fueritq; mars in ariete vel scorpione seu capricorno significat q̄ nat⁹ erit turpiter et turpi coitu abutens: et eo magis si fuerit venus in signo masculino: qm̄ tūc deturpabit illi turpi vitio sodomorum. Si aūt fuerit in signo seminino deludet a mulierib⁹. Si q̄dem fuerit mulier et fuerit in signo seminino erit insaturabilis et insaturata coitu et meretrix fiet. Si aūt fuerit in signo masculino abutet mulieribus et affectabit eas fricare et delectabit etiaz incurari sup viros.

¶ Cap'lm. 3. q̄lis sit vxor nati futura.

Et dixit aomar mercuri⁹ cū fuerit almutez super venerem et lunam ac domū mulierum et ptem earūdem vel sup plures earū erit voluptas nati in pueris et delectabit in deludendo ipsos. Si aūt fuerit luna combusta et aspexerit eū saturnus ex oppositione vel quarto aspectu: nec aspexerit eam iupiter nec receperit eam saturn⁹ significat natum vxorē non acceptuz. Si aūt luna ex trino vel sextili aspectu cū fortunis iuncta fuerit: ipsaq; boni esse ac bene disposita et cū receptione figt natū bonū et vtilē atq; ꝓuenientem et aptā vxorem acceptuz. Si aūt cū infortunis iuncta fuerit ꝓtiū pnosticabis. Nam si saturno a trino vl sextili aspectu iūcta fuerit figt nati vxorem laboriosam feralē rigidāq; futurā. Si aūt a. 4. vel oppōne figt eā vilē atq; fetidā et insulsam. Si vo fuerit iūcta marti figt eā indoctā indomitā: male intelligentē: istabilē atq; deuastatricē: q̄ si fuerit mars boni esse minuet de malitia illa. Et si fuerit mali esse addet in malitia et faciet eam fornicatricē. Sic̄dē cū ioue iūcta fuerit ipsoq; non impedito figt eam bonaz ꝓuenientē et idoneā atq; ad res familiares disponē dū sagacē et sapientē. Q̄d si cū venere fuerit iūcta figt eam iocosaz letā et valde pulchrā. Si aūt ven⁹ fuerit impedita vel mercuri⁹ erit significatū infra b̄ q̄d dixi. At si cū mercurio iūcta fuerit figt eam bñ studiosam beneq; solicitā ac intelligentē. ¶ Et dixit Ptholomeus si cū ioue vel saturno siue mercurio ven⁹ extiterit in his que ad vitā ptinēt ei satis ꝓderit. s. vxor viro: ipm etiā et filios multū amabit. ¶ Et dixit aomar ven⁹ cū fuerit in domib⁹ saturni et aspexerit eā saturn⁹ erit nat⁹ frigidus in coitu. Similiter cuz vicerit saturnus et fuerit almutez super domum cōiugij dum non aspexerit dñs septime septimam et domin⁹ lune lunam: dñs quoq; ptis coniugij: ptez cōiugij et dñs veneris venerem tūc nat⁹ non gustabit gustū mulierū et non nubet. Et dixit cuz fuerit silr almutez victor sup ascendens et lunam et solē et ptez fortune: ꝓiunctionē quoq; ac p̄uentionē, que fuerit ante natiuitatem sm esse q̄ dixi et plures planetaz fuerint fortune erit nat⁹ effeminat⁹ et mollis. Et si vicerint in supradictis locis in natiuitatib⁹ feminarum planete masculini puella que nata tūc fuerit erit virilis quasi masculus.

¶ De supradictis p ptem ꝓiugij.

Aspicies etiā partem desponsationis et dñm dom⁹ in qua ipsa fuerit vel ei⁹ almutez: quos si inueneris in angulis vel in eorū succedentib⁹ for-

tunatos. ſ. atq; fortes iunctos cum fortunis ſigt hoc q; nat⁹ nubet cū bonis mulieribus ⁊ pulchris atq; ꝓuenientib⁹. Si aūt fuerit ꝑs cadens ⁊ planeta pdict⁹ ſalu⁹: vel fuerit planeta ipedit⁹ ⁊ ꝑs fuerit ſalua ſigt mediocritatē predictoꝝ. Quod ſi fuerint ꝑs ⁊ planeta cadētes ⁊ impediti nec aſpexerint eos fortune ſignificat q; nat⁹ cū vilib⁹ ⁊ inceſtis mulierib⁹ mr̄imoniuꝝ ꝓſumatuꝝ. Si aūt planeta q aſpexerit ptem diſpoſationis vel dñm ſigni in quo ipſa pmā ſerit fuerit fortuna fueritq; in angulis direct⁹ ſigt q; nat⁹ cū plurib⁹ mulierib⁹ ꝓtrahet mr̄imoniuꝝ ⁊ cū bonis atq; vitijs carentib⁹. Si vō fuerit infortuna fueritq; impedit⁹ cadens. ſ. retrogradus vel combuſtus ſigt natū cū mulierib⁹ nulli⁹ vtilitatis: nullius bonitatis: nullius ꝓficui pleniſq; vitijs mr̄imoniuꝝ ꝓtractuꝝ. Ꝯ ſi tūc ven⁹ aſperexerit ſaturnuꝝ: ⁊ eo magis ſi fuerit aſpect⁹ a quarto vel ab oppōne: fuerit alter illoꝝ cadens ab aſcēdente: nec aſperexerit aliquem eoꝝ iupiter ſigt natū mulierib⁹ paꝝ delectaturum: ⁊ ſi nupſerit paruꝝ delectabit in coitu ſeu libidine ⁊ quaſi nihil. ¶ Cōſiderabis etiaꝝ ſi ven⁹ fuerit in tauro vel cancro vel libra ſiue in piſce: q̄ñ ſignificabit hoc q; nat⁹ ſit cum mulierib⁹ ſibi propinqs mr̄imoniū ꝓcturum. Si aūt fuerit ven⁹ in ſagittario vel piſce: vel iupiter i tauro vel libra ſignificat nati deſpōſationem magis vergentē ad lat⁹ maioritatis q̄s minoritatis ⁊ bonitatis q̄s malitiei: ⁊ laudabit ab hominib⁹ laudatione ꝓuenienti. At ſi fuerit in capricorno vel aquario ſigt natū mulieri annoſe mr̄imoniāliter copulatuꝝ. Ꝯ ſi fuerit in geminis vel in virgine ſigt eum cū ignobili atq; vili muliere ſeu pelliſe qua vel forte ancilla matrimoniū ꝓctuꝝ. Si aūt fuerit planeta ſignificator mulieris liber in domo vel exaltatione ſua ſigt eum cuꝝ nobili muliere mr̄imonium ꝓcturum. Si aūt fuerit in alijs ſuis dignitatibus ſigt eum cum alijs competentib⁹ mulierib⁹ contractuꝝ. Si aūt fuerit recept⁹ ſigt eū cum vili non tñ multū copulatuꝝ. Si vero fuerit peregrinus non recept⁹ ſigt eū cum ancilla mr̄imoniū ꝓctuꝝ. Si autē fuerit in cancro ſigt q; nat⁹ mr̄imonium cum incōgrua muliere atq; maligna nec cū gaudere nec gescere pmittente ꝓtrahet. Et preterea cum ven⁹ in tauro vel libra vel piſce ſit in angulo vel in eius ſuccedenti libera ab impedimentis combuſtione. ſ. atq; retrogradatione ac maloꝝ ꝓiunctione atq; aſpectib⁹ dic q; nat⁹ ſit bonū atq; aptum iugium ꝓctur⁹ ⁊ q; in de ſequet bonū: ⁊ magis ſi tūc aſperexerit eam iupiter nec vllo malo mō ipſe impedit⁹. Et iterum magis ſi receptio interuenerit. At ſi fuerit venus orientalis: ſignificabit aliquale dominium mulieris ſuper virū per modum tamen alacritatis ⁊ ludi ⁊ tripudij. Si vero fuerit occidentalis vel fuerit in virgine ſignificat paucitatem dilectionis nati cum ſuis vxoribus ⁊ etiam cum alijs mulierib⁹: niſi forte iupiter tunc aſpererit venerem. Quod ſi videris eam impeditaꝝ retrogradam. ſ. vel cōbuſtā aut cadentē dic q; tardabit mr̄imoniū nati eritq; ſibi cū grauitate atq; ꝓtio. Si aūt fuerit aſcēdēs aries vel ſcorpio: fueritq; ven⁹ cōbuſta ſiue ante ſiue a tergo: ſꝫ a tergo pot⁹ ſigt natum cū egrota muliere tñ egritudine abſcōſa matrimoniū ꝓtracturum.

¶ Capitulum. 4. de tempore vxoris quando accipietur ⁊ de numero vxorum ⁊ de durabilitate in generali.

Eritq; ꝓtio illius matrimonij q̄ñ peruenerit annus illius natiuitatis ad ei⁹ ſeptimam vel fuerit eius ſeptima aſcendens revolutionis natiuitatis ſignificat deſponſationem in illo anno: vel erit quando ſignificabit per directionē lune ad planetaꝝ ſignificatorem deſponſationis. ¶ Et dixit aboali ſi fuerit illud ſignū mobile ſigt deſponſationē pluriū mulieꝝ. Idem dicas ſi fuerit luna iūcta plurib⁹ planetis in eodē ſigno vel cū eis: ita ſal habuerit ex trino vel ſextili aſpectu. Si aūt fuerit ſignū cōmune duas tñ mulieres deſponſabit. Si vō fuerit ſiruꝝ: vel fuerit luna tūc vacua curſu: vel cū vno tñ planeta fuerit iūcta vel ita ſal habuerit natū cuꝝ vna tñ muliere mr̄imonium ꝓctuꝝ indicabit. ¶ Aſpicies quoq; ſeptimā ⁊ ārtam ſi fuerit natiuitas viri ſi in aliqua ipſaꝝ ſteterit aliq; ex infortunis: q̄ñ ſigt hoc mortem vxoꝝ nati. Si aūt fuerit natiuitas mulieris ei⁹ viri. Ꝯ ſi fuerit occidentalis fueritq; pegrina tuncta infortunis vel in eaꝝ quarto aſpectu vel in eaꝝ oppōne ſignificabit feſtinam mortem ipſaꝝ. Videbis etiā in natiuitatib⁹ maſculinoꝝ ſi omnes ſignificatores vel maior ꝑs eoꝝ ſint feminini: q̄ñ ſignificabit hoc q; nat⁹ erit vilis effeminatus mollis ſtupidus inhers humidus ita q; nō videbit ꝑe oſſa ac ſi tot⁹ eſſet caro. ¶ Et dixit aomar q; vita iſtoꝝ taliū vt multum ſolet abbreuiari pp humiditatis multitudinem in ei⁹ complexione vincentes. In natiuitatib⁹ aūt mulierum ſi maior ꝑs ipſoꝝ ſignificatoꝝ fuerint maſculini erit nata illa virago quaſi vir: poterit. n. excepto ſexu vir poti⁹ q̄s mulier appellari: ⁊ talium vita pp multitudinem ſiccitatis predominantem in eis ſolet abbreuiari.

¶ De iugijs feminarum.

Ptholomeus vero dixit q; debemus in coniugijs feminarum conſiderare qualitates ſolareꝝ in caruꝝ natiuitatibus dicens: oportet enim nos videre vtrum ſol in aliqua duarum quartaꝝ orientalium que ſunt vt ſupra dictuꝝ eſt a decima vſq; ad aſcendens: ⁊ a quarta vſq; ad. 7. inueniat: quoniam ſignificabit hoc nataꝝ in ſua iuuentute viro per matrimonium deſponſaturam: vel in ſenectute iuuenem ⁊ non ſenem in virum accepturam. At ſi fuerit ſol inter aſcendens ⁊ quartam vel inter ſeptimam ⁊ decimam eius coniugium tardabit vel ipſa exiſtente iuuencula nubet in ſenem. Quod ſi fuerit ſol a principio arietis vſq; ad medium tauri: vel a medietate leonis vſq; ad finem virginis: vel a medietate ſcorpionis, vſq; ad medietatem aquarij fueritq; ſignificator nate orientalis fient predicta in iuuentute ſua vel cum iuuene. Si autem fuerit ſol a medietate tauri vſq; ad medietatem leonis: vel a principio libre vſq; ad medietatem ſcorpionis: vel a medietate aquarij vſq; ad finem piſcium fueritq; ſignificator occidentalis fient in ſenectute vel cum ſene coniugabit. ¶ Et dixit haly q; ſi fuerit ſignificator ſub radijs ſignificat q; habebit nullaꝝ. At ſi fuerit ſol in ſigno fixo vni tantum viro copulaturam eam ſignificabit. Quod ſi fuerit in ſigno illo aliquis planeta orientalis eum iuuenem futurum nunciabis: ⁊ poterit eſſe q; alium poſt illum acquiret. Si autem fuerit occidentalis erit de iuuentute iam egreſſus. Si vero fuerit in ſigno communi eam duos viros habituram pronunciabis. Ꝯ ſi aliqui planete orientales in ſigno illo reperiant pro vnoquoq; illorum illis virum alium adiunges. Sed ſi non ſint boni eē pauciores maritos ſignificabunt. Si quidem fuerit ſol in ſigno mobili natam multos viros habituraꝝ iudicabis.

¶ Qualis

¶Qualis sit futurus maritus sponse.

Videbis et si tunc Saturnus cū sole societatez ex trino vel sextili aspectu habuerit: qñ illud significabit virum nate sapientem probum iustū in suis factis atq; alienis solicitū z laboriosum futurū. Si aūt iouī sol associatus fuerit significabit hoc nauirum humilem mansuetū magnanimē atq; bone cogitationis extiturum. Et si cum marte sol associet significat illius puelle virū indomitum crudelē non placabilem inobedientē maleq; cogitationis ventu rum. Si quidem cū venere sol associet significat illi⁹ virum probū decentem atq; pulcherrimuz z formosum futuꝝ. Et si cum mercurio sol associatus fuerit laboriosum z in rebus ad vitam hominis ptinenti bus proficientem futurū demonstrabit. Qđ si saturno venus iuncta fuerit significat nate virum fessum atq; a venereo cultu se refrenantez. Si quidem ipsa iouī iungat significat eius virum bonū castuz honestum atq; verecundū futuꝝ. Si aūt fuerit iūcta martī significat virū nate calide cōplexionis fornicatorez z in cultu venereo se libenter exercitantez atq; solicitantem extituꝝ. Et si cum mercurio iūcta fuerit significat q; erit pronus in diligendo vxorem non tñ erit firmus dilector: neq; suū diligere bene ꝓtinuans: di liget tñ suos filios z in eos pietatem habebit. Si aūt sol z luna ex trino vel sextili aspectu: se aspexerint in vtroq; natiuitatibus. s. viroꝝ atq; mulierū significat q; matrimoniū quod contraxerit natus vel nata non dissoluet nisi magna de causa hoc eueniat. Si vero sol z luna non se aspexerint vel aspexerint se a quarto aspectu vel ab oppositione vel aspexerint in fortune aliquē eoꝝ significat q; litigium vel sepatio erit in eoꝝ cōiugio. Ītā si aspexerint infortune lunā in natiuitate viri erit dissensio ex parte viri. Si autē aspexerint solem in natiuitate mulieris erit dissensio ex parte mulieris. Et si steterit matrimoniū cū litigio z duricia z cōtentione atq; odio pmanebit. Et si fortune solem aut lunā aspexerint significat si lunā viri si solē mulieris matrimoniū in locunditate z leticia dilectione atq; valitudine pmansurum. Si aūt mali z boni soli vel lune simul testificētur significat matrimoniū dissoluturū licet nō simpliciter z post illā dissolutionē reiteraturū z inquiete atq; in dilectiōe permansuꝝ. Quod si aspexerint mali solez a quarto aspectu vel ab oppositiōe nisi receperint eā q; hz minuere de malicia ipsoꝝ significabit q; illud diuortiū erit cum lite atq; atrocitate simili z ferocitate magna z querimonia similiter. Unde si aspexerit tunc mercurius illos malos diuulgabit tunc illud diuortiū z cadet in rumorem gentiuz. Si quidem venus illis malis testificata fuerit significat q; accidet diuortium suspicatione adulterij vel similium.

¶Capitulum quintū qualiter matrimonium per si gnificata veneris martis atq; saturni percipiatur.

Aspice in re ista si venus aut mars vel Saturnus corporaliter vel a bonis aspectib⁹ admixtione cōuenienti contungant: quoniā illud significabit q; natus seu nata bono z vtili atq; legitimo matrimonio iugabunt. Quoniaz si venus marti bono aspectu iungat z asperit luna martez aut venerem ex dicto aspectu significabit eā muliere iuuēcula matrimonium ꝑcturum. Quod si saturno venus iōgat vxorē vetulam desponsabit. Atq; si sol cū eis vel cuz aliquo ipsoꝝ iunctus fuerit significat natā cum viro iuuene factura illud idem. Quod si mercurius illis iūctus fuerit fient ꝑdicta manifeste similiter z diuulgabuntur. ¶Et dixit Ptholomeus q; si fuerint in signis qdem vtriq; cōibus vt capricornus z libra significabit q; proprie sorori vel sue propinq; coniugabitur vel stuprum cuz ipsa perpetrabit. Qđ si luna in masculinis natiuitatibus cū venere marte atq; Saturno iuncta fuerit significabit q; natus cū duabus sororibus vel cum duabus sibi propinquis vel ex p pinquitate parētele attinētibus incestū cōmittet. Si aūt in alicuius mulieris natiuitatē luna in signis veneri z marti cōibus inueniat significat natā cū duobus fratrib⁹ vel cū duob⁹ de suis strictis ꝓsanguineis icestū vltimabit. Et si saturno in ꝑdictis signis venus iungat significat matrimoniū ydoneū atq; longo tpe duraturū. Et si cū hoc mercurius veneri atq; saturno applicet erit matrimoniū illud cū proficuo similiter z vtilitate bona z ꝓuenienti. Qđ si cū hoc ēt mars cū eisdem iunctus fuerit significat q; cōiugiuz nati seu nate nō erit vtile coniugatis: neq; durabile sed potius velociter desinens atq; nocuū. Si autez dispositio veneris fuerit velud dispositio martis z saturni z ipsi fuerit in domo vel exaltatione vel termino vel triplicitate alicuius eoꝝ vel in signo sibi z illi cōi significat q; mulier viro sibi coetaneo cōiugabitur. Qđ si oēs orientales extiterint fueritq; venus plus a sole orientalis significat natuz viro se iunctioni adhesurū. Si aūt natiuitas fuerit viri significat eum vxorē se iuniorem acceptuꝝ. Et si fuerint occidentales z ipsa plus alijs significat natā cū viro se lōgeuitate matrimoniū ꝓcturam: atq; vir vxorem se magis annosam desponsaturū. ¶Et dixit Ptholomeus si venus z saturnus in signis sibi cōibus cōmorent vt sunt capricornus z libra erit ꝓiugium inter consanguineos. Si aūt huius ꝑdicte qualitatis luna fuerit z in ascendēte vel celi medio qualitas ipsa pmāserit natus cū matre vel nouerca seu matertera: mulierve ro cū prole propria vel pr̄e vel sororis filio seu cū suo genero vel patruo vel mr̄is viro veneri militabit z delinqt. Et dixit q; si sol istius ꝑdicte qualitatis extiterit z planete occidētales fuerint natus filie vel sui fratris seu sororis nate aut proprij filij cōiugis cubilia incestabit. Et si qualitas ꝑdicta in signis naturaliter masculinis que sunt aries gemini leo libra sagittarius z aquarius vel in signis naturaliter femininis que sunt taurus cancer virgo scorpio capricornus z pisces vel in locis accidētaliter masculinis que sunt quarte orientales: vel accidentaliter femininis q; sunt quarte occidētales: vel in domibus accidētaliter masculinis que sunt prima. 3. 5. 7. 9. 11. vel accidētaliter femininis vt sunt secūda quarta sexta octaua. 10. 12. vel in dignitatib⁹ suis fuerit: ita q; sit venus in signis masculinis: mars vō z saturnus in signis femininis vel ꝰ significat q; natus seu nata cultui venereo plus q; deceat subiacebit: nec vir in agendo nec mulier in patiendo modis oibus quibus luxuriaī se gravari oñdet. Et si predicta qualitas prope stellam fixam aldebaram vel prope finem signi leonis vel prope ꝓncipium capricorni extiterit significat q; natus siue nata cultus venereos turpi modo ac verecūdabili z reprehensibili exercebit. Si aūt in ascendēte vel in. 10. fuerit suos venereos actus inuerecūdabiliter coram gētibus propalabit. Et si fuerit in. 7. vel in. 4. suos actus ꝑdictos q; absq; cōiuge poterit exercebit vel sorte sine viribus aut sterilis inueniet. Si vō mars tūc in predictis locis cū eis iunctus fuerit significabit natī virgam cū testiculis abscisurā: nate aūt mulieb⁹ incōuenientia vel eā sorte castraturā iudicabit. ¶Ite

rum si venerē a marte vel martē a saturno in natiui
tate viri separi reperias: eisq; iupiter testificet significa
bit natū in coitu moderatū futurū: nec venereos
actus nisi naturali modo z debito atq; debite volen
tem exercere. Ait si cū saturno solo tunc mare luctus
fuerit natū non studiosum non voluntariū inuolē
tum atq; pigrū in venereis actibus iudicabit. Si ait
cū venere atq; ioue mare associet natum leuē ad cul
tus venereos z ipm ad id voluntariū licet seipsum
inde redarguat demōstrabit: z nitet inde suam volū
tatem atq; malicia quātus nō bene possit refrenare:
fingetq; se ab immundicijs z turpitudinib⁹ abstinere.
Et si fuerit mars cū ioue atq; venere simul iunctus
vel cū altero illoz tm nec aspexerit eos saturnus vide
bitur q; sit natus in adulterio vel stupro studiosus
atq; delectaturus z q; libēter cibis z potibus delica
tis vtet. Ait si venus vel mars aut iupiter occidenta
lis fuerit: alter vero fuerit orietalis natum turpē mo
dum coeundi tam cū viris q̄z cū mulieribus habitu
rum significabit. Si aūt mars tm z venus fuerint oc
cidentales iupiter vo fuerit orientalis turpitudinez
coitus viroz abhorrebit: actusq; venereos cū mulie
ribus exercebit. Si quidē in signis que feminina di
cuntur vel ēt in quartis femininis simul pdicti signi
ficatores iungant mare. s. z ven⁹ significat eū ad tur
pis coitus scelus se submissurū. Ad si vterq; mars. s.
z venus fuerint orientales natus ille cū viris magis
q̄z cum mulieribus ppetrare affectabit. Preterea si p̄
dicti planete orientales z in signis masculinis extite
rint fueritq; mars fortior venere ipsaq; a sole remo
tior oimode natus mulieres viris postponet sollici
tabitq; sodomitice cū viris venereos act⁹ turpiter
exercere. Ait si fuerint occidētales fueritq; venus a so
le remotior natus mulieres potius affectabit viles tm
atq; deformes: pedissequas etiā z ancillas potius q̄z
nobiles vel formosas libēter sibi subiciet. Si autem
mare fuerit magis occidētalis q̄z venus significat na
tum nobilibus mulieribus vel nuptis seu ppie do
mine copula carnali adhesuz. ¶Si quidem natiui
tas fuerit mulieris prospicto si venus ioui atq; mer
curio simul iungat: quoniam significabit hoc nataz
humilem atq; in suo modo coeundi verecūdam z
q; cum mundicia omni suo cultu venereo vtet. Ad
si mercurio venus iūcta fuerit sine saturni participa
tione significat natā cultui venereo libenter adhesu
ram cum remorsu tm scientie atq; sue voluntatis re
frenatione omniq; indecentis coitus turpitudinis
omissione. Ait si marti tm venus iungatur vl' aliquo
mod sibi associet venereos actus libenter exercebit z
in ipsis delectabit indecenter. Si autem iupiter eos
aspexerit fueritq; mars solis radijs coopertus nata
illa in venereis actib⁹ multū solicitabit: ipsosq; libē
ter ac libentius exercebit: nec viles hoies vel aliozuz
famulos siue seruos nec etiā extraneos cuitabit. Si
quidem sub radijs venus fuerit reperta cum marte
vel cum proprio domino vel cū alijs nobilibus na
ta iacebit. Ait si predicti venus z mars in signis vel in
quartis femininis z ipsi occidētales extiterint viro
rum coitu delectabitur. Si vero saturnus cum vene
re atq; marte simul iungat significat q; nata illa erit
horrida atq; feroz. Ad si fuerit saturnus orientalis
significat eam adulteria desideraturaz z viros quos
in solitudine reperiat amaturam. ¶Et dixit Ptho
lomeus iupiter autem hec impedimenta semper mi
tigabit: mercurius autem iuuabit eorum delectatio
nes similiter z eorum turpia.

¶Capitulum sextum quid accidat nato ex socijs z a
socijs z participantibus secum.

AD sciendum vero esse nati cum socijs z eius
participantibus z qd accidat ei ex eis Aspice
ascendens z eius dñm lunam quoq; pro nato septi
mam vero ac eius dñm pro socijs ipsiusq; participā
tibus. Quale vero sit eorū esse futurum in societate
atq; participatione scies a decimo z eius dño: finem
autem percipies a quarta z dño suo. Nam si domi
nus ascendentis qui est significator nati z luna fue
rint in signis fixis fueritq; dñs ascendentis fortuna
z luna libera nō impedita significat q; natus habeat
socios cum quibus participabit participatione bo
na z durabili sed nō multum lucrabit cum eis nec
ipsi cum eo: erit tñ lucrum eoruz aliquale. s. infra me
diocritatez. Si autem fuerit infortuna z luna impe
dita contrarium iudicabit. Si vero sint in signis cō
munibus significabit q; natus sit bonos z fideles so
cios habiturus: lucrabiturq; cum eis z ipsi cū eo ni
si aliquid aliud impediat: z vndiq; bene cedet vtriq;
z reiterabunt sepe z sepius eorū mercimonialitates
z vt plurimum cum vtilitate z lucro. At si fuerit in
signis mobilibus significat q; eius participatio nō
erit vniformis sed aliquando erit inter ipsum z so
cios litigium z suspicatio similiter z turbatio: post
hoc erit inter eos reconciliatio z durabilitas. Quod si
fuerit in ascendente infortuna impediens eos signi
ficat dolum z fraudē atq; separationis causam z de
siderium ventuz ex parte nati. Si vero fuerit in sep
tima illud idem ex parte socioz atq; participantiuz
ventuz poteris iudicare. ¶Si quidez videris inter
eos separationem esse debere z volueris scire qualis
ipsa sit futura z qualis erit modus ipsius. Aspice lu
nam que si fuerit iuncta dño domus in qua ipa fue
rit vel planete Almutez in signo illo z ipse boni esse
ac bene dispositus significat eius separationē a socijs
seu participantibus cuz dilectione plenoq; animo z
cum vtilitate atq; lucro. ¶Quod si non aspexerit eā
dominus domus sue vel eius almutez vel si aspexe
rit fueritq; infortunatus ac male dispositus significat
nati separationem a socijs seu participantibus p eo
rum malam volūtatem z per suspicionē quam ha
bit vnus de altero ne ipse decipiat eū z sua bona sibi
defraudet: z eo fortius si fuerint ille infortune impe
dientes sub terra: nā tunc mala estimatio quā vnus
habebit versus alium erit causa eorum separatiōis:
nec remanebunt bñ amici: sed tanq̄z de dorso in dor
sum inutilem se habebunt. ¶Et dixit zael si fortune
fuerint in medio celi multiplicabitur lucrum eorū:
si vo mali fuerint ibidez minuet. Et dixit si fuerit lu
na iuncta dño domus sue z malus iunctus eis fue
rit in vno signo vel aspexerit eos non separabuntur
nisi per mortem.

¶Capitulum septimū quid accidat nato ab inimi
cis palam sibi aduersantibus vel ex ipsis z vtruz sit
eos habituros vel non.

IN qualitatibus aūt percipiendis vtrū natus
sit habituros inimicos palaz sibi aduersantes
z quid accidat ei ex eis vel ab eis. Oportet nos cōsi
derare indicia que ad id cognoscendū nos inducunt
vz ascēns z eius dñm: septimam quoq; ac eius dñm
loca etiam luminariū z locum partis fortune ac eius
dñm partem etiam inimicoz z eius dñm saturnuz
ac eius dominū. Si enim dicta loca z predicti signi
ficatores vel maior pars eorum fuerint male dispo
sti hoc est q; sint in eis infortune vel cum eis vel aspe

